This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

WIDENER LIBRARY
HX Q2RQ 2

Lc72.167

93.149
21-3

QUINTI CURTII RUFI

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI MAGNI

LIBRI SUPERSTITES

EX EDITIONE FRID. SCHMIEDER

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1825.

Lc72.167

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
MICH. TELLERII Epistola Serenissimo Delphino .	1
Procemium, ex edit. Frid. Schmieder . .	4
Prolegomena de Quinti Curtii Rufi Nomine, Ætate, Vitæque conditione, necnon de Fide ejus historica atque Stylo. Ex edit. D. I. T. Cunzii . .	14
Illustrium virorum Judicia de Quinto Curtio .	49
Alexandri Magni Genealogia . . .	53
Quinti Curtii Synopsis Chronologica . .	55
Elenchus Alphabeticus nonnullorum scripturæ compendiorum quæ in VV. LL. occurrunt . .	63
J. Freinshemii Supplementorum in Q. Curtium	
Lib. I.	65
Lib. II.	110
Q. Curtii Rufi de Rebus Gestis Alexandri Magni	
Lib. III.	150
Lib. IV.	218
Lib. V.	345
Lib. VI.	420
Lib. VII.	498
Lib. VIII.	581
Lib. IX.	667
Lib. X.	731
NOTÆ VARIORUM in Lib. III. . . .	789
Lib. IV. . . .	903

Pag.
Notæ Variorum in Lib. v. . . . 1053
Lib. vi. . . . 1139
Lib. vii. . . . 1221
Lib. viii. . . . 1307
Lib. ix. . . . 1411
Lib. x. . . . 1483
Christophori Brunonis Supplementa . . 1561
Christophori Cellarii Supplementa . . . 1575
Recensus Editionum 1595
Recensus Codicum Mss. qui in Bibliothecis Britannicis asservantur 1621
Catalogus Scriptorum Historiæ Alexandri Magni . 1623
Index i

SERENISSIMO GALLIARUM

DELPHINO.

QUOD ipse facere multis nominibus debuerat Curtius, si hac ætate viveret, hoc mihi ejus interpreti faciendum fuit, Serenissime Delphine, ut Alexandri Magni effigiem, optimi quondam artificis manu expressam, nunc absterso veluti pulvere nitidiorem offerrem tibi; audeo dicere, dignum te munus; dignum, inquam, hac ætate, hoc ingenio, his moribus, hac fortuna, hac spe maximarum rerum, in quam adolescis.

Cernes in hac tabella, quæ mirere, non pauca: quæ imitere, multa: quæ vincas, plurima: quæ intuentem delectent, omnia. Agnosces non sine voluptate, opinor, in Alexandri imagine tuam; et impressa hic illic non obscura indolis tuæ vestigia: illam a puero excelsitatem animi, illum amorem veræ laudis, illam in Superos pietatem, illum ardorem ingenii eximia vultus morumque suavitate temperatum: illam ad honesta quæque corporis exercitandi munia dexteritatem: illud adversus literas hominesque literatos studium singulare.

Hæc vero Alexandri quam non dissimilia sorti tuæ! Heroum stirpe fuisse prognatum; parentem habuisse non de amplificando magis imperio, quam de filio educando solicitum; in ætatem incidisse, ingeniorum proventu et omnium artium perfectione clarissimam; inter palmas triumphosque patris, et incrementa regni Macedonici adolevisse; bellicos illius labores mitioribus æmulantem laboribus, et orbi quondam regendo certa præsidia Musarum in sinu comparantem.

Similia tuis hæc dixi, non paria. Quis enim Ludovico Magno Philippum, quis Galliæ Macedoniam æquaverit? Sed quanto hæc tibi potiora obtigisse quam Alexandro senties, quæ natura quæque fortuna concessit hactenus; tanto acrius, dum hæc leges, enitere scilicet omnia ejus decora non assequi modo, sed vincere: ut, contra quam de illo proditum est, felicitatem tuam majore ex parte virtuti, quam fortunæ, debuisse te posteritas prædicet.

Nec vero, id ut præstes, fabulosa tibi aut longinqua Liberi, Herculis, et Achillis exempla ob oculos ponenda, ut olim Alexandro, fuerint: qui domesticum et præsens in augustissimo parente habeas Ludovico Magno. Hoc intuens, carere ceteris potes. Illum mirari ac prædicare, omnium est: imitari præterea, tuum. Hujus æmulando gloriam cumulabis, non minues. Hanc ille suo in te amori vicem rependi, hoc suis virtutibus elogium adornari a te, pro suo jure postulat.

Nec tamen, si unus tibi Ludovicus omnium instar esse potest, nihil propterea voluptatis aut fructus ex hujus Alexandri aspectu capies: sive alterum in altero, sive in utroque te contemplari volueris. Ita fiet ut in Alexandro Magno Ludovicum Magnum intueri, amare, et assectari discas.

Jam, sicut hoc quoque ad ceteram ejus felicitatem accessit, ut, Curtium nactus rerum suarum præconem, Homerum Achilli haud magnopere invidere amplius debeat; ita ne in hoc quidem imparem te Alexandro fore confidimus. Facis enim vel exemplo tuo, vel amore in literas, ut jam

una tecum plures adolescant; neque posthac defuturi sint, qui sic olim Curtium in tuis rebus scribendis, ut tu in gerendis Alexandrum, imitari queant. Ac nihil Hercule possit accidere gloriosius Curtio, quam si quid eo contulerit, ut et Alexandro te quam simillimum heroëm, et illos te quam dignissimos scriptores Gallia sibi quondam gratuletur. Quem si, ut id efficiat, noster in eo explanando labor aliquid adjuverit, præclarum operæ qualiscumque meæ fructum, si tibi saltem non ingratus acciderit, jucundissimum videbor retulisse.

Lutetiæ Parisiorum, Kalend. August.
Anno Salutis MDCLXXVII.

PROŒMIUM.

[EX EDIT. FRID. SCHMIEDER, GOTT. 1803.]

Accidit Curtio, quod aliis quibusdam veterum, ut de eo nihil propemodum sciamus. 'Quintum Curtium Rufum' appellatum fuisse, ex perpetuo librorum veterum consensu; Romanum fuisse, ex nomine, ex oratione, atque ex loco libri decimi cap. 9. 3. intelligitur. Cetera ignorantur. Namque de ætate ejus viri docti in maxime diversa discedunt; alii Ciceroni, alii Augusto æqualem fuisse, alii sub Tiberio (ut Raderus et Perizonius), alii sub Claudio (ut Lipsius et Le Tellier), alii sub Vespasiano (ut Vossius et Freinshemius), alii Trajano imperante, alii Constantini M. temporibus (ut Jo. Franc. Jos. Bagnolo), quin Theodosii (ut C. Barthius), et, ne in re dubia verba consumam, alii aliis temporibus vixisse probatum iverunt. Quorum omnium argumenta modum præfationis excederent, et in Cunzii V. C. Prolegg.[a] diligenter exposita reperiuntur. Ego primum sententiam Perizonii, in quam postremo sæculo plures virorum doctorum accesserunt, deinde J. Fr. J. Bagnolo, viri inter Italos clarissimi, de Curtii ætate judicium, quod recentissimum est, exponere satis habeo.

Perizonius igitur ex Curtii loco, x. 9. 3. quanquam vagus est et plurium interpretationum patiens, atque ex stylo sub Tiberio vixisse conjectavit, Curt. Vind. p. 3. 'Nullus dubito,' inquit, 'quin fuerit ille Rhetor, qui in Catalogo Rhetorum in Msstis Suetoniani libelli, de Claris Rhetori-

[a] [Quæ huic Proœmio subjuncta sunt.]

bus, hoc nostri auctoris nomine commemoratus occurrit, cum stylus manifeste prodat Rhetorem, nomen porro Q. Curtii Rufi utrumque conveniat, denique et ætas. Etenim Rhetor ille nominatur proxime post eos, qui sub Augusto floruerunt, et longe ante Quintilianum, ut adeo ad tempora Tiberii omnino videatur referendus. Ad quæ tempora etiam hunc scriptorem retulerim, cum propter stylum, istis temporibus congruentem, tum maxime propter illa verba X. 9. 3. (ubi Perizonii interpretationem Commentario inserui.) Rhetor ergo iste Suetonii fuit haud dubie hic Curtius; forsan et Consularis ille ac Triumphalis vir sub Tiberio quem memorat nobis Tacitus Ann. XI. 20. cum iterum conveniat plane nomen, dein ætas, denique tenuis et humilis origo. Rhetores ante Blandum, equitem Rom. Senecæ ferme æqualem, libertini erant, quod tradit Seneca Controv. lib. II. in Præfatione addens, aliis turpe habitum docere, quod honestum erat discere. Ejus vero generis probabile est etiam Curtium Rhetorem fuisse; Consularem vero illum Tiberius ex se natum dixit, i. e. nihil debere parentibus suis, vilissimis quippe et ignotissimis: eique ideo Tacitus d. l. ut 'acre' tribuit 'ingenium,' ita et 'dedecus' natalium.' Sic Perizonius subtiliter, ut solet. Cui ne prorsus accedam non tam ea, (quanquam non negligenda sunt), quæ Cunze (Prolegg. p. 11.) contra hanc opinionem scripsit, faciunt, nec omnium, qui extant, veterum de Curtio Historico silentium, quam quidam Curtii ipsius loci. Solet enim, ex more scriptorum posterioris ævi, sua verba flosculis poëtarum aliorumque scriptorum aureæ ætatis (ut Virgilii, Livii) ornare. Si adeo reperiantur, quæ e scriptoribus sæculi p. Chr. n. primi exeuntis depromserit, sane antiquior esse nequit. Jam vero tota Amyntæ oratio VII. 1. ut et causa, simillima est illi Terentii ap. Tacit. A. VI. 8. et membra sane aliquot sunt, quæ Lipsio hinc translata videantur. Jano Rutgersio Curtii locus IV. 4. 7. ex Lucano III. 563. certissime expressus videtur, cujus illum studiosum fuisse, multis ait argumentis probari posse. Præterea alii quoque loci non pauci in Freinsh. Comment.

notantur, ubi Curtii Tacitique et sententiæ et verba sunt simillima. Instar omnium sint duo Senecæ loci, apud quem Epist. 56. 16. legitur: 'Nihil tam certum est, quam otii vitia negotio discuti.' Apud Curtium VII. 1. 4. Alexander 'satis prudens, otii vitia negotio discuti,' &c. Ap. Senec. Ep. 59. 18. 'gentes ne finitimis quidem satis notas;' ap. Curt. VII. 8. 5. nationem ne 'finitimis quidem satis notam,' &c. Freinshemio uterque a tertio aliquo mutuatus videtur; sed si aliunde quoque probari poterit, Curtium posterioris ævi fuisse, illa ex Seneca depromta esse facile concedes. Curtius IX. 6. 17. utitur verbo 'piissimus,' quod nullum esse in Latina lingua Cicero Philipp. XIII. 19. auctor est. Jam vero scriptor Tacito et Seneca antiquior non reperitur, qui illo verbo utatur. Frequentius est apud Ausonium. Vox 'sagittandi' VII. 5. 42. in antiquiore, quam Justinus est, non legitur. Quintil. Inst. Orat. X. 1. quanquam ipse fatetur plures legendos esse, quam a se nominentur, Curtium tamen, si antiquior esset, inter eos, quorum lectione juvenes dicendi facultatem confirmare possent, vix potuisset tacere. Apud Curtium VI. 11. 18. Philotas duces Alexandri, quibus coram torquebatur, 'finem quæstioni fore, per Alexandri salutem jurare' jubet. Ubi Raderus notavit: per genium seu τύχην regis aut Cæsaris jurabant veteres pagani, per salutem Principis Christiani, ut docet Tertull. Apologet. c. 32. 'Juramus, sicut non per genium Cæsarum, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus geniis.' Arcad. et Honorius. l. XLI. Cod. de Transact. 'Qui nomina nostra placitis inserentes, salutem Principum confirmationem initarum juraverint esse pactionum,' &c. Jam suspicio exoritur, quarti sæculi fuisse Curtium, et fortasse Christianum. Nec sine causa, si et hæc consideraveris. Nulli imperatori superstitio, qua maxime multitudo regitur, negligenda est; ergo et ab Alexandro in quavis re vel magna vel dubia vates haruspicesque consulebantur; nec quicquam solennius erat in Republica Romana et sub primis Imperatoribus. Quantum vero Curtius Alexandrum indignatur vates consuluisse,

quæ sane res Tiberio æqualem non movisset! Jam eum 'non intactum' dicit 'ea superstitione mentis,' ut vates consuluerit, IV. 6. 12. jam 'vates adhibere cœpisse a superstitione animi' V. 4. 1. jam 'superstitionis non potentem fuisse' VII. 7. 21. et 7. 8. 'cum post Darium victum hariolos et vates consulere desiisset, rursus ad superstitionem humanarum gentium' (sic Codices: 'mentium' receperunt editores ex conjectura Palmerii) 'ludibria' (quo vocabulo alio loco artis magicæ vanitatem notat) 'revolutum esse.' —Quam aspera quoque voce invehitur Curtius in mythos Græcorum innoxios et immerentes, mythum de Nymphis Marsyæ amore retentis inscito vocabulo 'Poëtarum mendacium' appellans, III. 1. 4. et alio loco VIII. 10. 12. 'inde,' scribens, a monte Mero, Græci 'mentiendi traxere licentiam,' Jovis femine Liberum patrem esse celatum. Quæ formulæ sane Christianum magis decent, quam antiquiorum aliquem, hisce mythis a pueritia imbutum. Hæc vero omnia, quamvis ad ætatem Curtii definiendam non sufficiant, monent tamen, ne simpliciter Perizonio credamus. Possunt adeo ad I. F. I. Bagnolo, Comitis, sententiam, in libro 'Delle Gente Curzia e dell' Eta di Q. Curzio l'Historico Ragionamento,' Bononiæ 1741. 8. publici juris factam, propensiores reddere lectores. Retulit Curtium ad tempora Constantini Magni, rationibus ex loco Curtiano sæpe laudato, quem sic fere interpretatur, petitis: Verbis: 'quodque imperium' (Macedonicum) 'sub uno stare potuisset, dum a pluribus sustinetur, ruit,' jam respici ad turbatum imperii Romani post Constantii mortem statum, pluribus in diversis provinciis summam rerum obtinentibus. Hanc ob causam jam ruisse imperium Romanum; quod vero cum Constantinus in tanta omnium rerum perturbatione ita restituisset, ut ipse toti præesset, merito populum Rom. huic Principi salutem suam debere. Cum sine suo capite (Constantio mortuo, vel potius sine uno capite, uno Imperatore) discordia membra trepidassent, alii exercitus aliæque provinciæ alium ducem secutæ essent, bellaque civilia parassent, Constantinum in Britannia Imperatorem

creatum victoriis brevi tempore omnia pacasse, sibique uni subjecisse. Sic pace restituta, legum severitate firmata, literarum studiis reviviscentibus, factum esse, ut imperium non revirescceret solum, sed etiam floreret. Tres eum filios reliquisse, Constantinum, Constantium et Constantem, atque plures propinquos, nemo nescit.—Hæc conjectura recentissimo editori verosimillima videtur, sed ipsa quoque, quæ reprehendi possint, habet. Constantinus Augustus appellatus est anno post Chr. n. 306. Solus Imperator factus post Licini mortem A. 323. 'Subitane' igitur 'serenitas' appellari potest, quæ post XVII. tandem annos tempestatem discussit? 'Faces extinxisse, gladios condidisse' is tantum dici posse videtur, qui salubri ratione, ne bellum jam paratum geratur, cavet. Quot vero prælia commisit Constantinus, antequam Imperator erat solus?—Reliquarum sententiarum nulla firmioribus nititur argumentis, indeque ætatem Curtii ignorari palam est. Non unus Q. Curtius Rufus passim apud veteres commemoratur, ex quorum numero utrum Noster fuerit, incertum est; de Curtio Historico ante sæculum decimum ubivis est altum silentium. Inde factum est, ut eum quidam adeo negarent antiquum esse scriptorem, suppositum potius ab Italo recentioris ævi. Sed, præterquam quod Codices, qui supra septingentos et octingentos annos habere creduntur, extant, aliis quoque argumentis illa sententia refutari potest, nec fuerunt inter viros doctiores, qui in eam abire mallent.

Stylo suo et Historia Curtius multos delectavit, multos reperit laudatores, ab Heinsio adeo 'Venus Historicorum' appellatus. Ab aliis autem multis nominibus reprehensus est. Quare, si paucis ostendero, quanti Historia ejus æstimanda sit, operæ pretium facturus mihi videor, præsertim cum in scholis, in quibus passim legitur, multis Historiæ Alexandri præcipuus sit auctor. Principio librorum, ubi fortasse de consilio suo scripserat, perdito, ex eo, quod in superstitibus præstiterit, quid præstare voluerit, conjectandum est. Largiamur eum veram Alexandri Historiam scribere voluisse; debebat scientiis Historico necessariis

satis instructus esse; debebat, cum jam antiquis temporibus varia et multa falsa de Alexandro narrarentur, ex liquidissimis fontibus haurire, veritati quam maxime studere, idque animo a partium studio omnique affectu alieno; artem debebat ostendere non in rebus inveniendis, sed in iis, quæ erant, iisque gravioribus, perspicue, placide, simpliciter narrandis; paucis defungi debebat in rebus minus necessariis, nec erat quævis occasio eloquentiæ ostentandæ captanda. Jam vero, excussis diligenter libris Curtianis, eum ad Historiam scribendam non satis præparatum fuisse palam est. Græcam linguam, e qua Alexandri Historia potissimum transcribenda erat, non satis callebat; rei bellicæ ita erat imperitus, ut nullius fere vel prælii vel obsidionis descriptio satis intelligatur; ignorantia in rebus Geographicis tanta est, ut non facile reperias, quem hoc nomine ei postponas, &c. Historiam ipsam maximam partem ex Græco Latinam fecisse videtur; sed si cum aliis Historicis, forte fortuna ad nostra tempora usque conservatis, comparatur, ex turbidis plerumque fontibus hausisse merito arguitur. Namque plures eum auctores habuisse, Clitarchum, Timagenem et Ptolemæum, ipse testatur IX. 5. 21. Ptolemæi, optimi de Alex. Historici, vestigia aliquibus locis invenisse mihi videor; Diodorum etiam Siculum interdum ad verbum vertit, aliis tamen locis vel multo copiosior in singulis est, vel prorsus ab eo discedit; nec Hegesiam, tumidum scriptorem neglexisse videtur, (de quo vid. St. Croix 'Examen,' &c. p. 15.) plurima vero, ni fallor, sicut Diodorus, Clitarcho debet, Historico minime probabili, (cf. St. Croix p. 17.) ex Timagene fortasse et reliquis passim aliquid interserens. Inde factum est, ut aliquando, cum duo auctores eandem quidem rem, diverso vero modo narrarent, Curtius narrationes discrepantes de eadem re ita repeteret, tanquam essent de diversis rebus. Sed et alia multa in Historia et in descriptionibus rerum memorabilium cum propria tum auctorum suorum culpa peccavit. Vix tria memini loca, ubi falsa a veris discernere conatus sit; ipse potius fatetur, se plura transcribere quam cre-

dere, nec affirmare sustinere, de quibus dubitet, nec subducere, quæ acceperit IX. 1. 34. et, se incorrupta perferre utcumque tradita VII. 8. 11. Interdum adeo lectori in suspicionem venire potest, quædam ficta esse, ut locus esset poëticæ descriptioni, ex. c. IV. 3. 16. Sæpe in rebus parvi momenti narrandis longus fuit, necessaria omisit. Annos addere ubivis neglexit, anni tempora plerumque. Deinde, quamvis quidem, si totum spectas, laudatorem Alexandri non videatur professus, cupido tamen eloquentiæ ostentandæ prævalet, cui quavis occasione data ita indulget, ut quæ forte arti exercendæ idonea essent, mirabilia potissimum, certioribus prætulisse videatur. Denique multum abest, ut ei, quod Historicum deceat, scribendi generi operam dederit. Orationes elegantes et ornatæ artificem produnt; in descriptionibus sæpe verborum modum non tenet et ampullatur, rhetorico fuco sæpe abutitur. Singula, quæ mihi brevitatis causa sine argumentis præfanda sunt, in commentariis probata invenient, quibus res curæ cordique est. Curtius itaque, cum nulli legi, qua Historici maxime tenentur, satisfecerit, multam quidem fidem habere nequit; negligendus tamen non est, præcipue, quod passim quædam retulit, quæ apud neminem reliquorum memoriæ prodita reperias. Multis vero et juniorum et virorum, qui librum legunt, ut otium fallant et delectentur, quicquid poscatur Historicus, parum curantes, propter vigorem et in multis suavitatem vehementer et merito placet. In scholis itaque, si præceptor eo uti non nescit, et ad Latinam linguam et ad Historiam Alexandri addiscendam prodesse potest. Jam mihi conjecturam de libri origine adjicere liceat, quam quidem, licet ab illa Jo. Clerici (Ars Crit. P. III. s. 3. c. 1. 4.) non multum abeat, mihi, ni ipse fallor, ex diuturna cum Curtio consuetudine natam esse, bona fide profiteor. Erat Rhetor quidam, parum interest, cujus sæculi, qui, cum artis suæ insigne monumentum posteritati tradere cuperet, fabulam quidem ejus generis, quæ hodie Romanenses vocantur, excogitare potuisset, sed ipsius argumenti gravitate et luce artis splendorem augeri malebat. Idonea videba-

tur Alexandri Historia, quam inter Græcos, eodem ut creditur consilio, jam scripserat Clitarchus. Romano Rhetori, unde veriora haurire posset, non magna erat cura; campum, in quo ars exultare posset, invenisse, satis habebat. Summa tum cura erat, ut orationes ornatissimæ et descriptiones tragicæ vel ex Græco transcriptæ vel recens compositæ rerum gestarum seriei suo quæque loco insererentur, atque invicem Historiam ornarent. Reliqua vero, ut bene narrarentur, operam quidem dedit, sed propter imperfectam rerum Historico necessariarum doctrinam in multos errores abreptus est.

Exemplarium Curtii manuscriptorum plura ad nostram ætatem pervenerunt, sed accidit Curtio, quod Arriano aliisque, ut omnes Codices superstites ex uno antiquo exemplari eoque jam mutilo originem traxerint; perierunt liber primus et secundus, atque in superstitibus plures loci modo majoris, modo minoris ambitus. Quem defectum ut supplerent, tres potissimum viri docti operam dederunt. Christoph. Bruno, Juris utriusque Licentiatus, ejusdemque ac bonarum literarum quondam Professor Monachii in Schola Poëtica, amborum, qui in principio desiderantur librorum Supplementum compendiosum collegit, quod cum Curtio edebatur Basileæ 1545. Fol. et postea sæpe repetitum est. Æque compendiosa sunt Christophori Cellarii Supplementa libri I. et II. atque lacunarum posteriorum librorum, 1688. Quæ exciderint, quomodo singula dispensata fuerint, paucis exponit, atque in notulis adjectis auctores suos recenset. Utroque longe copiosior fuit Freinshemius, qui omnes lacunas explevit 1648. Ex quovis genere scriptorum quicquid huc spectabat, multo labore collegit, et in unum corpus congessit, unde factum quidem est, ut vera et falsa [b] promiscue legantur, merito vero præ reliquis eam ob causam laudatur, quod suo labore

[b] Ex. c. statim in principio, ubi Curtii nomine de fontibus hujus Historiæ scripsit § 1—6. Habet illa ex Arriani Præfatione, quem veram est Ptolemæum potissimum et Aristobulum auctores secutum esse; at falsum est de Curtio, ut supra monui.

et optime ad lectionem Curtii præparavit, et molestiam lacunarum minorum amovit.

Exemplarium editorum magna multitudo est, maxime in usum Scholarum, quorum recensio hujus quidem loci non est. Omnium enim, qui hisce literis student, manibus terenda est Harlesii V. Cel. 'Brevior Notitia Literaturæ Romanæ.' Qui plura cupiunt, Freinshemii Fabriciique Catalogum a Bipontinis auctum (quanquam et ii quædam omiserunt) evolvant. Tironum tamen causa Curtii post literas renatas fata adumbrabo. Editio princeps Curtii prodiit Venetiis 1470. sive 1471. plurimarum ex reliquis basis; ætate fere par est Romana Laveri, et proxima Mediolanensis 1475. Posteris temporibus plures viri docti textum vel e Codicibus et conjectura emendarunt, vel Notis illustrarunt, quorum celebriores sunt Des. Erasmus, Aldus, Adr. Junius, Franc. Modius, (Val. Acidalius,) Matth. Raderus, Titus Popma, Io. Jos. Pontanus. Nemo vero Curtio majorem operam impendit quam Joannes Freinshemius, Curtii sospitator, qui non solum textum docte recensuit, sed copiosis quoque Commentariis illustravit. Exemplar ejus primo prodiit Argentorati 1648. 8. II. Vol. tum vero ab ipso Freinshemio paulo ante obitum adornatum longe priori auctius et emendatius, curante Rappio ibid. 1670. 4. Post Freinshemium multi Curtium vel cum Notis ex illo Excerptis, quibus suas insperserunt, vel cum Notis Variorum ediderunt; inter quos laudantur Cellarius, cujus editio prima prodiit 1688. et Pitiscus, cujus posterior 1693. et 1708. præfertur, pueris potissimum commendanda. Locupletissima omnium est Henrici Snakenburgii cum Notis Variorum partim integris, partim selectis, Delphis et Lugd. Batav. 1724. 4. in qua omnia Supplementa, plurimorum Codd. Variæ Lectiones et omnium fere interpretum priorum Notæ continentur. Basis est Freinshemiana. Post Snakenburg. plures adhuc edd. in Germania, Gallia et Britannia prodierunt, quarum nulla magnopere laudatur. Probabilis est Bipontina. Novissima vero, quam Cunze V. Cl. Helmstadii 1795. edere cœpit, nondum absoluta est.

Ex versionibus Germanicis maximam laudem meruit, quam edidit Ostertag Frfti ed. II. 1799. Vol. II.

De opera qualicumque mea hoc moneo: Textum dedi Freinshemio-Snakenburgianum, sed recognitum et multis locis, ut spero, ex Codd. cum reliquis tum Theocreni ac Bodleiano alteroque Oxoniensi emendatum. Quæ vero a vulgari usu temere recedere videbantur, ut 'urguere,' 'arte,' pro 'urgere,' 'arcte,' et similia, recudi nolui. [Ad calcem paginæ] Olympiadas et annos a. Chr. n. ascripsi; Indicem quoque nominum propriorum adjeci. Mappam Geographicam, qua pretium libri, scholarum maxime usui designati, auctum fuisset, ii, qui copiam mapparum novissime studio Orbis Antiqui dicatarum norunt, non desiderabunt. Ceterum omnem operam dedi, ut Curtium diligenter interpretarer, omissis tamen, quæ facile ex quovis meliore Lexico peti possent. Quapropter plurimarum Lectionum Variantium et multarum conjecturarum, haud sane necessariarum, mentionem non feci. Quæ ex aliis transcripsi, auctorum suorum nomina præferunt. Plurimum studii in comparandis reliquis, qui de Alexandro tradiderunt, Historicis, quatenus ad Curtium explicandum juvabant, et in erroribus Curtii retegendis consumsi, ut, quibus non est copia librorum, ex Commentario veriora petere possent. Si vero passim erravero, viri docti me hominem esse et nihil humani a me alienum putare meminerint.

PROLEGOMENA

DE

QUINTI CURTII RUFI

NOMINE, ÆTATE, VITÆQUE CONDITIONE, NECNON DE FIDE EJUS HISTORICA ATQUE STYLO.

[EX EDIT. D. I. T. CUNZII, HELMST. 1802.]

1. NOMEN, ætas et vitæ conditio Quinti Curtii Rufi tam spissis obvoluta sunt tenebris, ut, quanquam plurimum operæ ac laboris in eam rem impenderint viri docti, frustra tentatum sit, ea investigare atque, ne dicam cum veritate, sed cum verisimilitudine definire. Cui quidem rei non alia subest causa, quam quod certis illi et indubitatis ex antiquitate petitis prorsus destituebantur testimoniis. Eandem ob causam oleum certe et operam equidem perderem, si ulterius in illas res inquirere conarer. Satius erit, sententiis illorum, qui unquam circa tales quæstiones versati sunt, virorum et mea, qualiacumque ea sunt addere atque cuique lectorum permittere cuinam assentiri libeat.

Prænomen et nomen Curtii in omnibus extant codicibus manuscriptis, excepto Bongarsiano secundo, qui, omisso prænomine, ita præfert: *Curtii Rufi incipit liber tertius* et Vossiano secundo, qui sine ullo librorum vel auctoris indice est. Sed cognomen Palatinus secundus, Leidensis, Vossianus, codd. optimi et antiquissimi, atque etiam editio Aldi Manutii omittunt, propterque ea non abest suspicio, cognomen illud a librario esse assutum, haud dubitante, Curtium, cujus meminit Suetonius in indice Excellentium

Rhetorum vel etiam eum, qui apud Tacitum Annal. XI. 20. et 21. occurrit, auctorem esse Historiæ Rerum ab Alexandro Magno gestarum. Attamen Franciscus Modius in notis quibus Curtium illustravit, ea de re ita prædicat: 'Quod Rufi cognomen Curtio asseruerim, in eo adeo culpam non deprecor, ut etiam laudem mihi deberi contendam, cum ad scriptorem non malum, certe in historia, quam memoriæ mandavit, unicum, mea opera quasi postliminio cognomen suum rediit. Et facerem profecto flagitium, si, cum eidem hoc perpetuum veterum librorum consensus tribuat, amplius in re manifestaria disputarem.'

II. Auctor Historiæ Rerum ab Alexandro M. gestarum quis fuerit? aut quo tempore vixerit? qua vitæ conditione usus fuerit? prorsus non constat, quia neque ipse satis plane ac dilucide ea professus est, neque æqualium aut ætate paulo posteriorum quisquam Curtii Historici mentionem fecit. Fuerunt quidem, qui dulcedine ac nitore styli Curtiani abrepti atque aurea, ut aiunt, ætate Latini sermonis vixisse, esse aliquid rati, nihil haberent antiquius, quam ut Curtium nostrum Ciceronis asserent temporibus, et, neglecta prorsus ipsius Curtii professione, lib. X. 9. 3. eundem illum esse autumarent, quem Cicero ad Quintum fratrem lib. III. Ep. 2. laudat 'bonum et eruditum adolescentem.' Sed ea, quæ universe de Curtii ætate confirmari posse videntur, et quæ talibus opinionum commentis prorsus adversantur, hæc fere sunt: Primum post Livium vixit; nam Curtium studiosissimum ejus imitatorem fuisse, manifesto apparet, idque infra fusius demonstrabo. Deinde etiam post Quintilianum scripsit Curtius. Ille enim in recensione omnium scriptorum lectu dignorum ac juventuti studiosæ commendandorum, Instit. Orat. X. 1. Curtii nomen omittere profecto non potuisset, si modo Curtius ætate antecessisset Quintilianum. Itaque probandi potius sunt alii, qui, ipsius Curtii declarationem minime negligendam esse rati, locis duobus Curtianæ Historiæ usi sunt, ad definiendam ætatem auctoris. Verum enim vero et his adeo nihil conceptæ temere spei successit, ut

ea de re adhuc sub judice lis sit. Siquidem isti loci ita sunt comparati, ut conjectura quædam assequi inde quidem possis, ad dirimendam autem controversiam omnem parum sufficiant. Primus locus extat lib. IV. cap. 4. fin. ubi Curtius de fatis Tyri urbis disserens addit: 'Multis ergo casibus defuncta et post excidium renata, nunc tamen, longa pace cuncta refovente, sub tutela Romanæ mansuetudinis acquiescit.' Alter locus est lib. X. cap. 9. 3. seqq. 'Proinde jure meritoque populus Romanus salutem se principi suo debere profitetur, qui noctis, quam pæne supremam habuimus, novum sidus illuxit, hujus hercule, non solis ortus, lucem caliganti reddidit mundo, cum sine suo capite discordia membra trepidarent. Quot ille tum extinxit faces! quot condidit gladios! quantam tempestatem subita serenitate discussit! Non ergo revirescit solum, sed etiam floret imperium. Absit modo invidia, excipiet hujus sæculi tempora ejusdem domus utinam perpetua, certe diuturna posteritas.'

Non dubium est, Curtium his verbis ævum suum significare, sed quis fuerit ille princeps? quandoque extiterit ista nox? hic aqua hæret neque adhuc inter viros doctos satis constat. Nam Petrus Pithœus, Bongarsius[a] aliique Principem illum Augustum esse opinati sunt. Ausonius Popma[b] cum Jacobo Perizonio[c] et aliis locum Curtii imperium Tiberii spectare contendunt. Justus Lipsius,[d] Brissonius[e] necnon Tellierius[f] Claudii Imperatoris temporibus illum adaptant. Janus Rutgersius,[g] Gerardus Vossius,[h] Jo. Clericus,[i] Loccenius[k] atque denique Freinshemius[l] ad Vespasianum potius referunt; Is. Pontanus[m] Curtium Trajani sæculo remittit; Casp. Barthius[n] eum vix antiquiorem esse

[a] Not. in Justin.
[b] Not. in Curt. X. 9. 3.
[c] In Curtio Vindicato p. 3.
[d] Not. ad Tacit. Annal. XI. 20.
[e] De Regno Persarum lib. I.
[f] In Præfat. ad Curtium.
[g] In Variar. Lection. lib. I. c. 19.
[h] De Historicis Latin. lib. I. c. 18.
[i] Artis Critic. P. III. sect. 2. cap. 3. 15.
[k] In Dedicatione Notarum ad Curtium.
[l] In Not. ad Curtil X. 9. 3.
[m] In Epist. 39. 60. et passim.
[n] In Epist. ad Jo. Freinshemium.

ævo Theodosiano statuit. Recentioribus tandem temporibus eam rem uberius fusiusque tractavit, atque, ut omnem tandem controversiam dirimeret, enixus est vir, cum illustrissimus tum doctissimus, Joannes Franciscus Josephus Bagnolo, Comes Italus, in libro singulari, quem inscripsit: 'Della Gente Curzia e dell' Eta di Q. Curzio l'Istorico Ragionamento.' Prodiit hic liber Bononiæ MDCCXLI. forma octonaria, auctorque Curtium ad Constantinum Magnum reduxit.

Quisque horum auctorum firmissimis argumentis placita sua munire atque quemlibet in alia omnia discedentem refellere ac redarguere conatus est. Sed tanta illa tantorum virorum dissensio satis arguit, tam periculosa et lubrica res quam habeat deliberationem, atque, ne et ipsi impetu aut temeritate quadam ducamur ad judicandum, opus est, primum ut rite perpendamus, quid loci isti Curtii sibi velint, deinde ut cum cura ac diligentia Historiam Imperatorum illorum, e quibus quempiam designare potuit Curtius, inspiciamus. Nam cognitis demum perspectisque vitis moribusque horum principum bene recteque conjicere possumus, quinam illorum Curtio, felicitatem publicam contemplanti civibusque congratulanti, ante oculos sit obversatus.

Ad priorem quod attinet locum IV. 4. fin. equidem inde, quod ad ætatem Curtii definiendam pertineat, nihil extorquere possum, quam Curtius post Severum vixit, cum ista 'mansuetudo Romana' vix alia esse possit, quam hujus Imperatoris, qui Jus Italicum Tyriis concessit. Ceterum me judice locus, quem vocant, communis minimeque 'longa pax' ad imperium Romanum universum referenda est, sed potius hæc fere voluisse sibi videtur Curtius: Tyrus post excidium renata nullisque amplius hostibus infestata cito reviruit, siquidem longa pax cuncta refovet, quidni urbem talem, ad opes recuperandas atque augendas tam opportune sitam?

Plus auxilii locus alter X. 9. 3. affert, si non ad extricandam veritatem haud dubitandam, ad conjecturas certe

capiendas vero simillimas. Scilicet, si demta verborum translatione, remotisque ornamentis oratoriis, periodum ad proprium et simplicem reduxeris sensum, quinque has propositiones illi inesse videbis :

I. Curtius non liberis Reipublicæ Romanæ temporibus, sed cum jamjam Imperatorum dominationi ea pareret, scripsit.

II. Jam consueverat populus Romanus huic Imperio, atque ita consueverat, ut, pristinæ libertatis oblitus, nomina 'caput,' 'princeps,' 'dominus' non amplius odisset, sed publice profiteretur, sese in regno esse. Utrumque satis apparet e verbis: 'Populus R. salutem se principi suo debere profitetur,' et 'cum sine suo capite discordia membra trepidarent.'

III. Princeps ille, cum ad Imperium accederet, Rempublicam bellis civilibus oppressam atque in factiones, quarum capita omnia simul regnum affectarent, dissolutam sedavit, eamque ad concordiam et societatem revocatam rursus ad pristinam gloriam et potentiam evexit. Hoc manifeste significant non modo ea, quæ Curtius initio capitis præfatur atque unde ad hoc præconium digreditur: 'Nam et insociabile est Regnum et a pluribus expetebatur. Primum ergo collegere vires, deinde disperserunt: et cum pluribus corpus, quam capiebat, onerassent, cetera membra deficere cœperunt: quodque Imperium sub uno stare potuisset, dum a pluribus sustinetur, ruit,' sed etiam 'discordia membra' et exclamationes istæ: 'Quot tum extinxit faces!' 'quot condidit gladios!'

IV. Princeps ille multam et præclaram habuit prolem, unde lætissima affulgeret spes.

V. Regnum, vel potius potestas Imperatoria ita jam corroborata atque inveterata erat, ut populus facile pateretur atque gauderet, si jure quodam hæreditatis filio illa traderetur a patre. Utrumque probatur conclusione illa votiva: 'absit modo invidia, excipiet hujus sæculi tempora ejusdem domus utinam perpetua certe diuturna posteritas.'

In his quinque propositionibus regula est, qua sola uti

debemus ad ætatem Curtii definiendam. Ubi vero ad eam normam virorum doctorum, de quibus modo dixi, opiniones dirigere, easque diligentius perpendere velis, præter sententiam Bagnolo, viri illustrissimi, vix ulla est, quæ satis se nobis probet. Sed videamus de singulis.

Qui cum Pithœo et Bongarsio Curtium Augusto imperante floruisse statuunt, omnia argumenta, ex ipsis Curtii verbis desumta, negligunt atque ad unam styli elegantiam concinnitatemque, rationem parum sufficientem, confugiunt. Augustus enim Princeps ille esse non potuit, qui, ut erat popularis, teste Suetonio (Octavian. c. 53.) 'Domini' seu 'Capitis' appellationem ut maledictum et opprobrium semper exhorruit, dominumque se appellari ne a liberis quidem, aut nepotibus suis, vel serio vel joco passus est, atque ejusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Deinde etiam, quod jam Just. Lipsius vidit,[o] Augustus, cum ad Imperium accederet, non extinxit bellorum faces, sed accendit, non condidit gladios sed eduxit. Neque etiam istam tempestatem 'subita' serenitate discussisse dici potest Augustus, cum civilia bella per duodecim fere annos, ab occisione Cæsaris A. U. 711. usque ad pugnam Actiacam 723. continuaret.[p] Et quæ, quæso, erat illa nox, quam pæne supremam habuerit populus Romanus, cujusque novum sidus illuxerit Augustus? ubi erat mundus caligans, cui lucem reddiderit? ubi Respublica, quæ imperante illo reviruerit? Certe nihil unquam fuit robustius, nihil immensis viribus adeo superbiens, quam imperium Rom. tum, cum Octavianus gubernacula Reipublicæ prehenderet. Nam, devictis omnibus gentibus, universi terrarum orbis domina evaserat ita, ut Florus[q] rectissime statuere videatur: dehinc, inquit, ad Cæsarem Augustum CCL. anni, quibus totum orbem pacavit. 'Hic jam ipsa juventa Imperii et quasi quædam robusta maturitas.'

Ad quartam propositionem quod attinet, Augustus ex

[o] Ad Taciti Annal. II. Not. 64.
[p] Sueton. Octav. 8. et 9.
[q] Prolog. 7.

Scribonia Juliam, ex Livia nihil liberorum tulit,[r] cum maxime cuperet. Nepotes ex Agrippa tres habuit, Caium, Lucium et Agrippam, de quibus Caium et Lucium adoptavit quidem, per assem et libram emtos a patre, sed lætum eum atque fidentem hac sobole fortuna destituit ita, ut in duodeviginti mensium spatio amiserit ambos, Caio in Lycia, Lucio Massiliæ defunctis. Tum tertium nepotem Agrippam, simulque privignum Tiberium adoptavit. Ex quibus Agrippam brevi ob ingenium sordidum ac ferox abdicavit, et quid de Tiberio speraverit, vel inde patet, quod ingemiscens sæpius proclamare soleret illud Homeri[s] in se versum:

Αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι, ἀγονός τ' ἀπολέσθαι.

Fuerunt præter ea, qui traderent, Augustum palam nec dissimulanter morum ejus diritatem adeo improbasse, ut nonnunquam remissiores hilarioresque sermones superveniente eo abrumperet.[t] Sævam etiam ac lentam naturam ne in puero quidem latentem respiciens Augustus, hanc emisit vocem a cubiculariis exceptam: Miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit. Expugnatus precibus uxoris adoptationem ejus non abnuit quidem, eumque hæredem scripsit, sed ita, ut augeretur inde suspicio opinantium, Imperatorem necessitate magis quam judicio ea fecisse. Testamenti autem initium fuit: Quianam sinistra fortuna Caium et Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Cæsar mihi ex parte dimidia et sextante hæres esto. Atque de homine, quem Augustus non electum unum, quem plurimum diligeret, sed relictum ex omnibus atque prælatum nequiori invitus hæredem instituerat, Curtius scripsisset: absit modo invidia, &c.

Ausonius Popma, Jacob. Perizonius, et alii, qui ad Tiberii tempora Curtium referunt, meris nominibus potius nituntur atque confidunt, quam auctoritate Curtii ipsius. Scilicet Curtium nostrum invenisse putant in Taciti Annal. XI. 20. et 21. et in titulis codd. Mss. libelli Suetoniani de

[r] Sueton. Octav. 63. seqq. Tacit. Annal. I. 6. seqq.

[s] Iliad. III. 40.

[t] Sueton. Tiber. 21.

Claris Rhetoribus, secundum quos Suetonius egerat de L. Cæsetio Pisone, M. Porcio Latrone, Q. Curtio Rufo, &c. Eundem illum nostrum Curtium fuisse minime dubitant et cum Rhetor ille proxime post illos nominetur, qui sub Augusto floruerunt, Tiberio statim illum assignant, suffragante quidem Tacito l. l. sed vehementer refragantibus argumentis ex ipso Curtio petitis. Nam Tiberius princeps ille non fuit, qui 'domini' seu 'capitis' titulum æque abnuens atque Augustus, Dominus[u] appellatus a quodam denuntiavit, ne se amplius contumeliæ causa nominaret; qui, ut speciem quandam libertatis induceret, conservatis senatui ac magistratibus et majestate pristina et potestate[x] etiam prænomen Imperatoris cognomenque patris patriæ recusaret, ac ne Augusti quidem nomen,[y] quanquam hæreditarium, ullis, nisi ad reges ac dynastas Epistolis, addidit, neque hoc alia de causa, quam quod vereretur, ne mox, majore dedecore, impar tantis honoribus inveniretur.[z] Quæ autem nox pæne suprema et tum erat, cum principatum reciperet Tiberius? quas faces ille extinxit, quos gladios condidit, qui summa pacis atque otii tranquillitate imperium est adeptus? idque non vi quæsitum, non occupatum, sed a senatu precante, ad genua procumbente,[a] postquam impudentissimo mimo diu illum ludificasset,[b] ultro ipsi quasi invitissimo oblatum. Quæ membrorum discordia, cum Consules, patres, equites in servitium ruentes,[c] unum Tiberium, maturum annis, spectatum bello natum aptumque unanimo consensu declararent ad imperii tantam molem sustinendam, et cuncta regendi onus tolerandum? Seditiones, quæ statim, cum imperium recepisset, in Illyrico et in Germania exoriebantur, minime huc revocandæ sunt, nam illæ non antecedebant ejus imperium, sed sequebantur; harumque faces non extinxit, sed comparavit; atque isti exercitus non tumultuabantur, cum sine suo capite discor-

[u] Sueton. Tiber. 27.
[x] Id. ibid. 30.
[y] Id. ibid. 26.
[z] Id. ibid. 67.
[a] Tacit. Annal. I. 7. et 11.
[b] Sueton. Tiber. 24.
[c] Tacit. l. l. conf. etiam Velleii Paterc. Histor. II. 124.

dia membra adhuc trepidarent, sed mutatus princeps licentiam turbarum ostendebat, et quidam etiam principem detrectabant non a se datum.[d] Præter ea autem Tiberius ipse adeo nihil fecit ad supprimendas istas turbas, ut trepida civitas incuriam ejus incusans conquereretur, 'quod dum' patres et plebem, invalida et inermia, cunctatione ficta ludificaretur, dissideret interim miles neque duorum adolescentium (Drusi filii et Germanici fratris filii) nondum adulta auctoritate comprimi posset; ire ipsum et opponere majestatem imperatoriam debuisse.—An Augustum fessa ætate toties in Germanias commeare potuisse, Tiberium vigentem annis sedere in senatu verba patrum cavillantem?'

Ceterum Rempublicam non deperditam aut oppressam invenit, sed summa cum cura ab Augusto administratam, maximis viribus auctam, immensis opibus nixam, positisque olim armis civilibus, pace diutina recreatam adeo, ut Tiberio imperante neque 'revirescere' neque magis 'florere' ullo modo potuerit.

Et qua tandem fronte posteritatis diuturnæ domus Tiberiæ expectationem movere, aut etiam mentionem ejus facere ausus esset Curtius, Tiberio vivo, qui in omne genus crudelitatis adeo eruperat, atque ad teterrima facinora obduruerat, ut in omnes suos crudelissimus semper fuerit? Primum enim scelus novi principatus fuit Postumi Agrippæ fratris cædes,[f] scilicet verebatur, ne regni æmulus ille existeret, cum rumor incessisset,[g] paucos ante menses Augustum, electis consciis, et comite uno Fabio Maximo, Planasiam vectum ad visendum Agrippam; multas illic utrimque lacrymas et signa caritatis, spemque ex eo, fore, ut juvenis penatibus redderetur.

Filiorum neque naturalem Drusum, neque adoptivum Germanicum, patria caritate dilexit.[h] Ne mortuo quidem

[d] Tacit. Annal. I. 16. et Sueton. Tiber. 24.
[e] Tacit. Ann. I. 46.
[f] Tacit. Annal. I. 6. et Sueton. Tiber. 22.
[g] Tacit. Ann. I. 5.
[h] Sueton. Tiber. 52. et Tacit. Annal. II. 69.

Druso perinde affectus est. Etiam Germanico causa mortis fuisse credebatur per Cn. Pisonem, legatum Syriæ, eamque suspicionem confirmavit ipse postea, conjuge etiam ac liberis Germanici crudelem in modum afflictis. Morte horum liberorum destitutus[i] ex nepotibus, quorum ex Germanico tres, Neronem, Drusum et Caium, ex Druso unum Tiberium habebat, maximos natu, Neronem et Drusum, senatui commendavit quidem,[k] sed mox omni humanitate exutus, quotidie magis magisque obbrutuit, atque eos non solum omnium criminationibus obnoxios reddidit, variaque fraude inductos, ut et concitarentur ad convicia et concitati proderentur, sed ipse etiam per literas eos accusavit,[l] amarissime congestis etiam probris et judicatos hostes fama necavit, Neronem in insula Pontia, Drusum[m] in ima parte Palatii. Plures aliquanto necaturus,[n] ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus credebatur, cum et Caium suspectum haberet et Tiberium, ut ex adulterio conceptum aspernaretur. Neque id abhorret a vero. Identidem enim Tiberius 'felicem Priamum' vocabat, 'quod superstes omnium suorum extitisset.' Væ adulatori! cui de isto homine augurari libuisset: 'Absit modo invidia,' &c.

Qui præconium, quo Curtius principem suum illustravit, Claudio adaptant, tam perperam agunt, ut mirari satis nequeam, nomina Lipsii, Brissonii ac Tellierii in illis esse. Tanta enim sententiæ ejus est insulsitas, ut refellere eam ac redarguere vix operæ pretium sit, et qui ita statuere potuerunt, aut Curtii verba prorsus neglexerunt, aut non legerunt, quæ Suetonius, Dio Cassius, et Josephus de isto Imperatore scripserunt. Matre Antonia ipsa teste,[o] non homo, sed portentum hominis, nec absolutus a natura, sed tantum inchoatus, animo simul et corpore ita erat habetato, ut ne progressa quidem ætate ulli publico privatove muneri habilis existimaretur, et diu, atque etiam post tutelam receptam,

[i] Sueton. Tiber. 54.
[k] Tacit. Ann. III. 29. et Sueton. Tib. 54.
[l] Sueton. l. l. et Tacit. Annal. IV. 59. seqq.
[m] Tacit. Annal. VI. 23.
[n] Sueton. Tiber. 62. fin.
[o] Sueton. Claud. 2. seqq.

alieni arbitrii et sub pædagogo esse deberet.[p] Abjecta spe dignitatis, ad otium concessit modo in hortis et suburbano, modo in Campaniæ secessu delitescens, atque ex contubernio sordidissimorum hominum, super veterem segnitiæ notam, ebrietatis quoque et aleæ infamiam subiit. Contumeliis ubique obnoxius vixit.[q] Si v. c. paulo serius ad prædictam cœnæ horam occurrisset, non, nisi ægre et circuito demum triclinio, recipiebatur, et quoties post cibum addormisceret, quod ei fere accidebat, olearum et palmularum ossibus incessebatur; interdum ferula flagrove, velut per ludum, excitabatur a copreis. Solebant et manibus stertentis socci induci, ut repente expergefactus, faciem sibi confricaret. Talis tamque derisus ab omnibus homo, non, nisi mirabili quodam casu, ad imperium accedere potuit, atque ita etiam factum est.[r] Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Caligulæ in diætam, cui nomen erat Hermæum, recesserat. Neque multo post, rumore cædis exterritus, prorepsit ad solarium proximum, interque prætenta foribus vela se abdidit.[s] Latentem ibi discurrens forte gregarius miles,[t] animadversis pedibus, e studio scitandi, quisnam esset, agnovit, extractumque, et præ metu ad genua sibi accidentem, 'Imperatorem' salutavit. Hinc ad alios commilitones perduxit, a quibus lecticæ impositus et in castra delatus est tristis ac trepidus, miserante obvia turba, quasi ad pœnam raperetur insons. Receptus intra vallum, inter excubias militum pernoctavit aliquanto minore spe quam fiducia. Nam consules cum senatu et cohortibus urbanis forum capitoliumque occupaverant asserturi communem libertatem. Accitus deinde per tribunos plebis in curiam, vi se et necessitate teneri, respondit. Postero die, senatu sequiore in exequendis conatibus, et multitudine

[p] Sueton. Claud. 5.

[q] Id. ibid. 8.

[r] Id. ibid. 10. Aurel. Vict. Epit. IV. Dio Cassius LX. init. Joseph. Antiqq. Jud. XIX. 3.

[s] Aurel. Vict. l. l. deformi latebra latens. Dio Cass. l. l. ἐν γωνίᾳ τινὶ σκοτεινῇ. Joseph. l. l. κατά τι προσβατὸν ὀλίγαις βαθμίσι χωρίον.

[t] Aurel. Vict. de Cæsarib. III. 19. unus ortus Epiri ex cohortibus, quæ palatium per opportunos locos obsidebant. Joseph. l. l. Γράτος τῶν περὶ τὸ βασίλειόν τις τῶν στρατιωτῶν.

unum rectorem exposcente, armatos pro concione jurare in nomen suum passus est; promisitque singulis quina dena sestertia; primus Cæsarum fidem militis præmio pigneratus. Hoc autem modo se præbuit non puer, sed quinquaginta annos natus.[u] Imperator deinde spem, quam movisset, non fefellit. In semet augendo parcus atque civilis prænomine Imperatoris abstinuit.[x] Libertis atque uxoribus addictus non principem, sed ministrum egit,[y] atque etiam ita evituit, ut passim et propalam contemtui esset. Expeditionem unam omnino suscepit, eamque modicam.[z] Ex Urgulanilla uxore unum filium Drusum tulit, quem impuberem amisit; ex Messalina, quem primo Germanicum, mox Britannicum cognominavit.[a] Sed illo jam adulto, Agrippinæ uxoris artibus deceptus, privignum Neronem adoptavit,[b] filio posthabito. Per eandem Agrippinam veneno deinde occisus est.[c]

Talis erat Claudius Imperator. Abunde satis apparet, eum quavis laude indignissimum fuisse, nedum præclaro et magnifico illo elogio, quo Curtius principem suum ornavit.

Sententia Rutgersii, Vossii, Clerici et Loccenii, qui cum Freinshemio ad Vespasianum Imperatorem Curtium retulerunt, primo aspectu probabilior multo videtur, sed ubi studiosius eam intuemur, haud ita nobis arridet. Optimus quidem omnique laude dignissimus fuit princeps Vespasianus, deque Tito filio et ipse et universi omnes justissimam foverunt spem. Verum enim vero, cum ad imperium accederet, discordia Reipublicæ membra minime trepidabant sine suo capite. Vitellius enim a legionibus, qui in Germania hybernabant, Imperator electus,[d] gravi exercitu urbem petierat, et, cum Otho ipse se interemisset, a senatu territo legatione[e] salutatus atque receptus, et ab ipso Ves-

[u] Sueton. ibid. 10.
[x] Id. ibid. 12.
[y] Id. ibid. 29.
[z] Id. ibid. 17.
[a] Id. ibid. 27.
[b] Id. ibid. 39.
[c] Id. ibid. 44.
[d] Tacit. Hist. II. 87.
[e] Id. Hist. II. 90.

pasiano agnitus erat; siquidem exercitus ejus duce præeunte sacramentum Vitellio dixerat.[f] Itaque Respublica non erat 'sine suo capite,' cum moris tum esset, Imperatorem a militibus eligi. Neque etiam meliore jure Vespasianus ad imperium accessit. Scilicet Mœsiaci exercitus[g] bina e tribus legionibus millia auxilio missa Othoni, postquam iter ingressis nuntiatum est, victum eum ac vim vitæ suæ intulisse, nihilo secius Aquileiam usque perseveraverunt, quasi rumori minus crederent. Ibi per occasionem ac licentiam omni rapinarum genere grassati, cum timerent, ne sibi reversis reddenda ratio ac subeunda pœna esset, consilium inierunt eligendi creandique Imperatoris. Neque enim deteriores esse aut Hispaniensi exercitu, qui Galbam, aut prætoriano, qui Othonem, aut Germaniciano, qui Vitellium fecissent. Propositis itaque nominibus legatorum consularium, quot ubique tunc erant, cum ceteros, alium alia de causa, improbarent et quidam e legione tertia, quæ sub exitu Neronis translata ex Syria in Mœsiam fuerat, Vespasianum laudibus ferrent, assensere cuncti, nomenque ejus vexillis omnibus sine mora inscripserunt. Hoc exemplum statim secuti sunt Ægyptiacus ac Judaicus exercitus. Vespasianus ipse a regni cupiditate minime alienus, Muciani admonitionibus incitatus,[h] vatumque responsis monitus,[i] civile bellum suscepit, atque ad opprimendum Vitellium copias paratas circumquaque dimisit.[k]

Quonam igitur modo Vespasianus gladios civium condidit? quas faces civilium turbarum extinxit?—Et nihilo tamen minus non nego, multa esse in Curtii loco, quæ huic opinioni admodum faveant. Sic v. c. nullus Imperatorum fuit, cujus filii omnes ac singulos ad tantam tamque justam spem excitarent, quam Titus, 'deliciæ atque amor ille humani generis.' Atque eadem illa spes in causa erat, cur Vespasianus pater ad imperium capessendum vocare-

[f] Id. Hist. II. 74.
[g] Sueton. Vesp. 6.
[h] Tacit. Hist. II. 76.
[i] Id. ibid. 78.
[k] Id. ibid. 79. Sueton. Vesp. 7.

tur a Muciano, regni æmulo lib. II. cap. 77. Historiar. Taciti ita concionante: Ne Mucianum socium spreveris, quia æmulum non experiris: me Vitellio antepono, te mihi. Tuæ domui triumphale nomen, ' duo juvenes, capax jam imperii alter, et primis militiæ annis apud Germanicos quoque exercitus clarus. Absurdum fuerit non cedere imperio ei, cujus filium adoptaturus essem, si ipse imperarem.'

Quæ cum ita sint, equidem in verbis non amplius hærerem libenterque auctoribus hujus sententiæ accederem, nisi obstaret locus Curtii IV. 4. fin. Me judice enim Curtius, imperante Vespasiano, de Tyro profecto scribere non potuisset, quæ ibi legimus,[1] cum Syria, ad quam tum pertinebat Tyrus, a cladibus belli, quo Respublica Judæorum penitus dilabebatur, minime esset immunis. Vid. Joseph. Bell. Jud. II. 19. et passim.

Multo minus vero audiendus est Is. Pontanus, qui locum Curtii ad Trajanum refert, atque inprimis præcedentem Vossii, Clerici atque Freinshemii sententiam impugnat. Verum enim vero ridicule facit in refellenda illorum, et temere agit in probanda ac munienda sua ipsius opinione. Scilicet id, quod sagacissimum virum in primis offendit, est, quod Vespasianus ejusque filii non satis diu regnaverint. ' Hærebis,' (inquit in Epist. ad Ger. Vossium scripta) ' nihilominus æque in illis verbis: ' absit invidia,' &c. quod Vespasiani posteritas diuturna non fuerit, et filius ejus Titus annos tantum duos, frater vero Titi, Domitianus, quindecim imperio transegerit.' Quasi Curtius, si Vespasiano vivo scripsisset, prævidere potuisset fata illius domus et vota sua irrita. Eodem ingenii acumine addit: ' Estque notandum, cum domus ejusdem posteritatem dicat Curtius, minime ad Vespasianum hoc referendum, ' cui filii successere,' sed optime quadrare in Trajanum qui ex sua domo ac familia Hadrianum successorem sortitus est.' Quid, quæso, jejunius est tali ratiocina-

[1] Vide Cunzii Comment. ad eum locum not. ee.

tione. 'Filius' non est 'successor ejusdem domus' nominandus, sed potius 'consobrinæ filius;' ita enim Hadrianus junctus erat Trajano.[m]

Ceterum Trajanus, qui cognomen Optimi demeruit, dignus quidem fuisset, quem summis laudibus ornaret Curtius. Justitiæ enim ille ac juris humani divinique tam repertor novi, quam inveterati custos erat.[n] Sed ea merita non erant, quæ auctor noster verbis extollit. A Cocceio Nerva in filii locum atque partem imperii adoptatus[o] militum furorem motumque bellicum represserat quidem, sed bella civilia, quæ sedaret, nulla erant. Plinius Panegyr. 5. 'Talem esse,' inquit, 'oportuit, quem non bella civilia, nec armis oppressa Respublica, sed pax et adoptatio et tandem exorata terris numina dedissent.' Hunc locum certe non inspexit Pontanus, cum tamen diligenti lectione libelli hujus Pliniani se jactet, neque scribere erubescat: nisi attendere etiam obiter libeat, quam apte verbis Curtii superius recitatis Trajani respondeat imperium, imperiique initium. De quo omnia quæ velim et fuse ad hanc rem, in illustri illo suo ad hunc Principem Panegyrico refert Plinius Junior.

Imperium Romanum, quod vitio et inertia Cæsarum quasi consenuerat atque decoxerat, Trajano Principe rursus movit lacertos, et, præter spem omnium, senectus imperii quasi reddita juventute reviruit quidem,[p] sed filium, cui imperii sceptra relicturus esset, neque naturalem neque adoptatum habuit. Sunt quidem, qui putent, Hadrianum adoptionis jure illi successisse, sed solo Vopisco auctore ita statuunt, qui in Vita Aureliani cap. 4. scripsit: quod Cocceius Nerva in Trajano adoptando, 'quod Ulpius Trajanus in Hadriano,' &c. Attamen testimonia aliorum huic rei contradicunt. Sic Eutrop. VIII. 3. 'Defuncto Trajano Ælius Hadrianus creatus est princeps, sine aliqua voluntate Trajani; sed operam dante Plotina, Trajani uxore.

[m] Eutrop. VIII. 4.
[n] Aurel. Vict. Epit. XIII. 9.
[o] Id. XII. 16. Eutrop. VIII. 1. Jordanes de Regnorum et Temporum Ratione.
[p] Florus Prolog. 8.

Nam eum Trajanus quanquam consobrinæ filium, vivens noluerat adoptare.' Idem testatur Io. Xiphilinus in 'Ἐκλόγαις ex Histor. Dionis Vita Hadriani cap. 4. 'Hadrianus a Trajano adoptatus non est.' Idemque ex eodem Dione addit: 'Apronianus enim pater meus, qui Ciliciæ præfuit, quique res ejus (Hadriani) omnes certe cognovit, mihi singula recensuit, atque illud in primis, mortem Trajani per aliquot dies in occulto fuisse, ut adoptatio procederet, idque ex literis ejus ad senatum cognitum fuisse, quibus literis non ipse, sed Plotina, subscripsit, quod in alio factum fuerat nunquam.' Eadem traduntur ab Ælio Spartiano Vita Hadriani: 'Nec desunt, qui factione Plotinæ, mortuo jam Trajano, Hadrianum in adoptionem ascitum esse prodiderint, supposito, qui pro Trajano fessa voce loqueretur.' Adoptionem autem istam sub ipsa demum morte imperatoris esse factam et inde probatur, quod idem Spartianus l. l. 'quinto,' inquit, 'Iduum Augusti die legatus Syriæ literas adoptionis accepit. Tertio Iduum earundem excessus ei Trajani nuntiatus est.' Quæ cum ita sint, omnis Pontani sententia ad irritum cadit atque rescinditur; nam Curtius vivo et regnante Trajano talia augurari nullo modo potuit, qualia loco sæpius laudato auguratus est.

Sententia Casp. Barthii, qui Theodosium M. Curtii Principem fuisse opinatur, rationibus non magis idoneis confirmatur. Scilicet causa, cur ad eam ætatem Curtium detrahat, alia nulla est, quam declamatorium ejus acumen ad Panegyristarum affectiones inclinatum. Ergo in auctore, quem alii ob styli elegantiam ad auream Latinitatis ætatem evexerant, in eodem illo emunctioris naris homo contrarium olfacit, atque ad æneam ætatem eum detrudit. Quasi ante tempora Theodosii id orationis genus non fuisset, cujus jejunitatem jam abominatur Cicero, cujusque ostentationem sæpius incusat Quintilianus. Deinde Barthius etiam putat, verba quædam Curtii Theodosio potius, quam Principum ulli convenire. Illum v. c. fuisse re vera 'novum sidus' illumque in duobus filiis 'diuturnam poste-

ritatem suæ domus' expectare potuisse. Ad primum quod attinet, non negandum quidem est, Theodosium Reipublicæ afflictæ maximo auxilio fuisse. Aurelius Victor Epit. 44. merito eum laudat 'propagatorem Reipublicæ atque defensorem eximium,' at mala ista, quibus opprimebatur imperium Romanum non inde erant exorta, quod sine suo capite discordia membra trepidarent, neque etiam quod civilibus bellis disturbaretur, sed a barbaris et hostibus externis, Gothis, Triballis, Hunnis, Alanisque tum infestabatur atque ad eos depellendos a Gratiano Theodosius electus erat imperator. Jornendes, in libro de regnorum et temporum successione, 'Theodosius Hispanus,' inquit, 'Italicæ divi Trajani civitatis a Gratiano Augusto apud Syrmium post Valentis interitum factus est imperator. Atque deinde una cum Theodosio regnavit Gratianus annos VI.' Idem testatur et Cassiodorus in Chronico: 'Gratianus itaque cum jam XIV. regnásset annis, cum Theodosio regnat annis VI.' Fusius autem eam rem narravit Paulus Diaconus in Historia Miscella, vel potius in Additamentis ad Eutropii Breviarium Hist. Rom. lib. XI. his verbis: 'Porro Gratianus, cum animadvertisset Thraciam Daciamque tanquam genitales terras possidentibus Gothis Triballisque atque omni pernicie atrocioribus Hunnis et Alanis, extremum Romano nomini periculum instare, eadem provisione, qua quondam legerat Nerva Hispanum virum Trajanum, per quem Respublica reparata est, accitum et ipse nihilo minus æque ab Hispania Theodosium faventibus cunctis apud Syrmium purpura induit ætatis annum III. et XXX. agentem Orientisque et Thraciæ simul imperio præfecit. Itaque Theodosius Alanos, Hunnos et Gothos incunctanter aggressus magnis multisque præliis vicit.'[4]

Quæ talia imperii auspicia quonam modo verbis Curtii possint adaptari equidem non video. Bella deinde quidem non movit, sed invenit Theodosius. Debellatis enim hostibus externis, non deerant domestici v. c. Maximus tyran-

[4] Aurel. Vict. XLIV. 6.

nus, qui Gratianum interfecerat, Eugenius atque Arbogastes, qui, alius post alium surgentes, fecerunt, ut in ipso demum vitæ fine pacem, quam quæsiverat, nancisceretur. Neque 'subita' ergo 'serenitate' discussit noctem, quam pæne supremam habuit imperium Romanum.

Illustrissimus tandem Bagnolo in libro supra laudato Curtium Constantini M. σύγχρονον fuisse multis demonstrat ejusque argumentatio his fere nititur rationibus:

Si respicimus verba, quæ præcedunt Curtii locum sæpius laudatum, inde ab initio capitis noni et quæ observationi subsequenti quasi ansam præbuerunt: 'Sed jam fatis admovebantur Macedonum genti 'bella civilia.' Nam insociabile est regnum et a pluribus expetebatur.' Primum ergo collegere vires, deinde disperserunt et 'cum pluribus corpus, quam capiebat, onerassent, cetera membra deficere cœperunt: quodque imperium sub uno stare potuisset, dum a pluribus sustinetur, ruit,' vix dubium relinquitur, illam auctori temporum confusionem ante oculos versatam esse, qua Romanorum Respublica sub ipsis imperii auspiciis Constantini M. concuteretur. 'A pluribus expetebatur regnum.' Nam Constantius, Constantini pater, atque Armentarius Cæsares Augusti appellantur,[r] creatis Cæsaribus, Severo per Italiam, Maximino per Orientem, eodemque tempore Constantinus Cæsar efficitur. Maxentius Imperator, dehinc Licius Augustus, parique modo Alexander apud Carthaginem Imperator fit. Simili deinde modo Valens Imperator creatur, &c. Idem testatur Eutropius lib. x. 1. seqq.

Tum vere 'discordia membra trepidabant sine suo capite.' Cum in hac turba omniumque rerum eversione Constantius vita decessisset, Constantinus in Britannia creatus est Imperator et in locum patris exoptatissimus moderator accessit,[s] exortisque deinde ubique civilibus bellis victor evasit, atque tandem mira bellorum felicitate solus totum Romanum imperium obtinuit. Inprimis vero Italiam Ro-

[r] Aurel. Vict. 34. et 35. [s] Eutrop. x, 2. Aurel. Vict. Epit. xxxvii. 1.

mamque ipsam minimo temporis spatio sedavit. Accersitus in Italiam, inquit Bapt. Egnatius (in Vita Constantini), ab iis qui Maxentii tyrannidem ferre non poterant, biennio totam Italiam urbemque Romam pristinæ majestati asseruit. ' Quantam tempestatem subita serenitate discussit!'—Rem Romanam in plurimas partes dissolutam atque divulsam quasi conglutinavit atque constrinxit; victis pulsisque Gothis securam reddidit. Simul vero pacem internam restituit, legum severitate firmavit, artes bonas præcipue literarum studia, quibus et ipse deditus erat,[t] nutriit, atque ita factum est, ' ut imperium non revirescceret solum, sed etiam floreret.' Imperatoriam potestatem hæreditatis loco filiis traditurus, simul vero ut negotia publica melius procurarentur, atque ut, patre magistro, gubernandi artem probe ediscerent, cum filio fratris, Delmatio, prosperrimæ indolis juvene, tres filios, Constantinum, Constantium atque Constantem Cæsares creavit, eosque Galliæ, Orienti, Italiæque præfecit. Inde magna illa et prope explorata diuturnæ posteritatis spes enata est, qua nixus Curtius ita palpatur: ' Absit modo invidia, excipiet hujus sæculi tempora ejusdem domus, utinam perpetua, certe diuturna posteritas.'

Dominum populi Romani ubique se gessit Constantinus; neque principatum dissimulavit, sed palam ostendit habitum regium gemmis et caput exornans perpetuo diadomate."

His rationibus rite perpensis, vix dubium relinquitur, conjecturam Illustrissimi Bagnolo vero esse simillimam. Negandum enim non est, Curtii nulla verba non congruere optime cum imperio Constantini M. Et si ita res se habet, neminem amplius movebit, Curtii nusquam apud veteres mentionem fieri. Mirari etiam desinemus, quæ causa fuerit codicum manuscriptorum penuriæ, quæ tanta est, ut, cum lacunæ atque corruptelæ omnibus communes sint, recte judicare VV. DD. videantur, qui ex uno exemplari

[t] Idem ibid. [u] Aurel. Vict. 37.

cetera descripta, atque ex uno eodemque manco et mendoso expressa esse omnia autumant. Dudum enim amissa Reipublicæ libertate omnis literarum honos imminui cœperat; pauci Imperatorum fuerant, qui ipsi amassent aut suscitassent artes liberales. Quid igitur mirum, si Musæ magis magisque obmutescerent? Præter ea, ut fit in ea temporum iniquitate, antiquiorum opera negligebantur, abjectaque in bibliothecis sepeliebantur, recentiorum respuebantur; codices rarius in dies describebantur, indeque fiebat, ut sensim e manibus privatorum hominum dilaberentur, quæque adessent, antiquiorum plura, pauciora recentiorum, haud ita multo post ingruentium populorum immanium barbaries non diripuit, non cum ceteris thesauris prædata est, sed incendio vastavit. Atque hoc profecto summum beneficium numini divino debemus, quod monumenta ista cultioris humanitatis, ne dicam lacera, sed quod omnino illa habemus.

His de Curtii ætate VV. DD. sententiis spectatis, operæ pretium non videtur esse, ulterius inquirere in opinionem istam: Historiam Curtii scriptoris cujusdam neoterici figmentum esse. Nam adeo insulsam eam atque ex mero pruritu, παράδοξα proferendi, natam existimo, ut cum tantorum hominum judiciis istam comparare haud sustineam. Ceterum quam vanæ sint istæ ineptiæ optime docuit Jo. Chr. Wagenseilius in Pera Librorum Juvenilium T. IV. p. 178. 'Etsi quacumque de causa,' inquit ille, 'non occurrit apud antiquiores, qui extant, Curtii mentio, tamen ii, quorum ætas tria sæcula longe excedit, ejus meminere, ut sic saltem longe ante illa tempora vixisse illum necesse sit. Joannes nimirum Sarisberiensis, Carnotensis Episcopus, quem anno 1182. vita excessisse constat, Curtium allegat in Policratico lib. VIII. 18. (Vincentis Bellovacensis lib. IV. Speculi Doctrinalis cap. 125. Jo. de Vitriaco in Gestis Dei per Francos p. 1132.) Philippus vero Gualterus, Episcopus Insulanus, quem nonnulli Sarisberiensis æqualem temporum autumant, alii, ut Vossius de Poëtis Latinis, a. 1250. claruisse ferunt, in Alexandreide, sive Carmine,

quo libris X. cecinit Res gestas Alexandri, Curtium ad verbum, quantum poterat, imitatus est.'[x]

De Alphonso quoque decimo Hispaniæ rege, qui Sapientis cognomen meruit, et anno 1252. imperare cœpit, Antonius Panormitanus in Vita ejus prodit, eum, cum gravi morbo laboraret, remedia medicis frustra præscribentibus cœpisse legere Q. Curtii Historiam de Alexandro M. adeoque illius dulcedine captum fuisse, ut ex sola lectione sanitatem recuperaverit. Hæc sæpe deinde repetiit verba erumpens: 'valeant Avicenna, Hippocrates, medici ceteri, vivat Curtius sospitator meus!'[y]

His Wagenseilii verbis postscripsit Fabricius Biblioth. Tom. II. c. 17. 'Petrus Blæsensis Epist. 101. inter libros in scholis celebres prædicat profuisse sibi frequenter inspicere historias Q. Curtii. Scholas frequentavit Petrus circa a. Ch. 1150. Ms. codicem Historiarum Curtii annorum octingentorum, qui extat Parisiis in Bibliotheca Colbertina, laudat Bernardus Montefalconius præfatione ad Palæographiam Græcam, et Dan. Maichelius de Bibliothecis Parisiensibus p. 56. (Journal. Literaire Tom. XII. p. 95. 96.) Alium Schonhovii, exaratum ante aliquot sæcula, Brugis evolvit Hadrianus Junius. Alius codex antiquus Curtii membranaceus fuit in Bibliotheca Menarsiana p. 64. Alius e sæculo decimo, qui fuit Bongarsii, est in Bibliotheca Bernensi.'

Equidem his testimoniis nihil addo, nisi locum Donati Acciaioli (JCti Florentini, qui obiit Mediolani 1473). Hic præter alia scripsit Vitam Scipionis, duce inprimis Plutarcho, ibique laudavit sententiam Curtianam his verbis: 'Verum hæc nos admonere debet fragilitatis humanæ, cujus nimia (ut ille[z] inquit) in prosperis rebus oblivio est.'

III. Cum hoc modo incertum sit, quando Curtius vixerit

[x] Idem observavit Casp. Barthius LII. 6.

[y] Eandem rem tradidit Æneas Sylvius 476. Opp. sed e libro Gratiani de casibus Virorum Illustrium p. 20. dicimus, hunc Alphonsum non decimum Hispaniæ regem, sed quintum Arragoniæ et Neapolis fuisse, qui obiit 1458.

[z] Curtius IV. 14. 20.

et quis fuerit; cumque jure ac merito dubitetur, scriptorem Rerum ab Alexandro M. gestarum esse, quem Cicero ad Quint. Fratr. III. Ep. 2. laudat, bonum et eruditum adolescentem, vel quem Juvenalis Sat. XI. vehementem oratorem vocat, vel de quo Tacitus Annal. XI. 20. et 21. aut XVI. 28. loquitur, vel etiam quem Suetonius in libello de Claris Rhetoribus inter Claros Rhetores refert, vel denique ullum alium, cujus veteres scriptores meminerunt, non habeo, quæ de vitæ ejus conditione dicam. Rhetorices studiosissimum fuisse illum, ex Orationibus, quas Historiæ suæ inserere amat, satis quidem constat. Utrum vero artem illam professus sit atque publice docuerit, an etiam illi studio suppeditaverit modo privatim, non liquet.

IV. Fides Historici Scriptoris non solum ab integro atque incorrupto veritatis studio pendet, sed etiam a fontibus unde, quæ traditurus sit, hauriat. Illud facit ut vera dicere velit, hi ut ea dicere possit: atqui certe nemo, qui sine ira et studio Curtium legerit, sinceritatem ejus desiderabit. Fontes autem, si non satis caute elegit, Curtii minus id vitium fuit, quam fontium ipsorum, in quibus, æque impuris et contaminatis omnibus, nulla fere electio esset.

Scilicet Alexander ita erat honoris cupidus, ut non solum, abjecta hominis conditione, divinitatem sibi assereret, ipseque vana illa prædicatione sese jactaret, sed etiam ab aliis Deus credi vellet, atque ob istam causam homines acciret donis pecuniaque corruptos, qui acta ipsius, non ad veritatem, sed mirum in modum aucta et amplificata, memoriæ prodérent. Veritatis ita erat impatiens, ut hostili odio in suos quoscumque sæviret, qui secus, atque ipse jussisset, credere viderentur; neque etiam amicitiæ fidei parceret, quotiescumque aliquis ex ejus intimis tam stolidæ superbiæ obloqui esset ausus. Quid mirum, si exiret aula, qui pius esse vellet? nec remanerent, nisi adulatores, qui ad infatuati regis non modo sensum, sed etiam vultum atque nutum converterentur, qui res tenuissimas augerent, vitia honestarent, mera monstra divulgarent, atque ipsa rerum monumenta assentationum portentis corrumperent.

Cujus aliquando tam humilis assentationis pertæsus ipse Alexander, quasi, quæ secuta sunt, animo præsagiens apud Lucianum libello quo docetur: *Πῶς δεῖ Ἱστορίαν συγγράφειν*, cap. 40. *Ὡς ἡδέως ἄν, ἔφη, πρὸς ὀλίγον ἀνεβίουν, ὦ Ὀνησίκριτε, ἀποθανών, ὡς μάθοιμι ὅπως ταῦτα οἱ ἄνθρωποι τότε ἀναγινώσκουσιν· εἰ δὲ νῦν αὐτὰ ἐπαινοῦσι, καὶ ἀσπάζονται, μὴ θαυμάσῃς· οἴονται γὰρ οὐ μικρῷ τινι τῷ δελέατι τούτῳ ἀναστάσειν ἕκαστος τὴν παρ' ἡμῶν εὔνοιαν.*

Ob istas causas haud injuria Strabo omnes, qui de rebus Alexandri M. scripserunt, non semel sed sæpius v. c. II. 70. *Ψευδολόγους*, atque XV. 688. *κολακεύοντας Ἀλέξανδρον* nuncupat. Idem XV. 685. ita de illis judicat: *Τινὲς δ' αὐτῶν καὶ συστρατεύσαντες ἀλλήλοις καὶ συνεπιδημήσαντες, καθάπερ οἱ Ἀλεξάνδρῳ συγκαταστρεψάμενοι τὴν Ἀσίαν· ἀλλ' ἕκαστος ἑκάστῳ τἀναντία λέγει πολλάκις. Ὅπου δὲ περὶ τῶν ὁραθέντων οὕτω διαφέρονται, τί δεῖ νομίζειν περὶ τῶν ἐξ ἀκοῆς;* Eodemque libro 698. idem verissime statuit: *Πάντες μὲν γὰρ οἱ περὶ Ἀλεξάνδρου τὸ θαυμαστὸν ἀντὶ τἀληθοῦς ἀποδέχονται μᾶλλον*, neque ullus est veterum, qui talibus judiciis adversetur. Videamus jam, quæ de singulis istis scriptoribus passim prostent sententiæ. Omnes recensere, quotquot de Alexandro scripserunt, quibusque unum opus fuit, audacem istum regem celebrare, nec vacat nec libet.[a] Præcipuos ex infinito pæne illorum numero seligere sufficiet; nam ex his discimus omnes.

Callisthenes Olynthius, Aristotelis discipulus, unus ex illis fuit, quos Rerum suarum Scriptores Alexander secum habuit. Nihil aliud ille egisse videtur, quam ut regi glorioso, conquerenti, Achillem virtutis suæ præconem invenisse Homerum, alter Homerus existeret. Tanta enim erat arrogantia, ut Alexandri facta suis scriptis inferiora ipse prædicaret; et masculam illam gravitatem promtamque libertatem, quam Curtius VIII. 5. 13. aliique passim laudant, non alia de causa ostendisse videtur, quam, ut

[a] Vide de illis in Fabricii Biblioth. Græca. Lib. III. c. 8. Ger. Vossius de Historicis Gr. Brucker. Histor. Crit. Philosoph. Tom. I. atque inprimis de Sainte-Croix Examen Critique des Anciens Historiens d'Alexandre-le-grand à Paris 1775. 4.

ipse divinitatem Alexandro concederet, atque ut omnis gloria ejus ex illis penderet, quæ scripturus esset. Arrian. IV. 10. *Ἐκεῖνα δὲ οὐκ ὅτι ἐπιεικῆ δοκῶ τοῦ Καλλισθένους, ὅτι ὑφ' αὑτῷ τε εἶναι ἀπέφαινε καὶ τῇ αὐτοῦ ξυγγραφῇ Ἀλεξανδρόν τε καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. Οὔκουν αὐτὸς ἀφίχθαι ἀπ' Ἀλεξάνδρου δέξαν κτησόμενος, ἀλλὰ ἐκεῖνον εὐκλεᾶ ἐς ἀνθρώπους ποιήσων· καὶ οὖν καὶ τοῦ θείου τὴν μετουσίαν Ἀλεξάνδρῳ ἀνηρτῆσθαι ἐξ ὧν ἂν αὐτὸς ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου συγγράψας ἐξένεγκῃ ἐς ἀνθρώπους.* Fastus ille transmigraverat in ejus scripta, *ὄντα οὐχ ὑψηλὰ ἀλλὰ μετέωρα* teste Longino *Περὶ Ὕψους*, III. 2. edit. Mori. Ubique Tragœdias moverat atque quasi personam Herculis et cothurnos, ut aiunt, infantibus aptaverat (*πρεστραγωδῶν ὁ Καλλισθένης* Strab. XVII. 814.) Eodem redit judicium Suidæ v. *K. αὐφυὴς πρὸς τὸ αὐτοσχεδιάζειν καὶ ῥύμῃ πολλῇ φέρεσθαι.* Quare Cicero de Orat. II. 14. de illo: 'Callisthenes scripsit Historiam et hic quidem Rhetorico pæne more.' Qui vero mos qualis fuerit, fusius declarat in Bruto 10. 'concessum est Rhetoribus mentiri in Historiis, ut aliquid dicere possint argutius.' Hinc ille ejus contemtus ad Quint. Frat. Ep. 12. 'Callisthenes vulgare et notum negotium.' Præter ea minime alienus a superstitione, id quod discipulum et consobrinum Aristotelis prorsus dedecuit, atque Tacticæ Artis adeo ignarus fuit, ut Polybius[b] illum multorum absurdissimorum atque impossibilium arguat. Quæ autem tot tantaque testimonia satis superque demonstrant, Callisthenem pessimum fuisse Historiarum conditorem.

Onesicritus, Diogenis Cynici sectator, etiam Alexandri comes fuit ejusque Historiam tractavit. In illo opere, Diogene Laërtio atque Suida testibus, Xenophontem sibi imitandum proposuerat, quod vero parum illi successit. Meras fabulas ille scribens tantam tamen impudentiam susceperat, ut hominibus gravissimis testibusque et veri consciis commenta sua recitare non erubuerit. Sic v. c. Plutarchus Alex. p. 691. perhibet, Onesicritum et fabulam de Amazonum regina (Curt. VI. 5. 24.) in Historia sua tradi-

[b] Polyb. Tom. II. p. 836. seqq. ed. Ernest.

disse, καὶ πολλοῖς χρόνοις ἤδη βασιλεύοντι Λυσίμαχῳ τῶν βιβλίων τὸ τέταρτον ἀναγινώσκειν, ἐν ᾧ γέγραπται περὶ τῆς Ἀμαζόνος· τὸν οὖν Λυσίμαχον ἀτρέμα μειδιάσαντα, καὶ ποῦ, φάναι, τότ' ἤμην ἐγώ; Strabo XV. 698. de illo: Ὃν τῶν παραδόξων ἀρχικυβερνήτην προσείποι τις ἄν· ὑπερβάλλεσθαι δὲ δοκεῖ τοὺς τοσούτους ἐκεῖνος τῇ τερατολογίᾳ. Conf. Arrian. VI. 2. 6. et VII. 5. 9. Etiam A. Gellius Noct. Att. X. 4. eum contumeliæ potius, quam honoris causa nominat.

Clitarchus, Alexandrinæ expeditionis itidem comes Res ab isto rege gestas, non quidem ut veram et solidam componeret Historiam, sed ut ingenium suum exerceret atque ostentaret, describere conatus est. Longinus III. 2. φλοιώδης δ' ἀνὴρ (Κλείταρχος) καὶ φυσῶν, κατὰ τὸν Σοφοκλέα, οὐ σμικροῖς μὲν αὐλίσκοισι φορβειᾶς δ' ἄτερ, quod, uti e Ciceronis ad Attic. II. Ep. 16. discimus, de iis usurpabatur, qui in magna quidem re versabantur, sed modum tamen excedebant. Clitarchus autem non solum in magnis rebus versans modum excessit, sed minutissima sæpe grandia fecit. Sic v. c. Demetrius Phalereus in libello Περὶ Ἑρμενείας 304. jure eum ridet, quod, cum de animali, Græcis τενθρηδὼν dicto, ζῷον μελίσσῃ ἐοικὸς (einer Wespe) narraret, non aliter sit locutus, quam si de fero bove, vel apro Erymanthio esset sermo. Scilicet: κατανέμεται μὲν τὴν ὀρεινὴν, εἰσίπταται δὲ εἰς τὰς κοίλας δρῦς. Hunc ἄχαριν τὸν λόγον ἅμα καὶ ψυχρὸν, uti ibidem vocatur, et similia Cicero sine dubio respexit, cum de Legib. I. 2. ita scriberet: 'Sisenna omnes adhuc nostros scriptores, nisi qui forte nondum ediderunt, de quibus existimare non possumus, facile superavit. Is tamen neque Orator in numero vestro est habitus et in Historia puerile quiddam sectatur, ut unum Clitarchum, neque præterea quenquam de Græcis legisse videatur: eum tamen velle duntaxat imitari: quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen abesset.' Quintilianus lib. X. 1. 'Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur.' Curtius bis eum citat IX. 5. 27. (ubi eum vel securitatis vel credulitatis incusat) et IX. 8. 15.

Hegesiæ Magnesii scripta A. Gellius IX. 4. Græcorum libris annumerat miraculorum fabularumque plenis. Stylo

præterea usus est tam illepido, atque ubique imitatione licentiæ poëticæ lasciviente, ut gravitati Historicæ nihil magis repugnaret. Strabo XIV. 546. ob illam causam '*Ηγησίας*, inquit, *ὁ ῥήτωρ, ὃς ἦρξε μάλιστα τοῦ 'Ασιανοῦ λεγομένου στύλου, παραφθείρας καθεστηκὸς ἔθος τὸ 'Αττικόν.* Eodem redeunt verba Ciceronis in Brut. 86. 'Hegesias se ita putat Atticum, ut veros illos præ se pæne agrestes putet. At quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa, quam tamen consequitur, concinnitate puerile?' Apud Dionysium Halicarn. in libro *περὶ Συνθέσεως 'Ονομάτων* Tom. II. p. 18. edit. Silburg. legimus: *ἐν γοῦν ταῖς τοσαύταις γραφαῖς ὡς καταλέλοιπεν ὁ ἀνὴρ (Ἡγησίας) μίαν οὐκ ἂν εὕροι τις σελίδα συγκειμένην εὐτυχῶς.* Exempla, quæ idem auctor affert, dicendi ejus generis, quod erat eodem Dionysio judice *μικρόκομψον, ἀγενὲς, μαλθακὸν*, habes ad Curt. IV. 6. 15.[c] Longinus III. 3. de Hegesia et quibusdam aliis ita judicat: *Πολλαχοῦ γὰρ ἐνθουσιᾷν ἑαυτοῖς δοκοῦντες, οὐ βακχεύουσιν, ἀλλὰ παίζουσιν*, cujus rei insigne prostat documentum apud Plutarch. Alex. 665. *'Εγεννήθη 'Αλέξανδρος καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆς 'Εφεσίας 'Αρτέμιδος ἐνεπρήσθη νέως· ὡς 'Ηγησίας ὁ Μάγνης ἐπιπεφώνηκεν ἐπιφώνημα, κατασβέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον. Εἰκότως γὰρ, ἔφη, καταφλεχθῆναι τὸν νεὼν, τῆς 'Αρτέμιδος ἀσχολουμένης περὶ τὴν 'Αλεξάνδρου μαίωσιν.* Ejusdem farinæ sunt, quæ legimus apud Photium (Biblioth. Tmemat. CCL.) ex Agatharchidis libro de Rubro mari hausta, ubi Hegesias Thebarum interitum deplorans inducitur hoc modo: *Τὸν γὰρ μέγιστα φωνήσαντα τόπον, ἄφωνον ἡ συμφορὰ πεποίηκεν. 'Η δὲ φάλαγξ τῶν Μακεδόνων εἰσβιασαμένη τοῖς ὅπλοις ἐντὸς τείχους τὴν πόλιν ἀπέκτεινεν· ἐκεῖ μὲν ταφὴ πόλεως ἐνταῦθα δὲ θάνατος.—'Ομοιον πεποίηκας, 'Αλέξανδρε, Θήβας κατασκάψας, ὡς ἂν εἰ ὁ Ζεὺς ἐκ τῆς κατὰ οὐρανὸν μερίδος ἐκβάλοι τὴν σελήνην*, et commode super his addit Agatharchides: *'Εμοὶ μὲν οὖν σκώπτειν καὶ ὁ σοφιστὴς δοκεῖ διὰ τούτων, οὐκ ὀλοφύρεσθαι τῶν πόλεων τὴν τύχην.* Curtius et hunc auctorem non neglexisse videtur.[d]

Haud major fides Nearcho atque Megastheni, quem tamen

[c] Cunzii Comment. ibid. not. v.

[d] Vide Cunzii Comment. ad IV. 6. 15. not. v. et 26. not. ff.

Arrian. v. 5. init. δόκιμον ἄνδρα appellat, et Daimacho sive Deimacho tribuitur a Strab. II. 70. *Ἅπαντες οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδόλογοι γεγόνασι, καθ' ὑπερβολὴν δὲ Δημαχος· τὰ δὲ δεύτερα λέγει Μεγασθένης, Ὀνησίκριτός τε καὶ Νέαρχος, καὶ ἄλλοι τοιοῦτοι παραψελλίζοντες. — Διαφερόντως δ' ἀπιστεῖν ἄξιον Δημάχῳ τε καὶ Μεγασθένει· οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τοὺς ἐνωτοκοίτας, καὶ τοὺς ἀστόμους καὶ ἄρρινας ἱστοροῦντες, μονοφθάλμους τε καὶ μακροσκελεῖς καὶ ὀπισθοδακτύλους, κ. τ. λ.* Eaque, quæ Mela, Plinius, Solinus, atque alii auctoribus istis inducti arripuere, ita sunt comparata, ut fictas et commentitias fabulas facile agnoscas, quæ omnes Strabonis judicio belle respondeant.

Aristobulus et Ptolemæus Alexandri amici, in expeditione ubique ejus comites, Rerumque gestarum socii, Vitam Alexandri exposuerunt et præ ceteris fide digni visi sunt Arriano. Neque hoc injuria, nam *ἄμφω τετελευτηκότος ἤδη Ἀλεξάνδρου ξυγγράφουσιν, ὅτε αὐτοῖς ἦτε ἀνάγκη καὶ ὁ μισθὸς τοῦ ἄλλως τι, ἢ ὡς συνηνέχθη, ξυγγράψαι ἀπῆν.*[e] Verum enim vero non desunt rationes, quibus et illorum fides valde minnitur. Primum enim uterque non alienus fuit a superstitione, quod Historiarum scriptori vix, aut omnino non concedendum est. Videas, si placet, Arrian. IV. 15. 14. et VII. 18. 11. Deinde non raro de rebus gravissimis tantum abest, ut conveniant, ut potius in partes contrarias disserant. Vid. Arrian. III. 3. 11. IV. 3. 11. IV. 14. 5. V. 14. 4. seqq. tantaque inter hos auctores sæpe est discrepantia, ut ipse Arrianus, qui tantopere illis favet, illam non demirari non possit. *Οὕτως*, inquit, (IV. 14. 6.) *οὐδὲ οἱ πάνυ πιστοὶ ἐς τὴν ἀφήγησιν, καὶ ξυγγενόμενοι ἐν τῷ τότε Ἀλεξάνδρῳ, ὑπὲρ τῶν γνωρίμων τε καὶ οὐ λαθόντων σφᾶς, ὅπως διεπράχθη, ξύμφωνα ἀνέγραψαν.* Denique Aristobulus inprimis carpitur a Luciano atque humilitatis adulationisque crimine arguitur in libello, qui demonstrat *Πῶς δεῖ Ἱστορίαν συγγράφειν* cap. 12. *Ὥσπερ Ἀριστοβούλου μονομαχίαν γράψαντος Ἀλεξάνδρου, καὶ Πώρου, καὶ ἀναγνόντος αὐτῷ τοῦτο μάλιστα τὸ χωρίον τῆς γραφῆς (ᾤετο γὰρ χαριεῖσθαι τὰ μέγιστα τῷ βασιλεῖ, ἐπιψευδόμενος ἀριστείας τινὰς αὐτῷ καὶ ἀναπλάττων ἔργα*

[e] Arrian. Præf. 3.

μείζω τῆς ἀληθείας) λαβὼν ἐκεῖνος τὸ βιβλίον, (πλέοντες δ' ἐτύγχανον ἐν τῷ ποταμῷ τῷ Ὑδάσπει) ἔβριψεν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸ ὕδωρ, ἐπειπών, καὶ σὺ δὲ οὕτως ἐχρῆν, ὦ Ἀριστόβουλε, τοιαῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα, καὶ ἐλέφαντας ἐνὶ ἀκοντίῳ [1] φονεύοντα.

Hi fere sunt fontes præcipui, unde, qui deinde postea de Rebus gestis Alexandri M. scripserunt, Diodorus Siculus, Plutarchus, Arrianus, Curtius, ceterique omnes hauserunt. Alii inconsulte ac temere res, qualescumque essent, recipiebant, alii circumspectius eligebant quidem, sed optimi quique studio mirabilium ducebantur; et quæ Herodianus Proœmio Historiarum de omnibus fere Historicis animadvertit, inprimis valet in illos, qui Vitam Alexandri M. exposuerunt. Οἱ πλεῖστοι τῶν περὶ συγκομιδὴν ἱστορίας ἀσχοληθέντων, ἐνίων τε πάλαι γεγονότων μνήμην ἀνανεώσασθαι σπουδασάντων, παιδείας κλέος ἄῤῥιστον μνάμενοι, ὅπως μὴ σιωπήσαντες λάθοιεν εἰς τὸν πολὺν ὅμιλον ἀριθμοῦμενοι, τῆς μὲν ἀληθείας ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν ὀλιγώρησαν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐπεμελήθησαν φράσεώς τε καὶ εὐφωνίας· θαῤῥοῦντες, ὡς εἴ τι καὶ μυθώδες λόγοιεν, τὸ μὲν ἡδὺ τῆς ἀκροάσεως αὐτοὶ καρπώσονται, τὸ δ' ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως οὐκ ἐλεγχθήσεται· εἰσὶ δ' οἱ πρὸς ἔχθραν ἢ μῖσος τυράννων, κολακείαν τε ἢ τιμὴν βασιλέων, πόλεώς τε καὶ ἰδιωτῶν εὐτελῆ καὶ μικρὰ ἔργα, λόγων ἀρετῇ, δόξῃ παρέδοσαν τῆς ἀληθείης μείζονι. Quasi splendore viri, cujus laudem gloriamque scriptis suis celebrandam sibi sumserant, obcæcati non nunquam verum non videbant, vel etiam e tanta farragine commentitiarum futiliumque rerum vera ac solida secernere desperabant atque, si tale opus aggrederentur, difficile esse, fabulam non scribere, perspiciebant. In his ipsis Curtius noster fuisse videtur, qui IX. 1. 34. aperte palamque profitetur. 'Equidem plura transcribo quam credo: nam nec affirmare sustineo, de quibus dubito, nec subducere, quæ accepi.' Item VII. 8. 11. 'Sed ut possit oratio eorum (Scytharum) spemi, tamen fides nostra non debet, quæ utcumque tradita sunt, incorrupta perferemus.' Nusquam tamen vanam famam secutus est aut temere effutita

[1] Ita Reitzius hunc locum emendavit, cum antea scriptum esset ἐν ἀκοντίῳ, hiante aliquantum oratione.

recepit. Vid. v. 6. 9. x. 10. 5. et passim. Quinetiam ipse tantam illam componentium vetusta rerum monumenta vel securitatem, vel par huic vitium, credulitatem, demirans ingemit IX. 5. 21. Ceterum multa Curtius e Clitarcho hausisse videtur. Vid. IX. 5. 21. et IX. 8. 15. Simul vero minime sprevit Ptolemæum. Vid. v. 3. 12. (coll. Arrian. III. 17. fin.) et IX. 5. 21.

Hinc colligere possumus Curtium quidem neutiquam id egisse, ut Historiam criticam, quam vocant, componeret, sed ut, quæ tradita essent ab auctoribus, amœna oratione renovaret, atque ita lectores teneret ac delectaret potius, quam doceret. Neque ita incredibile est, quod jam Perizonius vidit, Curtium hanc potissimum ex antiquis selegisse Historiam, quam Latino exequeretur sermone, quia sublimi stylo et oratoriis narrationibus videretur maxime opportuna. Quod vero haud injuria vitio vertitur Curtio, est, quod multa, quæ in opere Historico ægre desideramus, parum curaverit, et sic v. c. annos et tempestates, quibus singula gesta sint, nusquam addiderit. Sed quid mirum, quod Historiam hominis, qui ipse se, quem omnes Scriptores tanto nisu et impetu portentosum reddiderant, tanquam Fabellam Romanensem tractaret, et neque τὰς βασιλείους ἐφημερίδας inspiceret, neque Baitonis ac Diogneti σταθμοὺς τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας, tanquam ad rem suam parum facientes, consuleret?

Quæ omnia si bene riteque reputassent reprehensores Curtii justius profecto statuissent ac judicassent, quam subinde factum est. Nihil tamen iniquius, nihil indignius, nihil acerbius dictum est, quam quæ Jo. Clericus in Judicio de Q. Curtio protulit. Sed satis notum est Clericum æstu quodam ingenii et acerbitate naturæ abreptum censuram libenter studioseque in alios exercuisse, neque optimo cuique pepercisse. Scripserat vir iste Artem suam Criticam, normamque ibi posuerat acerrimam, qua omne judicium foret dirigendum, et, ut ostenderet, quanam ratione examen criticum instituendum esset, Q. Curtii Historiam, quæ forte ad manum esset, ad regulas præscriptas exegit. Casu enim Curtio

tale infortunium accidisse, persuasissimum mihi est, cum vitia, quæ in Curtio reprehendit Clericus, apud optimum quemque scriptorem reperire, nihil sit negotii. Ceterum defensione Curtii contra istorum objurgationes hoc loco facile supersedere possum, cum, quantum habeant iniquitatis, satis sit demonstratum a Jac. Perizonio in Q. Curtio Rufo Vindicato, necnon a Jo. Jac. Sartorio in Prolusionibus duabus, quibus Q. Curtius Rufus a quorundam reprehensione non nihil defenditur, et quæ in lucem prodierunt Erlangæ 1774. Minime vero alienum ab institutis meis puto, conferre Curtium Arriano, et quærere, quibus rationibus hic illi sit præferendus? Negandum quidem non est, Arrianum, qui ipse egregius militum dux, et Cappadociæ præfectus contra Alanos et Massagetas bellum duxit, eadem de causa instructiorem modis multis accessisse ad describendam expeditionem Alexandrinam, quam Curtius, rei bellicæ, uti videtur, plane rudis. Verum enim vero, si qui Curtio omnem fidem derogant et veritatem unice in Arriano inveniri putant, quippe qui Ptolemæi atque Aristobuli auctoritate narraverit omnia, inconsulte ac temere judicant, et vereor merito ut satis utrumque inspexerint. Nam licet horum testimonia, quæ ponderibus suis supra jamjam examinavimus, ubique præ se ferat Arrianus, ipse tamen in Præfatione fatetur, se neque alios contemsisse nec famam vanam respuisse. *Ἔστι δὲ ἃ καὶ πρὸς ἄλλων ξυγγεγραμμένα, ὅτι καὶ αὐτὰ ἀξιαφήγητά τέ μοι ἔδοξαν, καὶ οὐ πάντη ἄπιστα, ὡς λεγόμενα μόνον ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου, ἀνέγραψα.*[z] Quibus autem ductus sit rationibus in eligendis ejusmodi rebus, ipse non occultat, neque hoc ipso loco, neque II. 12. 12. ubi Alexandri erga matrem Darii comitatem describit, et postmodo addit: *Καὶ ταῦτα ἐγὼ οὔθ' ὡς ἀληθῆ, οὔτε ὡς πάντη ἄπιστα ἀνέγραψα. Ἀλλ' εἴτε οὕτως ἐπράχθη, ἐπαινῶ Ἀλέξανδρον τῆς τε ἐς τὰς γυναῖκας κατοικτίσεως, καὶ τῆς εἰς τὸν ἑταῖρον πίστεως καὶ τιμῆς· εἴτε πιθανὸς δοκεῖ τοῖς ξυγγράψασιν Ἀλέξανδρος, ὡς καὶ ταῦτα ἂν πράξας καὶ εἰπών, καὶ ἐπὶ τῷδε ἐπαινῶ Ἀλέξανδρον.* Sic et Arrianus nimis valde favet Alexandro, et nimis sæpe illius gloriæ servit

[z] Arrian. Præfat. 4.

atque lenocinatur adeo, ut passim nec ipse sibi constet, nec monstra ac prodigia prorsus incredibilia narrare erubescat. Anne v. c. mera miracula nuntiat, si in describendo prælio ad Granicum commisso I. 13. sqq. ubi Memnone duce Persæ Macedonas flumen transeuntes prohibere omni vi conantur et (15. 3.) τῷ τε πλήθει πολὺ ἐλαττούμενοι Μακεδόνες ἐκακοπάθουν ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ, καὶ αὐτοὶ ἐξ ἀβεβαίου τε καὶ ἅμα κάτωθεν ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἀμυνόμενοι· οἱ δὲ Πέρσαι, ἐξ ὑπερδεξίου τῆς ὄχθης. ἄλλως τε καὶ τὸ κράτιστον τῆς Περσικῆς ἵππου ταύτῃ ἐτετάκτο, οἵ τε Μέμνονος παῖδες, καὶ αὐτὸς ὁ Μέμνων μετὰ τούτων ἐκινδύνευσε.—si vetus ille, inquam, et exercitatus miles asseverat (16. 7.) Μακεδόνων δὲ τῶν μὲν ἑταίρων ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι καὶ πέντε τῇ πρώτῃ προσβολῇ ἐπέθανον,—τῶν δὲ ἄλλων ἱππέων, ὑπὲρ τοὺς ἑξήκοντα, πεζοὶ δὲ ἐς τοὺς τριάκοντα. Scilicet Aristobulum suum sine dubio secutus est, qui tradiderat, de Alexandri exercitu 'quatuor et triginta omnino desideratos atque in iis tantum novem fuisse pedites,' (Vid. Plut. Alexand. p. 673.) cum contra barbarorum peditum viginti millia, equitum duo millia quingenti cecidissent. Idem ille Arrianus autem omnem modum excedit, et credulitate nostra prorsus abutitur III. 15. seqq. Neque ipse etiam inficiatur sese Alexandrum nimium fovere VII. 30. 6. Αὐτὸν γε Ἀλέξανδρον οὐκ αἰσχύνομαι θαυμάζων, atque præpostero hoc amore impellitur inprimis, ut vitia ejus taceat, quotiescumque fieri id possit, aut certe minuat atque contegat, bona vero ubique conquirat, augeat, extollat. Cujus rei unico utar exemplo e VII. 18. 11. ubi mentionem quidem injicit Arrianus Calani Sophistæ mortem sibi parantis, sed caute celat, quæ Plutarch. Alex. p. 703. addit: Ἀλέξανδρος ἐπὶ τῆς πυρᾶς γενόμενος, καὶ συναγαγὼν πολλοὺς τῶν φίλων καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐπὶ δεῖπνον, ἀγῶνα προὔθηκε καὶ στέφανον ἀκρατοποσίας. Ὁ μὲν οὖν πλεῖστον πιὼν Πρόμαχος, ἄχρι χοῶν τεσσάρων πραθῆλθε· καὶ λαβὼν τὸ νικητήριον στέφανον τάλαντον, ἡμέρας τρεῖς ἐπέζησε. Τῶν δὲ ἄλλων (ὡς Χάρης φησὶν) τετταράκοντα καὶ εἷς ἀπέθανον πίνοντες, ἰσχυροῦ τῇ μέθῃ κρούσαντος ἐπιγενομένου. Scilicet ejusmodi commissatio yalde dedecuit virum, de quo VII. 30. 4. et passim ita prædicat: Οὐδ' ἐμοὶ ἔξω τοῦ θείου φῦναι ἂν δοκεῖ ἀνὴρ οὐδενὶ ἄλλῳ ἀνθρώπων ἐοικώς· cujusque vinolentiam his verbis excusat: Καὶ οἱ πότοι δὲ οὐ τοῦ οἴνου ἕνεκα

μακροὶ αὐτῷ ἐγίγνοντο, ἀλλὰ φιλοφροσύνης τῆς εἰς τοὺς ἑταίρους. (VII. 28. 9.) Fastum illum immensum, quo instigatus ad ipsam divinitatem aspiraret Alexander, eodem modo obtegit l. l. Ὅτι δὲ εἰς θεὸν τὴν γένεσιν τὴν αὐτοῦ ἀνέφερεν, οὐδὲ τοῦτο ἐμοὶ δοκεῖ εἶναι μέγα αὐτῷ τὸ πλημμέλημα, εἰ μὴ καὶ σόφισμα ἦν τυχὸν ἐς τοὺς ὑπηκόους τοῦ σεμνοῦ ἕνεκα. Atque ita ipse ille Epicteti discipulus, disciplinæ Stoicæ sectator, ubique adulatoris potius induit personam, quam amici simplicis veritatis, osorisque pravitatis. Curtii autem longissime diversa ratio est, et talis assentationis exempla frustra apud illum quæsiveris. Laudat, quæ laude digna fuerunt, prava vero neque obumbrat neque infucat e. g. VI. 2. 1. et 2. VI. 6. 1. et 2. ita, ut justius, verius et concinnius vix quisquam æstimaverit Alexandrum, quam ille X. 5. 26. seqq. fecit, nam omnia momento suo ponderavit, bona recensuit, sed neque multiplicavit neque auxit, vitia non tacuit, sed, prouti communis humanitas postulat, excusavit eaque vel fortunæ vel ætati tribuit.

Inter Curtium et Diodorum Siculum, qui lib. XVII. Historiam Alexandri tractavit, permagna intercedit similitudo, indeque factum est, ut Freinshemius init. Supplementorum atque Cellarius Geograph. Antiq. Tom. II. p. 106. crederent, Curtium ante oculos habuisse Diodorum. Sed, si quid video, ejus similitudinis id potius causæ fuit, quod uterque ex iisdem fontibus hauriret imprimis e Callisthene et Clitarcho. Conf. Wesseling. Not. in Diodor. Tom. II. 170. 280. et Heynii V. Ill. Commentat. de Fontibus et Auctoribus Historiarum Diodori in Commentat. Societ. Reg. Scient. Goettingens. vol. V. et VII.

Curtium Plutarcho comparare non licet, nam huic longe alius erat σκοπὸς, quem satis plane ipse explicat, in Vita Alexandri ita præfatus: Οὔτε γὰρ ἱστορίας γράφομεν, ἀλλὰ βίους· οὔτε ταῖς ἐπιφανεστάταις πράξεσι πάντως ἔνεστι δήλωσις ἀρετῆς, ἢ κακίας, ἀλλὰ πρᾶγμα βραχὺ πολλάκις καὶ ῥῆμα, καὶ παιδιά τις ἔμφασιν ἤθους ἐποίησε μᾶλλον, ἢ μάχαι μυριόνεκροι, καὶ παρατάξεις αἱ μέγισται, καὶ πολιορκίαι πόλεων. Ὥσπερ οὖν οἱ ζωγράφοι τὰς ὁμοιότητας ἀπὸ τοῦ προσώπου, καὶ τῶν περὶ τὴν ὄψιν εἰδῶν, οἷς ἐμφαίνεται

τὸ ἦθος, ἀναλαμβάνουσιν, ἐλάχιστα τῶν λοιπῶν μερῶν φροντίζοντες. Οὕτως ἡμῖν δοτέον εἰς τὰ τῆς ψυχῆς σημεῖα μᾶλλον ἐνδύεσθαι, καὶ διὰ τούτων εἰδοποιεῖν τὸν ἑκάστου βίον, ἐάσαντας ἑτέροις τὰ μεγέθη καὶ τοὺς ἀγῶνας.

v. Etiam de stylo Curtii docti judices dissentiunt. Nemo tamen fuit, qui elegantiam sermonis et facultatem dicendi non esset miratus; et qui illum castigaverunt, nimia potius concinnitate et festivitate, quam duritate, et quasi mœstitia orationis offensi sunt: atque ipse Clericus confitetur, se lectione Curtii maxime esse delectatum. 'Rerum gestarum,' inquit, (Art. Critic. P. III. s. 3. c. 1.) 'quas describit magnitudine animus perculsus, et styli elegantia delinitus, aliud nihil, præter fortitudinem, audaciam et felicitatem Alexandri videbat; aliud nihil præter sublimia verba facundissimi scriptoris audiebat.' Neque vero negandum est, Curtium ubique justo plus ῥητορεύειν et, Rhetorices studio unice deditum, occasiones captare, oratorias descriptiones, αὐξήσεις orationesque disertissimas opusculo suo inserendi. Nihilo tamen minus Curtiani sermonis tanta est dulcedo, ut non a juventute sola, sed etiam a limatis et emunctis hominibus in deliciis sit habitus, atque singularis illa elegantia, mira illa suavitas etiam viris subactioris judicii non displicuerit. Heumannus hac de re ita judicat: 'Curtius elegantiæ tam studiosus est, ut a vulgaribus locutionibus abstineat et ejusmodi phrases adhibeat, quas lector non prævideat, quo illum attentiorem reddat et sibi ejus amorem atque admirationem conciliet. Similis igitur est Virgilio, qui et ipse non delectare simpliciter studet lectores suos, sed etiam eos in admirationem rapere et attonitos reddere conatur eloquentia sua magnifica. Vid. Morhof. lib. de arguta dictione p. 170. Quintilianus lib. IV. c. 2. laudat narrationem eam, quæ omni, qua potest, gratia et Venere exornata est, atqui talis est Curtii de Alexandri rebus narratio, ergo eam laudare debemus cum Quintiliano, viro laudatissimo. Cicero cum Curtio ita comparari potest, uti Cicero comparatur cum Messalla Corvino a Quintiliano Dialog. de Orat. 18. 'Utroque,' inquit, (Graccho et Crasso)

'distinctior et urbanior et altior Cicero, Cicerone mitior Corvinus et dulcior et in verbis magis claboratus.' Ciceronis oratio habet pulchritudinem virilem, Curtii vero oratio habet formositatem muliebrem. Vel etiam sic ferri potest sententia: cultus styli Ciceroniani est matronalis, Curtiani virginalis. Ita judicat Heumannus in Notis ad Curtium, quas in Præfatione laudavi, atque equidem non dubitavi tanti viri judicium addere Testimoniis illis VV. DD. de Q. Curtio Rufo quæ in editione Snakenburgiana extant plurima.

Character styli Curtiani inprimis his virtutibus existit: I. Totus est metaphoricus, attributa animantium rebus inanimatis tribuens, et vice versa. II. Concisus seu pressus, multa in unam periodum participiorum ope coarctans. III. Selectus, inter phrases rei describendæ aptas semper eligens maxime propriam et omnium elegantissimam. IV. Copiosus, eandem enuntiationem recurrentem multis modis varians. V. Vividus, imaginationem ita feriens, ut res non narrari, sed geri videatur, atque lector putet, sese actioni interesse. VI. Numerosus et grata trajectione verborum animum in legendo retinens. VII. Castus, ea, quæ re turpia sunt, honestis appellans nominibus.

Ceterum est admirandum, quanta cum diligentia id egerit Curtius, ut Livii in dicendo esset similis. Atque hoc etiam adeo illi successit, ut exemplum ad imitandum propositum non solum expresserit, sed etiam nonnunquam superaverit. Raderus Not. ad Curt. III. 2. 11. rectissime 'Livius,' inquit, 'unus est, qui orationis majestate Curtium post se reliquit, acumine ingenii et sententiarum nervis Curtius illi vel par est, vel etiam superior.' Quin immo penitus in Livii familiaritatem sese dedisse, ejusque non colorem et speciem, sed etiam succum et sanguinem arripuisse videtur, nec scio an illum superaverit cum puritatis, tum elegantiæ studio, et quo minus quis dubitet, rem ita se habere, indicem plurium, quæ forte succurrunt, hic subjiciam phrasium, quibus uterque iisdem de rebus est usus.

Curt. III. 5. 12. 'fortunam in consilio habuit.'
Liv. XXXVI. 8. 'fortunam esset in consilio habiturus.'
Curt. III. 10. 9. 'aciem hostium prædam non arma gestantem.'
Liv. IX. 40. 'quippe illa prædam verius, quam arma esse.'
Curt. IV. 16. 33. 'si vere æstimare volumus.'
Liv. VI. 11. 'si quis vere æstimare velit.'
Curt. V. 1. 8. 'omnia sequi armatos.'
Liv. IX. 40. 'omnia illa victoriam sequi.'
Curt. V. 1. 11. 'morbis, quos odor cadaverum vulgaverat.'
Liv. XXV. 26. 'contactus ægrorum vulgabat morbos.'
Curt. V. 3. 2. 'fluvius jam navium patiens.'
Liv. XXI. 32. 'amnis non tamen navium patiens est.'
Curt. V. 3. 19. 'ferarum ritu cæderentur.'
Liv. V. 44. 'ferarum ritu sternuntur.'
Curt. V. 8. 3. 'fide ad ultimum invicta.'
Liv. V. 19. fin. 'si fidem ad ultimum præstitissent.'
Curt. V. 6. 14. 'Rex castigare territos supersedit.'
Liv. VI. 7. 'frustra certare supersedit.' conf. et. XXXIV. 59.
Curt. VI. 10. 35. 'repulsus sum—irrisui sumus.'
Liv. IV. 35. 'repulsos risui fuisse.'
Curt. VII. 7. 36. 'corpus ex equo defluxit in terram.'
Liv. II. 20. 'equo moribundus ad terram defluxit.'
Curt. VIII. 9. 37. 'haud sane operæ videbatur.'
Liv. V. 15. 'si operæ illi esset.' conf. et. I. 24.
Curt. VIII. 14. 16. 'anceps genus auxilii est.'
Liv. XXXVII. 41. 'quam anceps esset auxilii genus.'
Curt. VIII. 14. 37. 'hoc ultimo virtutis opere edito.'
Liv. XXX. 35. 'hoc edito velut ultimo virtutis opere.'
Curt. IX. 5. 30. 'regia' pro 'tentorio regis,' quod Clericus ἀκύροις annumerat, et quæ vox, inquit, a nemine Latine dicitur de tentorio.
Liv. II. 12. 'ferrum hostemque in vestibulo habeas regiæ.'
Curt. IX. 6. 21. 'momento unius horæ.'
Liv. V. 7. 'horæque momento.'

ILLUSTRIUM VIRORUM

JUDICIA

DE QUINTO CURTIO.

Antonii Panormitæ in Facetiis Alphonsi Regis.

ÆGROTABAT Rex Capuæ, et multi multa pro suo quisque ingenio ac studio oblectamenta ac munera ægro Regi cum excogitarent, ego quoque ex Caieta accersitus statim advolavi, deferens et ipse mecum fomenta et medelas meas, hoc est libellos, quos intelligebam illi quam maxime placituros, in quibus Q. Curtium, bonis (ut aiunt) auspiciis exhibendum, exhibui.

Ex Bartholomæi Merulæ Epistola Curtio præfixa.

Tum de imperatoria virtute ultro citroque multa verba fecimus. Alexandrumque illum Macedonem, qui Rerum gestarum gloria magni cognomen sibi vindicavit, judicio Hannibalis ducibus cunctis præferendum arbitrati sumus. Siquidem in eo fuisse collegimus quatuor illa quæ in consummatissimo Imperatore non desiderari scripsere eloquentissimi viri; scientiam scilicet rei militaris, virtutem, auctoritatem, ac felicitatem. Cumque ejus Res gestas a Q. Curtio elegantissime conscriptas tibi breviter exposuissem, exarsisti incredibili quadam cupidine legendi luculentissimi Scriptoris Historiam. Ceterum quoniam in eo loca multa depravata offenderas, injunxisti tu mihi, ut

opus totum recognoscerem, ac diligenter emendarem. Quod eo libentius feci, quod tibi ille est non modo voluptatem, sed etiam doctrinam allaturus non mediocrem. Est enim Q. Curtius in scribendo acutus, vehemens, candidus, ac perquam eloquens: in concionibus enim quas crebro reperies, quantum ille ingenio et eloquentia valuerit, facile cognosces.

Volaterrani Antrop. 64.

Curtius Historicus scripsit de Gestis Alexandri M. cujus liber haud integer ad nos pervenit.

Angeli Decembrii de Politia Literaria lib. I. p. 36. lib. II. p. 119. lib. VI. p. 487.

De Q. Curtio eadem prope querela est, cujus laceratum opus legitur: quanquam Græcorum et Arriani constat Historia, ex quorum fontibus hic Scriptor vel Interpres miræ dulcedinis, regiæque profecto magnificentiæ par, ab Alexandro non degenerans opus suum excudit: cujus summæ sunt dignitatis et Historicæ suavitatis Orationes. [Quod Decembrius affirmat Curtium hausisse ex Arriani quoque fontibus, mendosum est. Arrianus multis annis post Curtium scripsit.]

Erasmi Roterodami in Epistola Dedicatoria.

Curtium itineris ac navigationis comitem adjunxi, qui mihi olim puero, mire candidus ac tersus est visus. Nec alius sane visus est ex tanto regustatus intervallo. Dolet Auctorem lectu dignissimum ἀκέφαλον nobis superesse, nimirum duobus primoribus libris amputatis, ultimo pluribus in locis trunco mutiloque. Risimus interea Græculam in Historia vanitatem, quam tamen Q. Curtius subinde temperasse videtur.

Guil. Budæi de Asse lib. III.

In ea igitur urbe, quantas spes Alexander ceperit, verbis ipsius Curtii Auctoris tersi et elegantis referemus.

Adriani Turnebi lib. III. cap. 15.

Nec me ista falso criminari quis putet: ostendam ego, ut spero, elegantissimum et nitidissimum Scriptorem Curtium graviter deliquisse nominis communione et societate deceptum.

Barnabæ Brissonii de Reg. Persarum lib. I.

Ac ne quis a parum idoneo Auctore interpretationem sumtam suspicetur, Curtius hic ex cujus scriptis toties a me auctoritas in his libris ad faciendam fidem petitur, iis temporibus vixit, quibus bonas artes et studia literarum floruisse nemo inficiari possit.

Petri Bizari Rer. Pers. lib. II.

A Q. Curtio, Latino, arguto, eleganti et nervoso Scriptore, harum cognitio petenda est.

Joan. Bernartii.

Cæsari comitem do Q. Curtium, quem adeo inter selectos recensere non dubito, ut inter optimos locum illi fidenter tribuam.

Justi Lipsii in Notis ad Polit. lib. I.

Sequuntur Scriptores duo velut proprii principum, et assidue iis in manu sinuque habendi, Q. Curtius, qui me judice probus est legitimusque Historicus, si quisquam: fuit mira in sermone ejus facilitas, in narrationibus lepor, astrictus idem et profluens, subtilis et clarus, sine cura illa accuratus, verus in judiciis, argutus in sententiis, in orationibus mirifice facundus. Quod si varium magis argumentum habuisset, sine dubio variæ prudentiæ eximium magis specimen præbuisset. Sed Alexander quid nisi bella? [Hoc de bellis tantum judicium Lipsii vere Erycius Puteanus refutavit.]

Valentis Acidalii Animad. ad Curtii lib. IV.

De Curtio miror sæpe nonnunquam et indignor, doleo quidem semper, non tam quod ad manus nostras pervenit corruptus sic et vitiosus; hæc enim sane cum omnibus; nec quod tam multis locis mutilus ac lacer, hæc cum plerisque: nec quod integris libris et ipsis adeo primis ceu capite truncatus; hæc quoque cum multis communis ipsi fortuna: quam quod nec ortum ejus satis certo, nec ætatem qua vixerit, ac scripserit, scimus ullo modo: quæ illi tamen ipsa sors non etiam omnino sic peculiaris, ut parem sociumque habeat neminem: illa autem vix omnino quenquam calamitas extra Curtium afflixit, ut reliquorum scriptorum nemo mentionem ejus usquam, vel uno verbo, certam dico mentionem et indubitatam, faciat, ad unum omnibus tacentibus, quasi de compacto ut conspirasse videantur ad supprimendum hominis nomen, ad famam prorsus opprimendam. In hoc quis non indoleat? quis non miretur et indignetur?

Ex Ericii Puteani in Q. Curtium Præfatione.

Illam tamen Historiam, quia Sallustium Tacitumque nuper explicui, in Curtio nunc quoque experiar, digno mehercule auribus omnium et oculis Scriptore; qui an facili sententiarum acumine erudiat suavius, an mollitis eloquii illecebris delectet utilius, jure dubites. Suo et illius ingenio bonus est quem descripsit, et magnum iterum fecit quem celebrat. Prorsus Alexandri famam Curtius sustinet: quicquid narrat, quia post alios, stabilivit: ut ceteris crederetur, Callistheni, Aristobulo, Ptolemæo, unus ille fecit: et fidem Græci invenerunt, quia idem stylo argumentum Latinus absolvit. Ut liberius aliquid dicam, tam elegans prudensque scriptor mendax esse non potuit, et jam credimus quicquid Arrianus tradidit; Curtium secutus est. Immo credimus Alexandro nihil difficile fuisse; fieri posse Curtius censuit, et ad posteros transmisit.

ALEXANDRI MAGNI

GENEALOGIA.

EX REINECCIO.

Alexander Magnus originem suam hinc ad Herculem, inde ad Achillem retulit per has successiones : quarum multæ in materna stirpe ignorantur.

PATERNUM GENUS.

XIII. Caranus patria Argivus ex familia Temenidarum, qui diu regnum Argis obtinuerunt, regni Macedonici conditor; quibus parentibus ortus sit non proditur, præterquam quod originem a Temeno Herculis *filio* habuisse inter auctores constat.

XII. Cœnus Carani Filius Tyrimæ pater, regnavit in Macedonia annos 12.

XI. Tyrimas regnavit annos 38. reliquit successorem Perdiccam filium.

X. Perdiccas I. Rex Macedoniæ moriturus filio locum monstravit, in quo se et successores suos condi vellet, pollicitus regnum in familia mansurum, quoad id fieret. Qua superstitione credunt extinctam in Alexandro stirpem, quod is alibi sepultus esset. De hoc vide quædam ab hoc ordine diversa apud Herodotum, VIII. 137. &c.

IX. Argæus Rex Macedoniæ repressit Illyrios bellum tum primum Macedonibus facientes, decepto hoste virginum Baccharum apparatu.

VIII. Philippus hujus nominis primus Rex Macedoniæ.

VII. Æropus Rex Macedoniæ, cum infans adhuc esset, a Macedonibus qui ab Illyriis premebantur, ut erat in cunis, in aciem est prolatus; felici ipsis consilio.

VI. Alcetas Rex Macedoniæ regnavit annis 29. reliquit successorem Amyntam.

V. Amyntas I. Rex Macedoniæ, Darii Hystaspis filii jussu a Megabazo Persarum imperio subditus, reliquit Alexandrum divitem; Bocrum, cujus filius Meleager Arsinoën Ptolemæi Regis matrem procreavit; et Gygeam, quæ ex Bubare Persa suscepit Amyntam cui Xerxes Alabanda Phrygiæ dono dedit.

IV. Alexander Rex Macedoniæ, 'dives' et 'Philellen' cognominatus, qui bello Xerxis cum Persis fuit; genuit Perdiccam, alterum hoc nomine Macedoniæ Regem; Alcetam interfectum postea ab Archelao Rege Perdiccæ spurio; et Philippum qui sequitur.

III. Philippus cognomento θαρραλέος parte Macedoniæ, quam tenebat, a Perdicca fratre pulsus; in exilio obiit, unico filio relicto.

II. Amyntas Macedonum Rex, bis regno dejectus, bis restitutus, genuit

ex Eurydice Illyria Alexandrum secundum hoc nomine Macedonum Regem, Perdiccam tertium, cujus filius Amyntas ex Cyna Philippi filia Eurydicen Aridæi conjugem procreavit; Philippum secundum Alexandri Magni patrem; et Euryonen filiam, quæ scelesta matris consilia patri detexit: ex Gygæa, vel ut alii scribunt Cygnæa, Archelaum, Argæum, Menelaum: ex pellice anonyma Ptolemæum cognomento 'Aloritem;' qui Philoxenum genuit, cujus posteritas non proditur.

I. Philippus Macedoniæ Rex occisus a Pausania anno ætatis 46. sustulit ex Olympiade Alexandrum Magnum et Cleopatram, Alexandro Epirotæ avunculo suo nuptam; ex Audata Illyria Cynam, collocatam a patre Amyntæ patrueli, postea ab Alceta Perdiccæ fratre interemtam; ex Nicasipolide Pherea Thessalonicam, quam Cassander duxit: ex Cleopatra sorore Attali Europam, quam in gremio matris necasse dicitur Olympias; et Caranum, quem et ipsum crudeliter interfecit eadem noverca: ex Arsinoë, quam imprægnatam Lago tradidit, Ptolemæum Ægypti Regem: ex Phyllina saltatrice Larissæa Aridæum, qui extincto fratre Alexandro imperii simulacrum per sexennium tenuit; deinde Olympiadi proditus, et immaniter excarnificatus vitam et stirpem Regum Macedonicorum ex Herculi posteris finiit.

Maternum Genus.

VIII. Pyrrhus Achillis filius ex Lanassa Cleodemi Heraclidæ filia tulit Pyrrhum, Alevam, Ethnestam et fœminas quinque; ex Andromacha Hectoris vidua Molossum, Pielum, qui sequitur: et Amphialum cognomento 'Pergamum.'

VII. Pielus, qui et Pylades, quos liberos genuerit non reperitur. Habuisse autem certum est ex eo quod Pausanias scribit Pyrrhum, qui cum Romanis bellum gessit, originem suam ad hunc retulisse.

VI. Alcon. Hujus progenitores ignorantur, nisi quod constat eum fuisse ex Pieli posteris.

V. Admetus Epiri Rex, ad quem Themistocles confugit; suscepit ex Phthia conjuge Arymbam.

IV. Arymbas, qui Athenis eruditus posteaquam ad regnum pervenit, leges et senatum annuosque magistratus et Reipublicæ formam composuit. Vocatur et Tharymbas, et Tharrytas, et Tharyps, et Tharipus, ut solet in nominibus.

III. Alcetas Epiri Rex, qui a suis pulsus post exilium apud Dionysium Siciliæ Tyrannum ad regnum rediit, procreavit Neoptolemum Olympiadis patrem, et Arybbam.

II. Neoptolemus Epiri Rex cum Arybba fratre regnum partitus, liberos habuit Alexandrum, qui Magni sororem Cleopatram in matrimonio habuit, et bello in Italia gesto occubuit; Neoptolemum, Troadem Arybbæ patruo nuptam; Olympiadem Alexandri matrem, et Cadmiam, quæ insidias a Neoptolemo fratre in Pyrrhum conflatas prodidit.

I. Olympias post Alexandri filii mortem, cum multa diu ambitiosissime atque crudelissime fecisset, Pydnæ a Cassandro capta atque interfecta est.

Alexander Magnus ex Barzine Artabazi filia genuit Herculem; qui postea anno ætatis decimo sexto a Polysperchonte occisus est: ex Roxane Oxyartæ filia Alexandrum Postumum, quem Cassander interfecit: ex Cleophide Regina Indica Alexandrum, qui postea matris imperium tenuit.

QUINTI CURTII

SYNOPSIS CHRONOLOGICA.

Quoniam Julianus annus totis sex mensibus Olympiacum antecedit, ideirco annos ante Christum et ab Urbe condita distinximus ab annis Olympiadum, quoad licuit; ut facilius appareret quid cuique responderit. Alexandri autem vitæ, regni, et imperii Asiatici annos cum Olympiacis conjunximus; quod non procul anni Olympiaci exordio vivendi, regnandi ac imperandi initium fecerit. Alexandriæ conditum anno U. C. 428. attribuimus Curtium secuti: quamvis ad præcedentem potius pertinere in Notis observaverimus.

LIBER PRIMUS.

A. C.	U. C.		Ol.	Alex.
356.	398.	Ingressus ad Historiam Alexandri Magni: ejus prosapia: omnia quæ ortum præcesserunt, aut comitata sunt. Corporis ejus atque animi dotes: colloquia cum Persarum Satrapis et legatis. Traditur Aristoteli erudiendus: quid ab eo didicerit: quid gratiæ rependerit. Sub Anaximene eloquentiæ studet. Quas artes contemserit: quas amaverit. Ejus amor in Homerum. Ut Bucephalam equum ferocem domuerit.	cvi.	Ætat. 1.
341.	413.	Absente patre Macedoniæ præpositus Medaros domat, Alexandropolim condit, evocatur a Philippo Byzantium obsidente.	cix. 4.	16.
340.	414.	Cum eo in Scythas movet: in reditu vulneratum apud Triballos periculo eripit: Illyrios rebellantes subigit.	cx.	17.
338.	416.	Belli semina inter Philippum et Athenienses: utriusque partis legati ad Thebanos, eorumque orationes. Pugnatur ad Chæroneam: vincit Philippus adjuvante Alexandro: tum Græcorum Imperator adversus Persas eligitur. Alexandri	3.	19.

A. C.	U. C.			
		cum Attalo cumque Philippo jurgium: secessio ad Illyrios: reditus, novaque jurgia.	Ol. CXI.	Anni Alex. Æt. 21.
		Cædes Philippi.		
336.	418.	Quis rerum status Alexandro regnum auspicante. Philippi interfectores suosque inimicos interficit: Thessaliam invadit, Imperator Græciæ creatur.		Reg. 1.
335.	419.	In Thraciam movet: Hæmum montem superat: Triballis frustra oppugnatis, Getas trans Istrum colentes vincit. Triballis aliisque pacem annuit.		
		Celtarum legationem audit: Illyrios rebellantes aggreditur.	2.	Ætat. 22.
		Thebæ deficiunt: obsidentur ab Alexandro, capiuntur, ac delentur. Timocleæ matronæ facinus, gesta inter Alexandrum et Athenienses ac ceteros Græcos.		Regni 2.

LIBER SECUNDUS.

Imperii Persici status ad id temporis: Darii apparatus ad bellum: Memnonis Rhodii expeditio adversus Cyzicum irrita: ducum Alexandri Res gestæ.

334.	420.	Deliberatio ejus de bello suscipiendo: iter in Asiam: copiarum numerus. Ut Macedoniæ Græciæque prospexerit, tum sibi, suis amicis, rebusque domesticis. Hellespontum trajicit: Achillis tumulum honorat: arma ex Minervæ templo sumit, varias urbes capit. Memnonis consilium a Persarum Satrapis rejicitur. Pugna ad Granicum et Persarum clades: honores mortuis Macedonibus redditi: Sardes proditione deduntur: Ephesus a Persis deserta occupatur: popularis administratio in urbes Asiæ reducitur.		
		Smyrnam instaurat: Miletum obsidet, ac tandem expugnat. Classem suam dimittit: Cariam subigit: Adæ Mausoli viduæ regnum restituit: Halicarnassum obsidet; varia utriusque partis fortuna. Post longam obsidionem Persæ urbem incensam deserunt, et in duas arces sese recipiunt; quæ ab Alexandri ducibus postea captæ.	3.	Ætat. 23. Reg. 3.
333.	421.	Lyciam ingreditur: Alexandri Lyncistæ insidias cognoscit: in Pamphyliam per vadosum maris littus progreditur. Quomodo cum Judæis alias egerit. Sidem et Alpendum occupat: Selgenses aliosque vincit: Memnon Rhodius Mace-		

A. C. U. C. doniam aggredi cogitat: multas urbes et insulas in Ægæo capit: Mitylenen obsidens morbo perit. Ol. Anni Alex.

LIBER TERTIUS.

Celænæ Alexandro deduntur: Atheniensibus respondet: Gordium nodum gladio rumpit: in Darium movet. Darii copiarum numerus: Charideni ad illum oratio: ordo agminis Persici. Alexandri iter in Ciliciam: Descriptio Ciliciæ, Pylarum, Pyrami et Cydni fluminum.

Alexander in Cydno totus acri morbo corripitur: diversa solicitudo Macedonum et ipsius Regis: literæ Parmenionis. Paratum a Philippo medico pharmacum haurit, et sanatur. Solos, Mallon, Castabala, Issos capit. Sisinis mors, Græcorum militum consilium Darius rejicit: Ciliciam intrat: prætergressos Macedonas insequitur: hi redeunt obviam: acies utrimque disponitur: Alexandri ad suos adhortatio: pugna: Darius fugit, Alexandro persequente: Persarum castra cum Darii matre, uxore, liberis capta. Cæsorum utrimque numerus. Captivarum luctus ex errore: invisuntur ab Alexandro: hujus moderatio. Parmenio Damascum præmittitur; eaque potitur, Satrapa prodente: captorum numerus, et prædæ copia. 4. Ætat. 24. Reg. 4.

LIBER QUARTUS.

Darius Mesopotamiam attingit: Alexander Syriæ Cœlæ potitur: Darii literis superbe scriptis respondet. Sidonem venit, Abdolominum regem facit. Amyntas transfuga Ægyptum attingit: Memphim obsidet; interficitur. Alexandri duces Darii Satrapas vincunt: Pharnabazi expeditio, et Spartanorum molitiones.

332. 422. Tyrii introitum in urbem Alexandro negant: obsidionem parat. Agger inchoatur. Tyrii Macedonum operibus ignem injiciunt; moles subruitur: nova inchoatur. Terra marique Tyrum obsidet: tempestas supervenit: prodigia Tyriis adversa, clades eorum novalis.

Urbis expugnatio: interfectorum numerus. Tyri claritas, coloniæ, variaque fortuna. Secundæ Darii literæ ad Alexandrum modestiores: hic nullas pacis conditiones admittit: multas urbes CXII. Ætat. 25. Reg. 5.

A. C. U. C. per Præfectos occupat. Darius copias Babylonem convocat: Macedo Gazam obsidet: vulneratur a transfuga: urbem expugnans iterum vulneratur; de Bati supplicium sumit; Ægyptum intrat: Memphi potitur. Ol. Anni Alex.

331. 423. Jovis Hammonis templum petit. Itineris descriptio: Hammonis nemus, effigies, responsa Alexandro data. Reversus Alexandriam extruit: præfectos Ægypto imponit: mors Hectoris et Andromachi: Samaritanorum pœna: Legati Græcorum audiuntur: Persæ et Spartani Creta ejiciuntur. Darius Babylone copias movet: earum apparatus: iter inter et castrametatio ad Arbela.

Alexander Euphratem ponte, Tigrim vado transit: militum pavor ob eclipsim lunæ, Ægyptiorum responso discutitur. Uxor Darii moritur: Alexandri luctus: Darii mœror et zelotypia: nova hujus legatio de pace; quam suadet Parmenio, et ab Alexandro increpatur. Aciei Persicæ descriptio et numerus, Macedonum subitus pavor: Alexandri anxietas: consilium Parmenionis. Utriusque exercitus solicitudo: Alexandri somnus in multam lucem. Ut aciem disposuerit, et milites allocutus sit. Darii ad suos oratio. Pugna committitur: Barbari Macedonum impedimenta capiunt: falcati currus ferme irriti: utriusque Regis periculum: Darii fuga, tum Mazæi. Alexander Darium frustra persecutus in reditu periclitatur. Mortuorum ab utraque parte numerus. 2. Ætat. 26. Reg. 6.

LIBER QUINTUS.

Ex Arbelis Darius in Mediam fugit: Alexander Babylonem contendit, quam Mazæus tradit. Urbis, arcis, pontis, hortorum Semiramidis descriptio. Supplementa Alexandro adducta: variis præfecturæ datæ: mutata in disciplina militari. Suza cum thesauris recepta: Uxiani domiti. Alexander Pylis Persicis frustra tentatis per aliud iter, Persidem ingreditur. Persepolim tendenti captivi Græci occurrunt: horum deliberatio de reditu in patriam.

Persepolis diripitur: Persagada eduntur.

330. 424. Expeditio in Mardos Persidis: regia Persarum incenditur. Darius suos ad constantiam horta-

A. C. U. C. tur: Bessi et Naberzanis conjuratio, quam Patron Græcorum dux aperit. Proditorum artes: Darii desperatio. Conjicitur in vincula, et abducitur. His auditis insequitur Alexander, et multorum indiciis subinde edoctus, tandem parricidas assequitur. Ol. Anni Alex.

Darius ab his vulneratus, ac semianimis reperitur, et ante Alexandri adventum moritur. 3. Ætat. 27. Reg. 7. Imp. 1.

LIBER SEXTUS.

Agidis Spartanorum regis bellum adversus Macedonas: Antipatri Macedoniæ præfecti prudentia: pugna ad Megalopolim: Agis vulneratur: post longum ac cruentum prælium Lacones pelluntur: Agidis mors heroica: victoriæ fructus. Alexander in voluptates declinat: Oxathrem inter corporis custodes asciscit. De Parthis, Scythis, Tanai: Macedones patriam cogitant: Regis oratione deterrentur.

329. 425. Iter in Hyrcaniam: amnis Zioberis miracula: Nabarzanes in fidem accipitur. Caspii maris vicinarumque regionum descriptio: Artabazus cum Græcis militibus occurrens benigne accipitur: Græcorum legati deduntur. Mardi Hyrcaniæ populi domantur. Bucephalas ab his captus restituitur. Amazonum Regina Alexandrum adit. Denuo in voluptates peregrinas se effundit.

In Bactrianam movens ad Satibarzanis defectionem comprimendam divertit in Arios. Rupis obsidendæ descriptio: tum expugnatio: nova supplementa. Insidiæ in Regem detectæ apud Drangas. Philotas delatum ad se indicium a Ceballino supprimit: fit reus: purgat se, et veniam in speciem impetrat. Consilium a Rege cum amicis habitum de Philota: comprehenditur, conjicitur in vincula, accusatur a Rege apud milites: causam dicit: tormentis victus crimen fatetur, an fingit? cum reliquis conjurationis reis occiditur. Ætat. 28. Reg. 8. Imp. 2.

LIBER SEPTIMUS.

Macedonum in Philotam et Parmenionem miseratio: Alexandri Lyncistæ supplicium: Amyntas cum fratribus conjurationis postulatus purgat

A. C. U. C. se, et veniam impetrat. Polydamas Regis mandata in Mediam defert ad Cleandrum: quibus ille acceptis Parmenionem trucidat: hujus Elogium. Alexander ad Evergetas venit: copias in Satibarzanem mittit: Arachosios subigit: Parapamisadas ingreditur magno labore ac periculo. Caucasi montis descriptio: Alexandria ad Caucasum. Pesi ferocia: salubre Cobaris consilium spernit; in Sogdianam fugit. Ol. Anni Alex.

328. 426. Alexander Bactrianam petit. Bactrianæ descriptio. Erigyius Satibarzanem occidit. Iter Alexandri in Sogdianam, magna aquarum penuria. Bessus a Spitamene proditus: Branchidarum excidium. Alexander vulneratur: ad Maracanda legationem Scytharum primum excipit. Spitamenes et Catenes deficiunt: Alexander novo ex vulnere periclitatur: Alexandriam ad Tanaim condit. Tanais et Scythiæ descriptio: Alexandri superstitio et anxietas: Clades in Sogdianis accepta. Novi Scytharum legati: eorum oratio: Alexandri responsum.

Transmisso Tanai Scythas profligat: secuta victoriam. Polytimetus Sogdianæ fluvius. Sogdianorum captivorum magnanimitas: Bessi supplicium: nova supplementa: fons prope Oxum flumen repertus: urbes in Bactriana conditæ. Arimazis petra obsidetur ac deditione capitur. Ætat. 29. Reg. 9. Imp. 3.

LIBER OCTAVUS.

Varia in defectores certamina Scytharum legationes et postulata: periculosa Alexandri venatio. Cliti cædes in convivio: Alexandri pœnitentia. Iter ad Xenippa: Sysimithris petra in Nauris, ejusque deditio. Philippi adolescentis præclara mors. Spitamenes ab uxore necatur: Dahæ sese dedunt: Satrapæ variis provinciis mutati.

327. 427. Gravis tempestas apud Gabaza. Alexandri nuptiæ cum Roxana. Apparatus ad bellum Indicum. Alexander divinos sibi honores expetit: Macedones repugnant. Callisthenis oratio. Hermolai conjuratio ut detecta sit: ejus oratio in Alexandrum: Regis responsio: conjuratorum supplicium. Indiæ descriptio: ejus flumina: Rubrum Mare: mores Indorum: Regum luxuria: Indici Philosophi: mensium et anni apud

A. C.	U. C.		Ol.	Anni Alex.
		illos ratio. Nysa deditione capitur. Macedonum Bacchatio in monte Mero. Variæ inde urbes captæ: Alexandri vulnus ad Mazagas Assacani regiam. Aornos petra describitur: quomodo Indis deserentibus capta sit. Indus trajicitur ab Alexandro.		
		Omphis Taxilorum Rex amicus occurrit: munera ultro citroque data. Iter ad Hydaspem: Pori copiæ: levia utrimque certamina: Alexandri stratagema: procellæ opportuna occasio ad trajiciendum Hydaspem. Pugnæ præludium: Pori acies: Macedonum in eam incursus: Indorum perturbatio et fuga. Macedonum terror ab Elephantis, quos deinde vulneribus irritatos fugant: Porus egregia edita pugna fugit: insequentem Alexandrum Bucephalas moriens destituit: tandem Porus capitur: Regium illius responsum: Alexandri in eum humanitas.		

LIBER NONUS.

		Duabus urbibus ad Hydaspem conditis, Alexander ad interiora Indiæ pergit.		
		Acesinem et Hyarotim trajicit. Sopithis regnum: Gentis mores: Regis deditio voluntaria: canum mira vis. Macedones Hypasim fluvium trajicere recusant: Alexandri ad eos oratio irrita: Cæni responsio. Rex, posito expeditionis suæ monumento, ad Acesinem revertitur.	Ol. CXIII. 2.	Ætat. 30. Regni 10. Imp. 4.
326.	428.	Per Hydaspem in Acesinem descendit: ad confluentes periclitatur: in Mallos et Dracas pervenit. In urbem Oxidracarum solus ex muro desilit, ac tamen non occiditur. Magno vitæ periculo defunctus per Indum devehitur in Sabracas, Musicanos, Præstos, Oxicani et Sabi regna. Ptolemæi vulnus ex venenato gladio, ejusque curatio prodigiosa.		
		Pervenitur in Dataliam insulam: inde Oceanum versus progressos maris æstus occupat semel atque iterum. Tandem Oceanum subit: Pataliam revertitur: urbes et portus condit. Classem Nearcho et Onesicrito tradit per Oceanum deducendam ad Euphratem: ipse terrestri itinere per Arabitas, Gedrosios et Oritas proficiscitur.	3.	Ætat. 31. Regn. 11. Imp. 5.
325.	429.	Magnis incommodis in Carmaniam pervenit: Bacchi triumphum imitatur.		

LIBER DECIMUS.

A. C.	U. C.		Ol.	Anni Alex.
		Prætores a provincialibus accusatos in vincula conjicit.		
		Nearchum et Onesicritum reversos, ad continuandam navigationem remittit: classem ædificari jubet ad Africam et Europam reliquam subigendam. Orsines Satrapa Bagoæ calumniis circumventus perit. Zopirionis clades apud Getas. Harpali fuga in Græciam, et exitus. Seniores milites dimissi: reliqui missionem seditiose postulant: Alexandri ad eos oratio, et constantia in plectendis rebellibus: Persas milites et corporis custodes asciscit. Macedonum pœnitentia mitigatus, cum iis redit in gratiam: tum veteranos in patriam remittit Cratero duce. Iter Alexandri in Mediam: mors Hephæstionis, et immoderatus ex ea luctus Regis, immensique exequiarum sumtus. Cossæos domat.	4.	Ætat. 32. Regn. 12. Imp. 6.
		Contemtis Chaldæorum monitis, Babylonem ingressus, legationes ferme omnium gentium audit. Per Euphratem in Arabiæ fines navigat: inde Babylonem adversis ominibus revertitur.	CXIV.	Ætat. 33. Regni 13.
323.	431.	Ex longa comessatione in morbum incidit, et intra sextum diem moritur. Ingens Macedonum ac Persarum luctus, tum formido. Sisycambis voluntaria ex inedia moritur, Alexandri virtutes, vitia, et felicitas: procerum deliberatio de successore deligendo. Aridæus auctore Meleagro Rex salutatur, et Philippi nomen accipit: exortæ inde turbæ: ficta Meleagri et Perdiccæ reconciliatio: mors Meleagri voluntaria: divisio imperii inter principes. Alexander sepelitur et in Ægyptum defertur. Sparsus de veneno per Antipatrum ei propinato rumor.		Imp. 7.

ELENCHUS ALPHABETICUS

NONNULLORUM SCRIPTURÆ COMPENDIORUM QUÆ IN VV. LL. OCCURRUNT.

Acid.	Valens Acidalius, cujus Animadversiones in Q. Curtium impressæ fuerant Francofurti an. 1594.
Ald.	Editio Aldina.
Amst.	—— Amstelodamensis Janssoni, an. 1621.
Antv.	—— Antverpiana Hadriani Junii, an. 1546.
Argent.	—— Argentoratensis, an. 1518.
Barb.	—— Parisina ap. Barbou, an. 1757.
Barth.	Caspar Barthius in Adversariorum Libris.
Bas.	Editio Basileensis Henrici Petri, quam citat Freinshemius.
Bip.	Editio Bipontina secunda, Argentorati 1801.
Blanc.	Nicolaus Blanckardus in ed. sua an. 1649.
Bodl.	Codex Bodleianus, quem citat Schmieder.
Bong. 1. 2.	Duo codices Bongarsiani, quos laudat Freinshemius.
Both.	Editio Frid. Henr. Bothe, Manhemii 1823.
Brug.	Membranæ Brugenses Franc. Modii.
Cellar.	Editio Cellarii, Hag. Com. 1727.
Col.	—— Coloniensis Gymnici, an. 1538.
Colin.	—— Parisina Colinæi.
Colon.	Membranæ Colonienses Modii.
Const.	—————— Constantinenses Raderi.
Cunz.	Editio Cunzii, Helmstadii 1802.
Dan.	Codex Petri Danielis, cujus Variantes adhibuit Freinshemius.
Ed. pr.	Editio princeps circa an. 1470.
Elz.	—— Elzeviriana, an. 1625.
Erasm.	—— Des. Erasmi Roterodami.
Fauch.	Claudii Fauchetti codex, cujus Variantibus usus est Freinshemius.
Florent.	Codex Florentinus Nicolai Heinsii.
Freinsh.	Editio Freinshemii, Argentorati 1670.
Frob.	—— Frobiana Basiliæ, quam citat Freinshemius.
Gronov.	J. Fr. Gronovius in Observationibus.

Gryph.	Editio Lugdunensis ap. Seb. Gryphium.
Gualt.	Gualterus in Alexandreide.
Heins.	Nicolaus Heinsius.
Heum.	C. A. Heumannus in Notis Mss. ad Curtium.
Junt.	Editio Juntina, Florentiæ 1507.
Leid.	Codex Leidensis Snakenburgii.
Lugd.	Editio Lugdunensis Antonii Candidi.
Maitt.	—— Maittairii, Londini 1716.
Mediol.	—— Mediolanensis antiqua.
Mer.	—— Bartholomæi Merulæ, Venetiis 1494.
Mod.	Franciscus Modius in edd. Coloniæ 1579. 1591.
Obss. Misc.	Miscellaneæ Observationes in Auctores Vett. et Recentt. cura Burmanni, Amst. 1732. 1751.
Oxon.	Codex Oxoniensis, quem citat Schmieder.
Pal. 1. 2. 3.	Codices Palatini tres, cujus Varr. Lectt. citantur in ed. Freinshemii.
Pall. o.	Palatini omnes.
Perizon.	Jacobus Perizonius in Curtio Vindicato.
Pitisc.	Editio Samuelis Pitisci, Hag. Com. 1708.
Pith.	Petri Pithœi codex, cujus Variantibus usus est Freinshemius.
Pop.	Titus Popma in ed. an. 1622.
Put.	Claudii Puteani codex, quem citat Freinshemius.
Rad.	Matthias Raderus.
Rom.	Editio Romana, an. 1472.
Rutgers.	Janus Rutgersius in Libro Variarum Lectionum.
Salmas.	Claudius Salmasius.
Schef.	J. Schefferus in Animadversionibus in Q. Curtium.
Schon.	Codex Schonhovii antiquissimus, quem contulit Hadrianus Junius.
Schmieder.	Frid. Schmiederus id ed. sua Gottingæ 1803—1804. cujus textum exhibendum curavimus.
Sigeb.	Codex Sigebergensis Modii.
Snak.	Editio Snakenburgii.
Spirens.	Codex Spirensis Raderi.
Tell.	Editio Tellierii in usum Delphini.
Theocr.	Codex Benedicti Theocreni vetustus, cujus Varr. Lectt. citant Cunzius et Schmieder.
Udal.	Codex Augustan. S. Udalrici, quem citat Raderus.
Venet.	Editio Veneta antiqua.
Veron.	—— Veronensis anni 1491. cujus Variantes exhibuit Maittaire in ed. Londinensi 1716.
Vet. an. 1471.	Editio hujus anni vetusta, quam contulit Caspar Barthius.
Voss. 1. 2.	Duo codices Vossiani, quibus usus est Snakenburgius.

ALEXANDER MAGNUS,
Ex Nummis Ursini et Thesauro Numism. Palat. Begeri.

J. FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM

IN

Q. CURTIUM

LIBER I.

CAP. I.

1. Alexandri, qui ademtum Persis imperium in Græciam intulit, Vitam atque Res gestas plurimi Græcorum memoraverunt. Ex quibus plerosque operum suorum spectatores, quosdam etiam socios atque ministros habuit:[a] nonnullos, ut erat avidus mansuræ post mortem gloriæ, ad hoc ipsum evocavit,[b] ut res suas traderent posteritati. 2. Ceterum præter ipsam rerum magnitudinem, innata genti fabularum cupido effecit, ut eorum complures monstris quam vero similiora proderent: fide autem dignissimi videntur Ptolemæus, qui postea regnavit, et Aristobulus.[c] 3. Etenim extincto jam Alexandro sua edentibus metus et assentationis causæ decesserant, quibus fere narrandarum rerum veritas corrumpi solet; nam Ptolemæum etiam regii nominis dignitatem mendaci historia polluere voluisse, quis crederet? 4. Uterque autem cum multis ad res Alexandri pertinentibus negotiis non interfuerint modo, verum etiam præfuerint; verissima præ aliis tradere potuisse liquet. 5. Quoties igitur consentiunt, ceteris antehabuimus: ubi in diversum abeunt, ex copia rerum ea potissimum secrevimus, quæ

[a] Arrian. in Præfat. lib. I. Fabricii Biblioth. Græc. lib. III. c. 8.
[b] Justin. XII. 6. in fin. conf. etiam *Delph. et Var. Clas.*
[c] Arrian. l. l.

diligenter inter se composita proxime ad rerum gestarum fidem videbantur accedere. 6. Quod etiam post ætatem Alexandri alios Græcorum secutos video, quibus aliqua veri cura fuit; et nuper ex Sicilia Diodorum. Nam qui ex Romanis animum ad Historiam applicuerunt, ii patriis rebus contenti, externa neglectui habuere: quia victoris populi gesta componentibus neque majestas rerum deerat; et plus utilitatis allatura videbantur in eadem republica degentibus. 7. Quorum studium ut laude dignissimum arbitror, sic extra reprehensionem fore confido, si nostris etiam hominibus ostendam eum regem, qui unus omnium mortalium, intra brevissimum ævi spatium, plurimum terrarum occupavit: 8. quo appareat, non forte neque temere res humanas ferri; sed plerumque fortunam pro moribus; neque diuturnam esse felicitatem, quæ virtute destituatur. 9. Igitur Alexandrum omnibus ingenii fortunæque dotibus abunde auctum ornatumque fuisse comperio, quibus fatalem tantæ potentiæ virum oportebat instrui. Genus ab Hercule repetebant Macedonum reges;[d] Olympias Alexandri mater initia suæ gentis ad Achillem referebat. 10. Puero neque incitamenta exemplaque gloriæ, neque virtutis magister aut exercitatio deerant: quippe Philippus pater continuis bellis contemtam ante Macedonum gentem extulit, et coacta in ordinem Græcia, cunctis formidabilem fecit. 11. Denique non solum operum post se gestorum fundamenta posuit; verum etiam cum decederet, Persico bello intentus, delectus habuerat, commeatus, pecuniam, exercitum paraverat; et Parmenionis opera jam Asiam aperuerat.[e] 12. Sed in eo rerum momento subductus est, ut et maxima gerendi belli subsidia filio, et plenam gesti gloriam relinqueret: quadam fortunæ industria, quam unus hic perpetuo obsequentem sibi habuit.[f] 13. Cujus admiratione non postea modo, sed statim ab initio dubitatum est, rectiusne foret, non per Æacidas aut Herculem, sed ab ipso protinus Jove, tanto homini divinæ stirpis originem asserere. 14. Ipse quidem, cum Hammonem Lybicum adiret, ejus filium se appellari voluit, ut postea[g] trademus. Ceterum 'draconem[h] in cubili matris ejus visum, quem

[d] Plut. Alex. p. 665. ed. Francof. 1599. Diodor. Sic. XVII. 1. Arrian. III. 3. Pausan. Attic. I. Vellei. Patere. I. 6.

[e] Curt. VII. 1. 3.

[f] Idem X. 5. 35.

[g] Idem IV. 7. 30.

[h] Lucian. Dial. Mort. XIII. Plut. p. 665. Just. XI. 11. et XII. 16.

PHILIPPUS MACEDO,
Ex Nummis Ursini et Thesauro Numism. Palat. Begeri.

Jupiter induerit, eoque genitum fuisse Alexandrum,' multi crediderunt: 'insomniis etiam, vatumque responsis fidem generis factam: et cum Philippus Delphos sciscitatum misisset, oraculo monitum, ut Hammonem inprimis revereretur.'[i] 15. Nec desunt qui 'fabulosum id quidem, non tamen adulterium matris falso jactatum' asserant. 'Quippe pulsum Ægypti regno Nectanebum, non, ut vulgo arbitrantur,[k] in Æthiopas concessisse; sed cum adversus vim Persicam in Philippo maxime præsidium speraret, in Macedoniam vectum, magicis præstigiis illusisse Olympiadi torumque hospitis temeravisse. 16. Suspectam quidem exinde Philippo, neque aliam tam intimam divortii, quod inter eos secutum est, causam, pro comperto postea fuisse. Etiam quo die Philippus Cleopatram domum deduxerat, Attalum sponsæ avunculum, Alexandro natalium dedecus exprobrare ausum, ipso quoque rege ex sese genitum negante:[l] denique de Olympiadis adulterio non in nostro solum orbe, sed apud devictas quoque nationes, pertinacem rumorem obtinuisse. 17. Verum velandæ ignominiæ repetitum ex antiquis fabulis de dracone commentum: idem enim olim de Aristomene Messenios, de Aristodama Sicyonios jactavisse.' 18. Sane apud majores nostros de Scipione,[m] qui Carthaginem prior afflixit, eadem ferme fama fuit: similisque divinitatis opinionem Romani modo principis ortus habuit; nam de conditore Urbis Romulo quid attinet dicere, cum nulla gens tam vilis reperiatur, quæ sui generis auctorem non faciat Deum, aut Deo editum?[n] 19. Ceterum Nectanebi fuga temporibus hisce non congruit: sexennis enim jam erat Alexander, cum ille ab Ocho victus, avitis opibus excideret. Nec ideo minus vanum est, quod de Jove fertur. 20. Ipsa quidem Olympias, demto post mariti necem metu, asseverationem filii Jove se genitum credi volentis irrisisse dicitur, missaque epistola petivisse, 'ne se, nihil tale commeritam, odiis Junonis objectare pergeret.'[o] 21. Antea enim ipsa maxime fabulam confirmasse creditur; proficiscentemque in Asiam Alexandrum monuisse, 'ut memor originis digna tanto genitore capesseret.' 22. Verum tamen ostentis Deum variisque præsagiis inter conceptum editumque partum significatum fuisse,

[i] Plut. l. l.
[k] Diodor. Sic. p. 534.
[l] Just. l. l. Plut. Alex. p. 669.
[m] Liv. XXVI. 19. Sueton. Octavian. 94.
[n] Liv. Præfat.
[o] Gell. Noct. Attic. XIII. 4. 2.

quantus homo nasceretur, consensu traditur. Obsignatam Olympiadis alvum annulo, cujus sculptura leonem præferret, per quietem Philippus vidit.[o] 23. Cujus rei memoriam servavit Alexandria, quam in Ægypto conditam, aliquamdiu Leontopolim appellavere. Nam de Alexandri magnanimitate et robore somnium illud interpretatus erat Aristander peritissimus vatum, qui postea comes ei hæsit, sacrisque ejus præfuit. 24. Qua autem nocte Olympias peperit, maximi per Asiam nominis templum Ephesiæ Dianæ ignis hausit.[p] Intulerat eum cujusdam hominis perditi furor; qui comprehensus tortusque, non alia mente id commisisse fassus est, quam ut magno aliquo facinore memoriam sui diuturnam efficeret. 25. Ergo tam fœdi exempli cladem non istius tantum ædis damno æstimavere Magi, qui tum Ephesi degebant; verum pro majoris ruinæ præsagio habentes, totam urbem mœstis implevere clamoribus: 'exortam alicubi facem, cujus incendio, similem ob causam, totus olim Oriens conflagraturus esset.'[q] 26. Forte per idem tempus Potidæam Atheniensium coloniam Philippus subegerat, cum et Olympia quadrigis se vicisse cognovit: et a Parmenione, quem in Illyricos miserat, majoris momenti nuntius venit, 'fusis ingenti prælio barbaris, Macedonas prospere pugnavisse.'[r] 27. Exultanti tam læto ubique votorum exitu etiam de Olympiadis partu renuntiatum est: nec dubitavere vates, 'invictum fore, qui inter tot victoriarum palmas nasceretur.' 28. Ferunt tot simul prosperarum rerum cumulo attonitum regem, et invidiam Deum veritum, oravisse Nemesin, 'ut hoc fortunæ obsequium modica aliqua calamitate ulcisci contenta foret.' 29. Proditum etiam est memoriæ, 'in oppido Pella,[s] duas aquilas in culmine domus, ubi puerum enixa erat regina, tota die persedisse: gemini per Europam Asiamque imperii augurium id fuisse,' post eventum facile interpretati sunt. 'Terram quoque tum movisse, magnamque tonitruorum fulminumque vim erupisse cœlo,' auctores habeo. 30. Natus est autem, ut accuratiores tradunt, incipiente Olympiade sexta supra centesimam, prætore Athenis Elpine, A. D. XII. Kalend. Sextil. quem tum mensem Macedones 'Loum' vocabant:[t] quo tempore pop. Rom. quadringentesimum fere annum agens; vicino-

[o] Plut. Alex. p. 665.
[p] Id. l. l. Cic. de Nat. Deor. II. 26. Valer. Max. VIII. 14.
[q] Cic. de Divin. I. 23.
[r] Id. l. l. Justin. XII. 16.
[s] Pomp. Mela II. 3.
[t] Plut. p. 665.

Q. Curt. *pag.* 69.

ARISTOTELES,
Ex Bellorii Imaginibus.

rum bellis exercebatur, et subjugando terrarum orbi quotidianis incrementis præludebat.

II. 1. At Philippus auctus filio, de quo propter oblata tot omina spem amplissimam conceperat, in educationem curamque ejus omnes cogitationes convertit. 2. Quippe vir prudens et amans patriæ, nihil molitionibus suis profectum facile sentiebat, si rebus undique motis, hominem imperitum aut segnem Macedoniæ post se relinqueret: suam quoque gloriam haud durabilem futuram, si maximarum rerum instrumenta, quæ tanta industria parabat, successoris inertia corrupisset. 3. Leguntur inter epistolas ejus, venustatis et prudentiæ plenas, literæ,[a] quas tum ad Aristotelem, qui cum Platone exercebatur, Athenas misit, in hunc fere modum scriptæ. 4. 'Philippus Aristoteli salutem dicit. Certiorem te facio, filium mihi genitum esse. Nec perinde Diis gratiam habeo, quod omnino natus est, quam quod te florente nasci illum contigit: a quo educatum institutumque neque nobis indignum spero evasurum, neque successioni tantarum rerum imparem. Satius enim existimo carere liberis, quam opprobria majorum suorum tollentem, in pœnam genuisse.' Neque fefellit eum opinio. 5. Quippe puer Aristotele doctore diu usus, ad res in ea ætate gerendas insigne præsidium sibi comparavit. Sed hæc postea acciderunt. Interim constituti sunt infanti nutritores atque pædagogi, Leonidas Olympiadis propinquus, et Lysimachus Acarnan.[b] 6. Philippus[c] nationis ejusdem adjectus, qui valetudinem pueri regeret: Hellanicæ[d] (Dropidis erat filia, ex illustrioribus Macedonum fœminis) corporis et morum recta temperie probatæ nutricis munus demandatum est. 7. Hac cura paucos intra annos effectum est, ut jam tum polliceri videretur eum regem, quem postmodum exhibuit: nam et in puerilibus membris indomitus eminebat vigor; et eximiæ indolis argumenta ætatem longe prævenerant. 8. Excellens nativa et genuina venustate corporis,[e] cultum aspernabatur:[f] 'anxiam formæ curam fœminis convenire' dictitans, 'quæ nulla alia dote' æque commendarentur: 'si virtutis potiri contigisset, satis se speciosum fore.' 9. Fuit autem, cum adolevisset, justa membrorum proportione conspicuus, artubus robustis, probeque compactis:

[a] Dio Orat. II. Agellius IX. 3.
[b] Plut. Alex. p. 667.
[c] Curt. III. 6. 1.
[d] Idem VIII. 1. 21. Arrian. IV. 1. Ælian. XII. 26. Athen. IV. 1.
[e] Ælian. XII. 14. Arrian. VII. 28. Plut. Alex. 666.
[f] Curt. III. 5. 2.

vi tamen, quam specie validior; quippe corporis ejus habitus intra proceritatem stetit.[g] 10. Cutem habuit candidam, nisi quod in malis, itemque pectore, grato rubore suffundebatur: capillum flavum, leniter intortum: nasum aquilinum: oculos varios, nam lævus glaucus fuisse traditur, altero nigerrimo.[h] Inerat autem ipsis occulta quædam vis, ut sine veneratione atque horrore quodam intuentium non aspiceretur. 11. Pernicitate pedum admirabili fuit; quam ut magnæ in expeditionibus utilitatis, etiam rex non omisit exercere, sæpeque cum velocissimis suorum cursu certare visus est: patientia laboris supra fidem eximia; qua sæpe una, difficillimis temporibus, sibi exercitibusque suis salutem peperit.[i] 12. Exercitationibus crebris, et calidissima corporis temperie, adeo quicquid vitiosi humoris sub cute colligi solet, expugnavit; ut suavem ex ore membrisque exhalaret odorem, eoque etiam tunicas, quibus uteretur, impleret: ob easdem causas, ut quidam putant, ad vinum iramque proclivior.[k] 13. Visuntur adhuc imagines ejus statuæque, summorum artificum opera: ne enim vulgarium sculptorum pictorumve temeritate oris sui honor obsolesceret, studiose cavit; 'pœnam' comminatus, 'si quis injussu suo conaretur.' Ergo abundante tum artificum copia, volentem unus Apelles pinxit, sculpsit Pyrgoteles, Lysippus et Polycletus ære duxerunt.[l] 14. 'Citatiorem gressum Leonidæ vitium fuisse,' ferunt; 'ex ipsius consuetudine id hæsisse Alexandro: quod postea, cum enixe vellet, corrigere non potuerit.' Equidem educationi plurimum tribui debere non infiteor; ceterum hoc quidem naturæ potius adolescentis, quam assuetudini deputo: etenim in homine velocissimæ mentis, necessum erat, ut ardorem animi, corporis etiam motus sequeretur. 15. Quem adeo non in vitio posuere successores ipsius, ut etiam studiose æmularentur; simul depressiore in lævum collo,[m] obtutum ejus vibrantem, et elatiorem vocem imitati; cum animum non exprimerent: quippe plurimorum ex illis longa vita vix quicquam habuit dignum, quod cum hujus pueritia compararetur. 16. Neque enim quicquam aut loquebatur, aut agebat humile; sed dictis factisque par fortunæ suæ, vel etiam

[g] Curt. III. 12. 16. v. 2. 13. VI. 5. 29.

[h] Plut. l. l.

[i] Curt. v. 6. 14. VI. 6. 27. Plut. de Adul. et Amic. Discr. 29. de Tranq. Anim. 20.

[k] Plut. l. l.

[l] Cic. Ep. ad Fam. v. 12. Plin. Hist. Nat. VII. 37. XXXV. 10. XXXVII. 1.

[m] Plut. l. l. Id. de Fort. Al. II. 5.

supra erat. Nam cum esset laudis avidissimus, non undecumque eam affectabat, sed optimis quibusque comparari gaudebat:[n] ingloriam ex vilibus palmam intelligens, tantoque illustriorem victoriam, quanto quos vicisset pluris haberentur. 17. Ergo dicentibus, 'quoniam cursu plurimum valeret, debere profiteri nomen suum inter eos, qui Olympicis ludis certaturi essent, cognominis sibi regis exemplo;[o] magnam ea re per Græciam sibi famam comparaturum:' 'Facerem,' inquit, 'si reges haberem adversarios.' 18. Quoties aut præclara aliqua pugna Philippus vicerat, aut oppidum opulentum in potestatem redegerat; lætantibus aliis, ipse haud obscure indolescebat:[p] exceptaque vox est querentis inter æquales, 'nihil reliqui facturum patrem sibi ipsisque, cum adolevissent:' quippe deperiturum gloriæ verebatur, quicquid accessisset opibus: nec tam harum possessione, quam istius cupidine movebatur. 19. Somni natura parcissimus, etiam arte vigilantiam adjuvabat: si quid occurrisset, quod seria meditatione dignum videretur; comprehensa pila argentea,[q] brachium extra lectum porrigebat, ut in subjectam pelvim illapsa, excitato sonitu, torporem in somnum deficientis discuteret. 20. Deos ab ineunte ætate magnifice coluit.[r] Sacro quodam ita liberaliter thura flammis intulit, ut Leonidas, vir severus et parcus, profusionem istam non ferens, exclamaret, 'sic adolebis, cum regiones subegeris, ubi hæc nascuntur.' 21. Cujus vocis memor, cum postea thuriferam Arabiam pacaret, multa odorum talenta misit Leonidæ, cum mandatis, 'ne posthac in Deorum honoribus astrictior esse vellet, quos intelligeret dona hilariter oblata tam larga manu rependere.' 22. Animi sublimis et magna conaturi documenta mature dedit. Persis ea tempestate Artaxerxes, cognomento Ochus, præerat. Eum Artabazus et Menapis satrapæ, Memnonque Rhodius, egregius dux, bello lacessiverant;[s] sed potentia regis oppressi, deserta Asia ad Philippum profugerant. 23. His tum Alexander septenni minor mire delectabatur; crebroque de rebus Persicis interrogabat, nihil quidem puerile et sordidum, sed 'quibus maxime firmamentis opes regiæ niterentur? quis armorum usus, quæ audacia viris,

[n] Plut. Alex. p. 666. Id. de Fort. Alex. i. 13. Apophth. 36. Herodot. v. 22.

[o] Just. vii. 2. 14.

[p] Plut. Alex. p. 666. Apophth. c. 30.

[q] Ammian. Marcellin. xvi. 6.

[r] Plin. Hist. Nat. xii. 14. 17. Plut. Alex. p. 679.

[s] Diod. Sic. xvi. p. 537. seqq. Curt. vi. 4. 25.

[t] Plut. Alex. p. 666.

quanta equis pernicitas esset? quot dierum itinere Macedonia distaret Susis? quæ regi morum via, quæque exercitatio corporis, atque opinio virtutis foret?' 25. Postea, cum deprecante fratre Memnonis Mentore, cujus sororem in matrimonio Artabazus habebat,[u] cum exulibus in gratiam rediisset Ochus, eosque a Philippo repeteret; Alexander legatos eximiæ in tantilla ætate indolis admiratione ita perculit, ut unus eorum in hæc verba prorumperet:[v] 'Hic quidem puer Magnus est Rex; noster vero, dives.' 26. Hæc autem cum merito quidem naturæ suæ debere videretur, haud minus institutioni debuit. Nam pater satis gnarus, quantum Epaminondæ commercium sibi profuisset,[x] quantoque plura eloquentia, quam vi confecisset, summa cura incubuerat, ut a tenera statim ætate liberalium artium studiis probe imbueretur. 27. Igitur Aristotelem, magni nominis philosophum, ingentibus præmiis vocatum perpulit, ut etiam prima literarum elementa puero traderet.[y] Nec abnuit vir doctissimus, cum intelligeret, quantum esset a principio recte instrui multis imperaturum; frustraque contemni pro parvis sine quibus ad majora profectus non esset. 24. Variis deinde magistris, ut alius alia arte excellebat, usus, non modo mentem egregiis implevit disciplinis; verum etiam corpus omnis generis exercitationibus, ad usum bellorum, et patientiam laboris edomuit: ne tum quidem vacuus, cum otiari videretur; quippe pila, vel saltatione virili, non tam laxabat animum, quam seriis obsequiis membra præparabat.

III. 1. Postquam deinde ætas et ingenium paulisper adolevit, jamque severioribus studiis idoneus visus est, revocatum, qui tum apud Mitylenæos agebat, Aristotelem continuo secum habuit, donec post mortem patris rerum potitus, in Asiam transjiceret. 2. Quo temporis spatio quicquid a tanto præceptore tradi potuit, perdidicit. Cognoscendæ rerum naturæ[a] tanto avidius incubuit, quanto pertinaciore spe imperium universi orbis præceperat. Cujus indagationem postea quoque adjuvit, plane regio et animo, et sumtu. 3. Aristoteli, quo naturas animalium certius atque perspectius commentari posset, tota Asia Græciaque parere jussit,[b] quotquot venatu, aucupio, piscatuve vitam tolerabant, aut aliquam

[u] Diod. Sic. XVI. p. 538.
[v] Plut. de Fort. Alex. II. 24.
[x] Diod. Sic. XVI. p. 510.
[y] Quinctil. Inst. Orat. I. 1. 20. Gell. Noct. Att. IX. 3.
[a] Diog. Laërt. in Aristot. Plut. Alex. p. 668.
[b] Plin. Hist. Nat. VIII. 10.

in ejusmodi negotiis peritiam assecuti fuerant. Constat in ejus operis impensas octingenta talenta philosophum accepisse.[c] 4. Adeo autem cognitionem illam dilexit, ut in eam sumtum faceret, curamque impenderet, cujus fructum visurus non erat. Post centum annos capti sunt cervi[d] cum torquibus aureis, quos addiderat, ut vel posteri cognoscerent, quanta fides habenda foret iis, quæ de istorum animalium longævitate ferebantur. 5. Sublimioribus quoque disciplinis, quas 'acroamaticas' appellant,[e] eruditum fuisse, ipsius testatur Epistola,[*] qua queritur Aristotelem 'dignitatem earum evulgatis præceptis profanasse.' 6. Et ille excusavit; rescribens, ita libros illos esse editos, ut haberi possint pro ineditis: nec enim quenquam sententiam ipsorum magnopere percepturum esse, nisi, quæ iis continerentur, jam antea didicisset. 7. Idem, cum Rhetorica ab eo exigeret, solicite vetuit, ne aliorum etiam in manus pervenire pateretur. Neque enim minus honestis artibus, quam potentia, ceteros præstare cupiebat: indignabaturque communicari laudem illam cum humillimis. 8. Medicinæ quoque studio imbutum ab Aristotele[f] filio medici, ex gente Asclepiadarum, fidem ipsius Epistolæ faciunt. 9. Eam autem philosophiæ partem, quæ sibi aliisque probe imperare docet, ita coluit, ut magnanimitate, prudentia, temperantia, fortitudine, quam armis et opibus instructior, tantam imperii Persici molem subruere aggressus censeatur. 10. Ipse quidem prædicavit,[g] 'non minus se debere Aristoteli, quam Philippo: hujus enim munus fuisse, quod viveret; illius, quod honeste viveret.' 11. Ingenium tamen ardens ambitione, nimia honoris gloriæque prædicatione, quam inter genera bonorum referendam esse Aristoteles sciverat,[h] elatum fuisse, ut non modo imperii prorogandi gratia bella ex bellis sereret, verum etiam Deus haberi vellet, quidam non immerito credidere. 12. Ceterum non solum imperante Alexandro eximio honore, maximisque muneribus affectus est Aristoteles; sed et vivo adhuc Philippo ingens institutionis suæ pretium tulerat: impetrato, ut in ipsius gratiam patria instauraretur.[i] 13. Olynthios Philippus acerrimos hostes expertus fuerat; nam vicini Macedoniæ, et po-

[c] Athenæus IX. 13.
[d] Plin. l. l. 32.
[e] Plut. Alex. p. 668. Dionys. Halic. ad Amnæum p. 121.
[*] Gell. Noct. Attic. XX. 5. 8.
[f] Plut. Alex. l. l.
[g] Plut. Alex. l. l. Ethic. IV. 7.
[h] Lucian. Dial. Mort. XIII.
[i] Plut. Alex. l. l. Id. adv. Colotem. c. 51. Apophth. 33. Ælian. Var. Hist. XII. 54. Val. Max. V. 6. 5. Jo. Tzetzes Chil. VII. 442.

tentia hactenus haud impares, ægerrime tulerant, sub rege bellicoso vafroque regni opes crescere, accolis perniciem, aut servitium allaturas. 14. Ergo quo infensioribus animis certatum est, eo asperior victoria fuit: urbem captam direptamque solo æquavit Philippus; cives veniere: in reliqua etiam ditionis eorum oppida sævitum est. Inter quæ Stagiram, unde Aristoteles genus ducebat, par calamitas obruerat. 15. Eam tum regis permissu atque opibus ex integro condidit; restitutæque leges tulit, quibus postmodum usa est. Ita quam stantem florentemque tot fortium virorum manus ab excidio prohibere non potuerant; eam incensam atque dirutam unius civis excitavit ingenium. 16. Quanti autem Aristotelem fecerit Philippus, hinc etiam æstimari potest, quod sæpe filium monuit, ut sub tam idoneo magistro sapientiæ gnavam operam daret; ne mox multa committeret, qualium causa ipse pudore et pœnitentia angeretur. 17. Igitur postea quoque maximis rebus intentus Alexander, non omisit magistrum venerari; crebroque per literas compellavit hominem, nec disciplinarum modo arcana, sed et morum remedia petiit. 18. Atque ille rescripsit, quibus ipsius atque subditorum felicitati consultum opinabatur, 'meminisset, tantam ipsi concessam esse potentiam, ut prodesset hominibus, non ut eos læderet: iræ quoque,' in quam maxime præcipitem noverat, 'modum poneret; neque enim irascendum inferioribus: parem autem ipsi esse neminem.'[k] 19. Ad postremum tamen animo jam elatior spernere eum cœpit: præsertim cum ob Callisthenis exitum infestum sibi,[l] et præter sapientiæ præcepta, etiam vindictæ causa, ambitionem humanum fastigium despicientis, disputationibus exagitare crederet. 20. Certe paulo ante mortem, Cassandro objecta patri suo crimina purgante, exclamasse fertur,[m] 'Aristotelicæ versutiæ machinationibus instructum venisse, ut justas aliorum querelas fallacibus argutiis eluderet:' 21. deinde 'utrique, si vera quæ deferrentur comperisset, malum' minatum esse: tam vehementi vultu, ut diu post ejus interitum, cum forte Cassander, tum rerum in Græcia potens, imaginem Alexandri Delphis positam intueretur, revocatus in periculi sui memoriam, toto corpore cohorruerit.[n] 22. Quæ res Aristoteli etiam magnæ infamiæ occasio fuit: quippe venenum, quo Alexander periisse creditus est, non

[k] Ælian. l. l. 54.

[l] Plut. Alex. p. 696. Id. de Prosectu Virt. Sent. c. 10. et de Laude sui c. 19.

[m] Plut. Alex. p. 706.

[n] Id. l. l.

alterius ingenio equinæ ungulæ inditum,[o] et Babylonem deportatum, rumor suspicatus est. 23. Adamavit et musicam, eique seriam initio operam dedit: donec contumeliosa interrogatione patris, 'ecquid puderet tam scite canere?' velut artem suæ majestati indecoram, negligentius tractare cœpit. 24. Quo quidem tempore magistro chordam quandam ex artis præscripto pulsare jubenti, 'quid autem referat,' inquit, 'si hanc pulsavero?' in aliam intendens digitum.[p] At ille, 'nihil referre futuri regis, futuri autem citharœdi referre,' respondit. 25. Delectatus deinceps est masculo cantu, cum molles fractasque modulationes ut perniciem morum aversaretur. Quo nomine maxime amplexus est Timotheum,[q] artis ejus professione celebrem. 26. Ille enim accommodata ad ingenium illius scientia, modo, quem 'Phrygium' appellant,[r] ita aliquando eum rapuit, ut tanquam divino instinctu exardesceret animo, et, velut propinquo jam hoste, ad arma capienda prosiliret. 27. Eloquentiæ etiam sub Anaximene Lampsaceno studuit: quæ res postmodum incolumitatem urbi attulit, cum Persarum opibus studentem Alexander diruere constituisset. 28. Conspicatus enim Anaximenem[s] extra mœnia prodeuntem, nec dubitans, quin pro patria deprecatum venisset, 'Græcorum Deos testatus est, non facturum se quod petisset.' Quo audito callidus ille rogavit, 'ut Lampsacum diruere.' Ille et jurisjurandi religione astrictus, et magis etiam præceptoris olim sui sagacitate delinitus, gratiam delictorum Lampsacenis fecit. 29. Comœdos ut instituto suo parum congruentia tractantes, corrumpendisque moribus natos, contemsit.[t] Neglexit et pugiles, quanquam maximi tum in Græcia fierent: forte quod otiosos et saginæ addictos, valida membra spectaculorum potius ludibriis, quam patriæ necessitatibus commodare, non probabat. 30. Reliquas artes,[u] etiam quas ipse non attigerat, impense fovit. Unde ex toto fere orbe passim ad ipsum confluebant, quicumque insigni aliqua peritia præcellere sibi videbantur: eique vel ingenii sui monumenta dedicabant; vel exhibito artis suæ specimine, a munificentissimo regum, et cujus

[o] Curt. x. 10. 16. Arrian. vii. 27. Plin. Hist. Nat. xxx. 16. Plut. Alex. p. 707.

[p] Ælian. l. l. iii. 32.

[q] Suidas voc. Τιμόθ.

[r] Dio Pr. Orat. 1. Plut. Alex. p. 679. Id. de Fort. Alex. ii. 4.

[s] Pausan. vi. Val. Maxim. vii. 3. 4. Suidas voc. Ἀναξιμ.

[t] Plut. Alex. p. 666. Id. de Fort. Alex. Orat. ii. Athenæus i. 13.

[u] Plut. adv. Colotem. c. 30. Id. de Fort. Alex. i. 14. et ii. 1. et 4.

animo fortuna responderet, immensas plerumque divitias consequebantur.[v] 31. Etiam quos procul positos præclara eruditio aut virtus commendabat, iis ingentia munera ultro largiri consueverat. Igitur tantus ea tempestate doctorum atque solertium hominum proventus fuit, ut vix ulla ætas bonis artibus copiosior extiterit. 32. Solent enim ingenia moresque componi ad principum mentem; omnisque fere temporum inclinatio regnantium infamia, vel decus est.

IV. 1. Ex veterum monumentis nihil antehabuit Homero,[a] quem unum omnem sapientiam, qua imperia constant, optime complexum esse autumabat: adeoque eum cordi habuit, ut Græco cognomento 'amator Homeri'[b] diceretur. 2. Libros ejus semper secum ferre solitus, etiam cum quiesceret, una cum pugione sub cervicali reponebat; 'militiæ suæ viaticum,' et 'institutionem bellicæ virtutis' appellans. 'Achillem' prædicabat 'felicem, quod tantum virtutis suæ præconem' invenisset.[c] 3. Reperto inter Damascenam prædam materiæ cureque exquisitissimæ scrinio, et disquirentibus amicis, 'quinam usui convenientissime destinaretur?' ipse, 'Homero,' inquit, dedicabimus, 'ut pretiosissimum humani ingenii monumentum, elegantissimo etiam opere servetur.'[d] 4. Inde obtinuit, ut emendatissima poëtæ editio, quam magna cura comparaverat Alexander, 'e narthecio' vocaretur: quippe scrinium illud, cum adhuc Persarum esset, unguentis et odoribus asservandis serviverat. 5. Quidam prospere gestæ rei nuntius, cum citato cursu ad eum ferretur, dextramque porrigeret, vultu maximæ lætitiæ notas præferente, 'Quid mihi nuntiaturus es tanto gaudio dignum,' inquit, 'nisi forsan Homerus revixit!' 6. Sed tum eo jam felicitatis pervenerat, ut propemodum exsatiatæ gloriæ nihil deesse putaret, præter idoneum buccinatorem. Crebra autem lectione totum fere edidicit, ut nemo neque promtius eo familiariusque uteretur,[e] neque exactius de eo judicaret.[f] 7. Ex omnibus autem ejus carminibus maxime probabat versum, quo boni simul imperatoris, robustique militis laudes Agamemnoni tribuuntur,[g] eumque præcipuum virtutis incitamentum, et veluti

[v] Plut. Alex. p. 701.
[a] Plut. Alex. p. 668. Cicero pro Archia Poët. x. 24.
[b] Strab. XIII. p. 594. edit. Casaub. Eustath. ad Il. B.
[c] Plut. Alex. p. 672.
[d] Id. p. 679. Plin. Hist. Nat. VII. 22. Strab. l. l.
[e] Lucian. Dial. Mort. XII.
[f] Plut. de Fort. Alex. Or. I.
[g] Homeri Iliad. Γ. 179.

HOMERUS,
Ex Bellorii Imaginibus.

morum suorum magistrum habuit. 8. His itaque disciplinis imbutus, summæ fortunæ vim atque dignitatem egregie tutatus est; superbia et licentia, qua quidam sola principes agunt, abstinuit. 9. Cultu curaque corporis haud multum supra privati modum eminens,[h] virtute potius quam vestium ornatu anteire suos, imperatorium censebat: hilaris, humanus, affabilis; ut tamen contemtum excluderet: vino deditus, sed citra ebrietatem:[i] nam si otium nactus esset, sermonibus magis quam compotatione tempus extrahebat. 10. Voluptates ita contemsit, ut matri curam injiceret, ne plane ad generandum inhabilis esset.[k] Illud inprimis religiose tenuit, ne cujus torum violaret. Quibus vitæ morumque institutis diu inhæsit; magnumque et memorabilem regem egit: donec impetu quodam, et velut torrente fortunæ convulsus et mutatus, pristinam animi moderationem paulatim exueret. 11. Animi robur cum insigni dexteritate, magna patris et aliorum admiratione ostendit in equo Bucephala; nam id nomen bubuli capitis figura insignitus acceperat.[l] 12. Plurimum tum equestri laude pollebat Thessalia; nobiliumque equorum greges multis locis alebantur. Eminebat tamen inter omnes viribus et specie Bucephalas, quem Philonicus ex Pharsalia oriundus, maximo in illis regionibus principe dignum existimans, ad Philippum adduxerat, sedecim talentis venalem.[m] 13. Cum autem velocitatem equi obsequiumque experturi in campum descendissent; nemo amicorum satellitumque regis tractare eum potuit: quin insurgebat in omnes, et conscendere conatos ferocia exterrebat. 14. Jamque pro indomito, et ob feritatem inutili, relinquebatur; cum suspirans Alexander, 'Qualem isti equum perdunt, per mollitiem animi, et tractandi imperitiam!' Quo sæpius repetito a patre increpitus, 'quod ob negotium, quod emendare non posset, majores peritioresque conviciis incesseret;' 'Ego vero,' inquit, 'emendabo, pater, si permiseris.' 15. Atque illo subjiciente, 'frustratus autem quam pœnam pendes?' 'Equi,' inquit, 'pretium luam;' exortoque omnium risu, convenit, 'ut victor equum patre emente haberet, victus amitteret pecuniam.' 16. Tum Alexander comprehensis equi ha-

[h] Curt. III. 6. 19.

[i] Plut. Alex. p. 677. Arrian. VII. 29. fin.

[k] Athenæus X. 10. Plut. Apophth. c. 36.

[l] Schol. ad Aristophan. Nub. v. 23. Solin. c. 57.

[m] Plin. Hist. Nat. VIII. 42. Plut. Alex. p. 667.

benis, eum ita statuit, ut in adversos solis radios conversus, umbram suam conspicere non posset: ea enim antea exterritum acrius ferocisse observaverat: cumque nihilominus æstuaret, jubam demulcens, dimissaque sensim chlamyde, in sævientem adhuc insilit. 17. Ille parendi insolens cervicem et calces jactare, multaque pervicacia contra frænum niti; denique proripere se conari, et ingenti violentia cursum moliri. 18. Spatiosa et equitabilis planities suberat; ergo ferocientem exultantemque effusis in collum habenis, adactisque calcaneis cum ingenti clamore in cursum permittit. 19. Ingens deinde campi spatium evectus, jam lassatum et consistere volentem impellere non antea destitit, quam exhaustum cursu, et labore domitum, mansuetiorem jam mitioremque reduxisset. 20. Descendentem manantibus gaudio lacrymis complexus est pater; osculoque capiti impresso, 'majus imperium sibi circumspicere' jussit, 'nec Macedoniæ regnum tantam indolem capere.' 21. Posthæc Bucephalas cum in ceteros ferociam suam retineret, uni Alexandro mira submissione paruit;[a] multorumque mox laborum atque discriminum socius, in prælio adversus Porum periit.[c] 22. Dignum id argumentum visum est, quo illustrarent opera sua nobilissimi artifices: duas ex marmore statuas equum domantis ostentant; Praxitelis et Phidiæ certamen. Alexandri eas imagines esse, quamvis ambigi possit, auctores haud obscuri crediderunt.

V. 1. His atque talibus ingenii animique experimentis eam apud Philippum existimationem nactus est, ut cum ipse Byzantinos obsidione urgeret, idoneum jam crediderit filium, cui libera cum potestate Macedoniæ curam committeret,[a] annos omnino sedecim habentem. 2. Quo comperto Medarorum quidam, Thracia natio, Macedoniæ subjecta, opportunum defectioni, quam dudum agitabant, tempus advenisse rati, consilia nudavere. Sed adolescens ostentandæ virtutis occasione lætus, cum ducibus a patre relictis propere in eos movit: victisque et ejectis rebellibus, urbem eorum varii generis convenis habitandam dedit: illi Alexandropolim ex nomine auctoris sui appellavere.[b] 3. Philippus eventu rei gaudens, ceterum solicitus, ne suo arbitrio permissus adolescentis animus, majora viribus cum exitio capesseret; evocavit eum, ut, se

[a] Curt. VI. 5. 18.
[c] Curt. VIII. 14. 34. Plut. Alex. p. 669.
[a] Plut. Alex. p. 668.
[b] Plut. Alex. l. l. Stephan. voc. Ἀλεξάνδρεια.

magistro, ardorem prudentia temperare disceret: et in subigendis Chersonesi oppidis, strenua promtaque opera ejus usus est.[c] 4. Ceterum cum ad Byzantium, validam urbem, hæreret obsidio, civibus egregie pro libertate pugnantibus; 'iisque Græci barbarique, quibus incrementa Philippi suspecta erant, certatim auxilio venturi' nuntiarentur; desperata victoria, id unum agitabat, quanam ratione quam minimo copiarum atque famæ damno ab obsidione discederet. 5. Imperabat eo tempore Getis, Scythico populo, Atheas: qui, armis Istrianorum pressus, auxilium a Philippo petiverat, spe adoptionis facta, si fessis Getarum rebus succurreret.[d] Idem cum hostium imperator decessisset, belli metu liberatus, Macedonas vacuos remiserat, negans 'vel ipsorum auxilio, vel adoptione Philippi eguisse; cui adversus hostes satis propriarum virium, et in successionem regni filius esset.' 6. Eam barbari contumeliam ulturum ferens Philippus, omisso Byzantio, in Scythiam convertit agmen. Ubi conserto prælio, cum numero superiores Scythæ essent, nec virtutis pœniteret, arte Philippi Macedonibus victoria cessit. 7. Cujus omne pretium pecorum equorumque maximi greges, et infirmioris ætatis sexusque captivi fuere: ceteræ prædæ nihil exceptum est: quippe opibus minime studebant Getæ; sed quotidiano victu contenti, paupertatem inter vitæ commoda numerabant. 8. Ceterum cum ex Scythia regrediens, longo impedimentorum agmine, per Triballos iter faceret; illi opportunis locis occupatis transitum negabant, nisi prædæ partem accepturi. 9. Erant in exercitu Philippi mercenarii Græcorum milites, qui et ipsi, cum in discriminis partem venissent, commodorum exsortes haberi moleste ferebant.[e] Inde orta seditione ad manus ventum est: tam acri certamine, ut multis utrimque cadentibus etiam rex sauciaretur; transfosso femore, eodemque vulnere interfecto equo: tanta vis adacti teli, tantaque virtus inferentis ictum fuit. 10. Ibi tum ante omnes prosiluit Alexander, jacentemque clypeo protegens, irruentium in eum alios occidit, alios avertit in fugam. Ita filii pietate servatus est, abscedentibus qui oppressuri fuerant; eo promtius, quod interfectum crediderant: sic ipsi vulneris atrocitati vitam debuisse visus, mortis opinione mortem effugit: præda inter consternationem amissa est. 11. Ceterum ex vulnere claudicare coactus,[f] cum initio eam cor-

[c] Justin. IX. 1.
[d] Justin. IX. 2. Æschines contr. Ctesiphont.
[e] Curt. VIII. 1. 24. Justin. IX. 3.

poris deformationem ægro animo ferret, memorabili ad posteritatem adolescentis voce monitus est, 'non irasci vulneri, cujus opera ad singulos gressus suæ virtutis admoneretur.' 12. Satis jam gloriæ potentiæque Philippo quæsitum erat; satis etiam periculorum atque vulnerum pertulerat, si quietem pati posset animus ambitione vecors. 13. Tributarios Illyriorum Macedonas, omnium non vicinorum modo, sed etiam longe dissitorum dominos effecerat. 14. Triballos subegerat: Thraciam habebat in potestate: multis Græcorum populis imperabat; alios metu aut largitionibus tenebat obnoxios. Thessalos Daochus, Cineas, Thrasydæus,[g] cum Eudico et Simo Larissæis; Arcades Cercidas, Hieronymus, Eucalpidas; Argivos Myrtis, Teledamus Mnaseas; Eleos Euxitheus, Cleotimus, Aristæchmus, regio jugo subdiderant: 15. Messenios Philiadæ liberi, Neon et Thrasylochus; Sicyonios Aristratus et Demeratus, Megarenses Ptœodorus, Helixus, Perilaus; Eubœenses,[h] Hipparchus, Clitarchus, et Sosistratus, suæ quique civitatis principes, conciliabant: Olynthum Euthycrates et Lasthenes prodiderant.[i] Una Spartanorum civitas veteris disciplinæ egregie tenax, et proditionis immunis fuit. 16. Sed cum imperio totius Græciæ immineret, Atheniensium maxime opes morari destinata cernebat: nec deerant in civitate, qui res ad ipsum traherent: sed populus, qui omnia poterat, impellente Demosthene contra Macedonum opes nitebatur: crebrisque, ut inter potentes vicinos, contentionibus, ingenium Philippi callidum, audax, et ob dominationem fidei famæque negligens cognoverat. 17. Maxime urebat regem recens dolor,[k] quod ad Byzantium, Atheniensium opera, spe sua excidisset: qui non modo centum et viginti navium classem obsessis auxilio miserant; sed et Chiis Rhodiisque eadem audendi auctores fuerant. 18. Igitur dum percuratur vulnus in Triballis acceptum, omnia occulte præparabat, quo Athenienses improvisus opprimeret. Exercitum retinenti obtentui erant Illyriorum nationes, quæ ingenio feroces, et servitutis insuetæ, impositum nuper jugum excutere tentabant. 19. In eos Alexander missus,[l] barbaris fusis fugatisque, eam de fortuna atque virtute sua spem, et reliquis fecit, et

[f] Plut. de Fort. Alex. I. 13. Demosth. de Corona.

[g] Plut. Demosthen. p. 854. Demosth. de Corona.

[h] Demosth. de Falsa Legat.

[i] Diod. Sic. XVI. p. 538. Pausan. VII.

[k] Demosth. de Corona. Diod. Sic. XVI. p. 550. seqq.

[l] Curt. VIII. 1. 25.

ipse concepit, ut jam sine patre rebus gerendis se parem existimaret. Hæc per biennium gesta. 20. Philippus autem præparatis omnibus, quæ olim destinaverat exequi maturum ratus, exoptatissima occasione oblata, ante initium veris cum exercitu in Græciam venit; convocatis etiam ex Peloponneso copiis sociorum.[m] 21. Quippe Amphictyonum decreto creatus erat imperator Græcorum, ut insolentiam Locrorum, qui Amphissam incolunt, castigaret; namque Cyrrhæum agrum Apollini dicatum, Amphictyonum auctoritate contemta, colere perseverabant, ducemque ab his creatum, interemtis quibusdam, vulneraverant. 22. Erat tum Philippo fœdus cum Atheniensibus, sed parum in eo præsidii futurum arbitrabantur, si regi violandæ fidei merces affulsisset. Igitur legatos ad ipsum mittunt, petituros, 'ut pactis staret; aut certe ante ver adultum nihil hostile moliretur: deliberaturum interea populum Atheniensem, qua ratione controversiæ,' quæ inciderant, 'componi possent.' 23. Thebas quoque legationem decernunt, quæ exposito 'communi periculo,' hortaretur, 'ut simul cum ipsis tutelam Græciæ susciperent.' Sed Philippus[n] per hospites et amicos, quorum Timolaus, Theogitonque et Anemœtas plurimum apud cives suos poterant, Thebanos in amicitia Macedonum continuit. 24. Ratusque si cum solis Atheniensibus futura res esset, facile se superiorem fore, victis ad Amphissam Locris eorumque sociis; in Procidem raptim ducto[o] agmine, Elateam finibus Thebanorum simul Atheniensiumque imminentem occupat, impositoque præsidio, velut in belli sedem, operibus munit. 25. Ejus rei nuntius noctu Athenas perlatus tanta trepidatione urbem implevit, ut cum primo diluculo populus in concionem venisset, invitante ex more præcone, 'qui salutare patriæ consilium haberet, uti diceret,' nemo surrexerit. 26. Donec Demosthenes congruentia tempori disserens, persuasit,[p] 'ut e vestigio classis et exercitus educerentur; et legati tum ad ceteros Græcos, tum inprimis ad Thebanos mitterentur:' in hanc sententiam decreto facto, Chares et Lysicles copiarum imperatores constituti, Demosthenes legationis ad Thebanos princeps[q] ire jussus est. 27. Non fefellerat ea res Macedonis solertiam, satisque prospiciebat, quanta belli moles oritura esset, si inter istos populos fœdus convenisset. 28. Quippe

[m] Æschin. contr. Ctesiph. xvi. p. 554.
[n] Demosth. de Corona.
[o] Plut. Demosth. p. 854. Diod. Sic.
[p] Demosth. de Corona.
[q] Plut. l. l. Diod. Sic. l. l.

Atheniensium civitas tunc etiam opibus et auctoritate satis pollebat: nec Thebanorum aut potentia non contemnenda erat, aut opinio: necdum exoleverat memoria Leuctricæ pugnæ, qua principatum Græciæ Lacedæmoniis extorserant. 29. Igitur ut et sociorum confirmaret animos, et diversæ factionis machinationes præverteret, Amyntam et Clearchum Macedonas eo misit;[r] addito, cujus eloquentiæ plurimum fidebat, Pythone Byzantio:[s] quem in concilio Bœotorum ita locutum accepimus.

VI. 1. 'Si Philippo in Macedonia desidente, Elateam Atheniensis exercitus haberet; neque vobis ullum cum rege fœderis aut amicitiæ jus esset: tamen dubitare non debeo, quin illius societatem essetis optaturi; quis enim illum tanta potentia, tantisque rebus gestis, civitati fama quam viribus validiori non præponeret? 2. Nunc autem cum illo, qui victricibus copiis velut vestibulum urbis vestræ obtinet, socio atque amico utamini; ab Atheniensibus multis veteribus atque novis injuriis affecti sitis; horum amicitiam, neglecto rege, vobis suadere, profecto contumelia est, Thebani. 3. Sed superbissimi mortalium sibi solis ingenium consiliumque superesse autumant; reliquos, et inprimis Bœotos (vobis enim præ ceteris insultant) ineptos et rudes esse, nec, quæ utilia honestaque factu sint, dignoscere. 4. Itaque quo nihil est dementius, id se vobis persuasuros putant, ut ex ipsorum potius arbitrio, quam utilitate vestra hostes atque amicos habeatis; verbis confisi, in quibus omnis ipsorum vis est. 5. Sed verba nemo sanus ante facta habuit; præsertim in bello: ubi res manu geritur, linguæ promtitudo supervacanea est. Ut sibi diserti videantur, virtus et fortuna Philippi, tantis suis sociorumque viribus subnixa, plus poterit. 6. Nec enim facile dixerim, stolidior an impudentior sit eorum postulatio.' Intentatum Atticæ fulmen excipite, Thebani: socio atque amico regi bellum cum exitio vestro facite, ut nos in tuto simus: vestros agros, vestra corpora objicite, ne injuriarum suarum vindictam ab Atheniensibus Philippus exigat. 7. 'Hæccine sunt postulata hominum, qui aut ipsi sano judicio utantur, aut alios uti credant? Qui modo nullam premendi vos occasionem prætermiserunt; qui vos contumeliis, injuriis, armis quantum potuerunt persecuti, vestras clades atque pericula felicitatem suam rati sunt: ii nunc a vobis petere audent, ut cum ipsis malitis, quam cum Philippo vincere. 8. At iste hospes et alumnus ves-

[r] Plut. l. l. [s] Diod. l. 4.

ter,[a] educatus in contubernio Epaminondæ, clarissimi imperatoris, sanctissimique viri, cum ipsius moribus a tenera ætate caritatem urbis vestræ imbibit: vestras et Apollinis injurias Phocensi bello ultus est, cum Athenienses odio vestri sacrilegis auxilia mitterent:[b] 9. iterum communi Amphictyonum decreto exoratus, ejusdem numinis contumeliam in Locros vindicavit: huc quoque profectus est, ut vestris commodis consuleret, non abscessurus, donec vos metu æmulæ inimicæque civitatis solverit. 10. Id sive communibus consiliis viribusque lubet exequi;[c] non vetat, quo minus in prædæ verius quam belli societatem veniatis: sive quiescitis, transitum concedite: ipse communium injuriarum idoneus ultor erit: 11. neque minus ad vos redibit emolumentum victoriæ: greges, armenta, mancipia, quæ ex hostibus capientur, maxima ex parte penes vos, ut vicinos, erunt: inde Phocensis belli damna sarcietis. 12. Id magis ex usu vestro sit, an vestros agros uri, vestra oppida expugnari, incendi, diripi, vestras denique res agi ferrique, quod Athenienses optant, expendite. Nam iracunda res est suspectus immerito candor, quoque pronior benevolentia fuerit, acrioribus stimulis in vindictam agitur. 13. Ceterum hæc ita refero, non quo vobis ingratitudinem exprobrem, de qua nihil vereor; nec ut formidinem incutiam, qua nihil opus futurum existimo: sed ut Philippi in vos beneficia, et vicissim in illum vestra cogitantes, admoneamini, ea demum firma atque perpetua esse fœdera, quæ servari utriusque intersit. 14. Quod si majora sunt illius merita, vobis curæ erit, ut mutuo in illum animo sitis: ille maximum laborum præmium putat, subvenisse Græciæ, pro cujus salute atque dignitate perpetua cum barbaris bella gerit. 15. Atque utinam illum Atheniensium furor ingenio suo uti passus esset,[d] jam in Asia audiretis arma ipsius esse, quæ nunc coërcendis improborum motibus, invitus per Græciam circumferre cogitur. 16. Poterat quidem amicis Atheniensibus uti, nisi huic Demostheni, atque aliis quibusdam, qui imperitam multitudinem, ut expositum ventis mare, orationum suarum aura, quo volunt, impellunt, vectigalem se facere indignum, usuque et exemplo fœdum existimasset. 17. Quippe si apud illos honestati pretium esset, gratuito boni forent. Quibus honesta vendere mos est, si eadem

[a] Diod. Sic. XVI. p. 510. Plut. Pelopidas p. 292. Just. VIII. 5. 3.
[b] Justin. VIII. 1. 11.
[c] Demosth. de Corona.
[d] Demosth. de Haloneso. Literæ Philippi ad Athen. apud Demosth.

flagitii merces detur, utilia a noxiis, recta ab inhonestis non distinguunt: lucro, non affectu virtutis aut patriæ, neque Deorum hominumve reverentia ducuntur. 18. Nolite honesti aliquid aut egregii expectare ab his hominibus: vestris utilitatibus non moventur, qui patriæ tam male consulunt. Implicare vos volunt iisdem calamitatibus, ex quibus modo Macedonum virtute atque fide liberati estis: tantoque majoribus, quanto formidabilior hostis futurus esset Philippus, quam Philomelus, aut Onomarchus fuere. 19. Nam in precario imperio etiam boni ducis conatus haud minus cives quam hostes præpediunt: regum jussis nemo intercedit, nemo refragatur: unius arbitrio cuncti reguntur. In quo, quantum in rebus bellicis momentum sit, non ignoratis. 20. Nec jam in uno corpore Macedonibus id præsidium est. Philippum etsi fatum auferret, Alexander regenerat, qui jam in adolescenti hac ætate, ea animi ingeniique documenta edidit, ut prope constet, summis imperatoribus parem esse futurum. 21. Contra apud Athenienses pacis bellique arbitrium, quia penes omnes est, velut in medio positum audacissimus quisque ad se trahit: impetu magis quam consilio cuncta aguntur: homines maligni suadent, imperiti decernunt: bellum sumitur animosius, quam geritur: fœdera haud minori facilitate quam junxere violant. 22. Nam et cum Philippo fœdus ipsis est: quod quam sancte servent, re ipsa declarant: nec enim pro se fidem violasse satis habent; nisi per ipsos latius serpat ista contagio. 23. Vestra autem constantia, Thebani, qua non minus quam rebus fortiter feliciterque gestis magni clarique habemini, non sinit ambigere, quin multis experimentis cognitam regis amicitiam, semper infestæ æmulæque civitati prælaturi sitis. 24. Neque vero averruncator malorum Hercules siverit, ut quem indigenam civemque Deum præcipua religione colitis, ejus sanguinem impio injustoque bello persequamini. Nam ceteros quidem socios, quam amicitiæ regiæ non pœniteat, ex ipsis vos malo cognoscere.' 25. Hæc Python. Auditi dein sociorum legati, prolixe commendato regis animo, petiverunt, 'ut ipsum potius Græciæ vindicem, quam perturbatores ejus Athenienses sequerentur.'

VII. 1. At Demosthenes facta dicendi potestate, 'Non ignorabam,'[a] inquit, 'istos Philippi mercenarios neque laudibus in

[a] Tota hæc Oratio e Philippicis passim Demostheneis desumta est.

ipsum, neque in nos conviciis esse temperaturos: nam qui pudorem consumserunt, quid loquantur aut faciant parum pensi habent, dum cupitis potiantur. 2. Sed illi quidem, si bene vos novi, Thebani, spe sua egregie falsi, dignum virtute vestra Græcorumque moribus responsum ad Macedonem referent: vos autem ad ea, quæ nunc agenda sunt, animum diligenter advertite: 3. nam vestrorum quoque negotiorum summam nunc agi ipsis rerum argumentis ostendemus, non verborum præstigiis, quibus isti vereri se dicunt ne capiamini. 4. Sed quando sic pro vobis sunt soliciti, ponant metum, nihil faciemus quo eloquentiores videamur: malam quandoque causam adjuvit facundia: ubi nudam veritatem spectari dicentis interest, verba nemo prudens appendit. 5. Nec de Philippo laboramus; sit sane per nos qualem isti fingunt: sit etiam pulcher, eloquens, atque adeo in conviviis etiam hilaris; nam et hinc eum commendavere quidam; adeo inanem veræ gloriæ fatebantur. 6. Ceterum legatos ejus miror ea civitati nostræ coram vobis objecisse, quæ si crimina sunt, non magis Atheniensibus, quam Thebanis, defendenda esse, in confesso est: popularis enim status incommoda exagitant: quæ licet non ignoremus utrique, tamen regio dominatui merito præferimus. 7. Atqui illi sic locuti sunt, tanquam in circulis et conviviis Macedonum adulatione gratiam quærerent; non apud liberam civitatem officio legatorum fungerentur. 8. Scimus quidem regum regiorumque mancipiorum adversus gentes urbesque liberas pertinacia odia; et simpliciter fecerunt isti, qui detegunt: sed eo magis annitendum nobis est, Thebani, ut jura legesque nostras tueamur. 9. Et optandum inprimis esset, ut qui rempublicam attigerunt, iis unum idemque pulcherrimum certamen foret, quinam rectius civitati suæ consulerent, aut consulta exequerentur: nemo communia commoda posthaberet privatis; nemo acciperet munera; nemo istorum exemplo patriam Philippo proderet. 10. Verum, Thebani, nulli unquam non civitati modo, sed etiam homini, integra perfectaque felicitas obtigit: beatissimus habetur, cujus fortuna minimum ex adverso trahit. 11. Malos autem nobis cives esse neminem fugit: ne vos quidem caruistis, aut caretis, Thebani: nam sine eo esset, non jam Elateæ Philippus libertati nostræ plagas tenderet; sed de regno Macedoniæ nobiscum decertaret. 12. Habemus tamen et bonos; eosque plures malis, et potiores. Argumentum poscis? liberi sumus: non servimus Philippo, sicut tu, Python, Byzantios

tuos servire voluisti; tu autem, Daoche, et tu, Thrasidæe, Thessalos regi vendidistis. 13. Thessaliam enim servitute Philippi premi videtis, Thebani, et, nisi fallor, juxta nobiscum ingemiscitis: Byzantium, quantum in Pythone fuit, idem manebat exitium, quod Olynthus perpessa est: nos liberavimus. 14. Quippe Græcam civitatem, cum maxime sociam atque fœderatam, ille religiosus atque venerabilis assertor Græciæ nec opinantem opprimere aggressus fuerat. Hæc est nimirum præclara ipsius prudentia: calliditatem pro ingenio habet: perjurium artem putat: perfidia tanquam virtute utitur. 15. Aut dicat denique, quo alio pacto formidabilem illam potentiam nactus est: si Græcos fraudibus, insidiis, proditione non cepit; si barbaros etiam non auro magis quam ferro vicit; si denique cuiquam mortalium aut fidem dare gravatus est, aut datam fallere non sustinuit. 16. Istis tamen ille Græciæ vindex, nos perturbatores sumus! Sed quid istos pudeat, qui sua crimina nobis objectare malunt, quam non admonere vos eorum, quorum ipsi manifesti sunt? Si quis captorum munerum aut proditionis reus esset, illum tuendo, propugnando, legibus et pœnis eripiendo, vestrum negotium ageretis: nunc alios accusando, in vos sententiam dicitis. 17. Quod si ignari, quorsum ea res pertineret, id admisistis; prudentiam in vobis requiro: si scientes prudentesque; verecundiam. 18. Pro mea, quique in eadem mecum causa sunt, innocentia suffecerit, quod nos a Philippo nihil accepisse ipsi fatemini: nec enim si quid petivissemus, vacuos abire passus esset liberalissimus rex, ut a vobis quidem prædicatur. An qui vos corrupisse operæ pretium putavit, nobis etiam petentibus, non largiretur? 19. At Thebanos modo monuistis, ne consilium eorum sequerentur, qui patriæ male consuluerunt. Ego vero desino adversari illis, Thebani, si ita sentiunt: in ipsorum opinionem transeo; vosque quanto maximo potest opere hortor, oro, obsecro, perque vestram et communem Græciæ salutem obtestor, ut hoc ipsorum decretum amplectamini. 20. Id si feceritis, neque pecorum atque armentorum gratia vos ipsos venire patiemini; neque ut ergastulis ager vester frequentetur, intèr cetera Philippi mancipia Pæonibus et Triballis servietis. 21. Nam isti greges et mancipia intueri vos jubent, egregia servitutis præmia; uxores, liberos, parentes, libertatem, famam, fidem denique et fas Græcorum vilia habere. Hæc enim profecto perdidistis, Thebani, nisi fraudi violentiæque Philippi una nobiscum resistitis. 22. Quod

si alienis laboribus tutos vos fore persuasum habetis, vereor ne magnopere decipiamini. Etenim (quod abominor) Philippo victore, cui dubium est, quin neque vos, neque quisquam Græcorum libertatem tueri possitis? (nam in fide Philippi multum reponere, eorum est qui perire velint:) 23. at si nos Victoria respexerit, quid ab hominibus, quos in extremo salutis atque dignitatis discrimine deseruerit, expectandum vobis putetis, considerate. 24. Nam quæcumque vobis sententia sederit, Atheniensibus certe omnia experiri, neque libertatem prius quam vitam amittere decretum est. Quanquam etiam viribus non diffidimus: quibus si vestras sociatis, conjuncti utique superiores erimus hosti, cui singuli pares esse possumus. 25. Non ignoramus potentiam ejus Athenienses, quam olim nascentem augescentemque prævidimus; et, si ceteris Græcorum eadem mens fuisset, præcaveramus. 26. Diu enim bellum cum eo gessimus, non de Amphipoli, aut Haloneso, ut plerisque credebatur, sed pro salute et libertate Græciæ: donec destituti ab omnibus, a nonnullis etiam oppugnati, pacem necessariam magis quam honestam fecimus. 27. Sed nunc, opinor, præses arcis nostræ Minerva, et Apollo Pythius patrium nobis numen, ceterique Græcorum Dii aperuerunt oculos, et in vindictam avitæ libertatis populorum suorum animos excitant. 28. Certe Herculem non sine indignatione verba legatorum audivisse arbitror, Philippo stirpem ab illo Deo repetentium. Ille enim agnoscat Deus omnium religionum contemtorem; Græcus, Macedonem; tyrannum, osor, punitor, extirpator tyrannidis! 29. Nullo enim alio argumento clariora sunt Herculis opera: at ille Græciam dominatu premit: quibusdam etiam civitatibus domesticos tyrannos imposuit, Philistidem Oteo, Hipparchum Eretriæ, Chalcidi Taurosthenem. 30. Ergo jam Eubœi,[b] Achæi, Corinthii, Megarenses, Leucadii, Corcyræi nobis favent: alii fortunam spectant,[c] quæ hactenus unicum Macedonicæ potentiæ vinculum fuit, quo leviter abrupto, ultro dilabetur. 31. Quippe Thessali, unde Philippo robur equitatus est,[d] neminem unquam diu fovere: Illyrii ceteriique Macedoniam accolentes barbari, quorum et natura ferox est animus, et indignatione recentis servitii irritatus, si principia belli Philippo sequius evenerint, reliqua pro nobis conficient. 32. Vos modo nobiscum acriter in hanc curam incumbite: sepositis

[b] Demosth. de Corona. Plut. Demosth. p. 850.

[c] Demosth. ad Philipp. Epist.

[d] Justin. VII. 6. 8.

interim contentionibus, quas inter vicinas urbes sæpe levis occasio concitat: odia privata, post rem bene gestam, communis lætitia in benevolentiam vertet; aut cum porro insanire tacabit, cum dedecore forte damnoque utrorumque, sed tamen citra exitium resumentur. Neque dolos Philippi timueritis: modo promissis ejus aures occludite; manus continete a muneribus. 33. Si nihil ante libertatem habueritis, calliditas et largitiones frustra erunt: potentiam ut discordiæ Græcorum extulerunt, ita consensus obruet. 34. Quin et ipse, ut est temerarius, excipi potest: quod si accidat, nihil a ceteris est periculi; nam ipse gloriam atque dominationem, qui sub eo sunt, quietem expetunt. 35. Nisi forte Alexandrum veremini: quoniam isti quidem ita vos contemnunt, ut idoneos putent, quibus etiam pueri nomen formidinem possit incutere.'

VIII. 1. Crederes alios repente factos Thebanos,[a] qui modo regios legatos attente, atque etiam cum assensu audiverant, adeo in contrarium mutati sunt, ut Philippum hostem judicarent, ni quamprimum suis sociorumque finibus decederet: Macedonicæ factionis homines urbe pellerent:[b] et Atheniensium copias eo reciperent. 2. At Philippus inopinata Thebanorum defectione turbatus magis quam territus, insistere destinatis non omisit. Duobus levibus præliis commissis, cum Athenienses successus non pœniteret; tandem utrique ad Chæroneam Bœotiæ oppidum totis viribus consedere. 3. Græcos decora majorum, et cura libertatis accendebant: Philippus egregiis copiis, totque bellorum victoribus fidebat: in se quoque non parum momenti collocabat, quod imperatoriis artibus ipse præcelleret;[c] Græcorum celebratissimi duces jam decesserant. 4. Theagenes Thebanis præerat, modico militiæ usu, neque satis firmus adversus pecuniam: Atheniensium quoque imperatorum virtutem atque peritiam ipse animo usuque rerum longe anteibat. 5. Sed duorum potentium populorum in unum conversæ vires, quorum auctoritatem Corinthii quoque aliique sequebantur, injecerant curam,[d] minima unius diei parte, de capite fortunisque omnibus dimicaturo. 6. Ne Thebanorum quidem principes a pacis consiliis abhorrebant; sed Atheniensium ardor evicit, ut omnes Græciæ spes opesque unius prælii fortunæ permitterentur. Alexander etiam immodicus[e] animi testabatur

[a] Plut. Demosth. p. 854.
[b] Justin. IX. 4. 8.
[c] Diod. Sic. XVI. p. 555. Dinarch. contr. Demosth.
[d] Plut. Demosth. p. 854.
[e] Dio pr. Orat. 2.

patrem, ne tantam gloriæ occasionem e manibus elabi sineret: eoque tandem impulso, primus in hostem impetum fecit. 7. Pugnatum est acriter ambigua diu victoria, donec adolescens, quem cum delectis alteri cornuum præfecerat pater, summa animi viriumque contentione connixus, sacra Thebanorum cohorte,[f] quæ ex optimis constabat, loco mota, victoriæ viam aperuit. 8. Nam et Athenienses sociorum calamitate fracti, æstuque et vulneribus fatigati, non amplius sustinuere Macedonum impetum: quippe Philippus æmulatione, et pudore si filio adolescente deterior videtur, gravis intolerandusque incubuerat. 9. Ita de libertate Græciæ ista pugna decretum est. Ceciderunt ex Atheniensibus amplius mille, supra duo millia capti fuere: sociorum quoque multi aut pugnando mortem occubuerunt, aut vivi venerunt in potestatem victoris. 10. Missus posthæc Athenas Alexander[g] 'veniam delictorum pacemque Atheniensibus Philippum dare' pronuntiavit; 'captivos etiam gratis reddere; nec vetare, quin occisi tumularentur:' quippe rex intentus in Persicum bellum, Græcorum fidem atque studia, clementia et moderatione provocabat.[h] 11. Imperio tamen maris et insularum Athenienses exuit: in Thebanos immitior:[i] quorum subita defectione in summum rerum omnium discrimen se adductum fuisse meminerat; nec judicabat veteribus sociis, post beneficia sua, causam fuisse contra ipsum cum Atheniensibus sentiendi. 12. Ergo cum urbem dedidissent, præsidio Macedonum imposito, interfectisque quos maxime invisos suspectosque habuerat, aliis solum vertere jussis, reductis suæ factionis exulibus magistratus et judicia tradidit. 13. Reliquos deinde populos, qui adversus ipsum arma ceperant, eodem victoriæ impetu perdomuit. Nec quisquam tota Græcia præter Spartanos[k] et Arcades dominationis ejus expers mansit: alios armis, alios impari societate imperiis suis obnoxios habebat. 14. Igitur conventu totius Græciæ Corinthum indicto, 'de bello Persis inferendo' disseruit: 'obviam eundum esse barbaris; imperium orbis immani superbia sibi destinantibus, aut parendum semper, aut mature resistendum esse. 15. Nec enim hoc agi, bellum an pacem habeant Græci; sed utrum in hostiles agros id

[f] Diod. l. l. Plut. Alex. p. 668. Ælian. VI. 1. 8.
[g] Justin. IX. 4. 5.
[h] Id. l. l.
[i] Id. l. l. Pausan. IX. Diod. p. 555.
[k] Justin. IX. 5. 3. Arrian. I. 1. Diod. XVI. p. 563.

transferre malint, an domi accipere. Non veteres tantum injurias vindicandas esse; sed præsens dedecus amoliendum, ereptis ex Persarum servitute Græcis civitatibus, quæ Asiam incolerent. Commodissime id fieri posse, dum, compositis in Græcia rebus, universas vires in transmarinum bellum convertere liberum esset. 16. Domesticæ etiam quieti ea ratione prospectum iri, amotis occupatisque longinqua militia, qui otiosi discordiis et audacia res turbare consuevissent. Constituerent igitur quo imperatore, quibusque copiis bellum istud administrandum videretur.' 17. Non fallebat plerosque quantum e republica peteretur; sed armis amissam libertatem intempestivum videbatur verbis repetere. Nihil ergo dubitatum est, quin faustis acclamationibus 'Philippus imperator Græciæ ad liberandum orbem terrarum in Asiam proficisci' juberetur. 18. Descriptæ deinde singulorum opes; et quantum quisque militum, frumentique et pecuniæ mitteret, in tabulas relatum est. Ducenta peditum, quindecim equitum millia promissa fuisse reperio; cum in eo numero neque Macedones, neque parentes Macedonibus barbari censerentur.

IX. 1. Ceterum, ut sine mixtura calamitatis nulla in rebus humanis felicitas est, res foris prosperas domesticæ turbæ exceperunt. Animum conjugis olim, ut diximus, alieniorem Olympias morositate et arrogantia in dies magis magisque avertebat. 2. Inde 'repudiatam' nonnulli tradunt:[a] ego in eodem matrimonio manenti Cleopatram[b] superinductam comperio. Nec enim in tanto dedecore dulcissimæ matris, cujus pudor ad ipsum quoque pertineret (nam 'ob stupri suspicionem expulsam' addunt) interfuisset novercæ nuptiis: interfuit autem, et demum post contentionem, quæ in eo convivio exarserat, matrem abduxit. 3. Quippe cum avunculus sponsæ Attalus, post longam compotationem spem male tegens, 'orandos Macedonibus Deos diceret, ut ex nova nupta legitimum regni successorem Philippus tolleret:'[c] Alexander in iram alioqui præceps, et tunc injuria irritatior; 'nos ergo, sceleste, spurii tibi videmur?' inquit: simul calicem, quem forte dextra tenebat, in os illius impegit; ille quoque invicem conjecit poculum. 4. Exorto tumultu, Philippus, qui in alio lecto accubuerat, ejus diei lætitiam turbari moleste ferens, ense stricto Alex-

[1] Justin. l. l.

[a] Plut. Alex. p. 669. Justin. IX. 5, 9.

[b] Arrian. III. 6. non Cleopatram, sed Eurydicen eam vocat.

[c] Plut. l. l. Justin. IX. 7. 8.

andrum petit: occideratque filium, nisi claudicantem ex vulnere pridem accepto grassum, ira vimumque præpedivissent. 5. Prolapsus amicis subita re exterritis spatium dedit, ut precibus, et utrisque medios interponendo, Alexandrum eriperent. 6. Nec minoris operæ fuit illum exorare, ut salvus esse vellet: multiplici injuria affectus sibi videbatur; et quamquam 'patris regisque' nomina, 'naturæque et gentium decreta' ingerentur, non abstinuit, quin insultans Philippo juberet 'intueri Macedonas egregium transmittendi in Asiam belli auctorem, qui ex lecto in lectum transiliens procidisset.'[d] 7. Inde sibi matrique juxta timens, in Epiro, cui frater Olympiadis præerat, eam reliquit; ipse ad Illyriorum regem profectus est. 8. Postea quoque cum reconciliatore Demarato Corinthio in Macedoniam reversi essent;[e] pervicacis ingenii mulier filium, suopte ingenio potentiæ anxium, incitare non destitit,[f] 'ut, quos posset, humanitate aut pecunia in amicitiam illiceret; et adversus iracundiam patris, etiam affinitate potentium hominum se muniret.' 9. Sane olim monuerat Philippus, ut affabilitate sibi conciliaret hominum studia; largitiones autem non usquequaque probaverat: etiam per literas increpito instituto ejus,[g] 'quod benevolentiam auderet sperare ab hominibus, quos muneribus corrupisset. Falli qui regium id putaret: ministri et diribitoris officium esse.' 10. Verum cum ipse 'pecuniæ omnia penetrabilia' jactaret, eaque[h] haud minus sæpe quam armis uteretur, non tam recta præcipiendi studio ita scripsisse visus est, quam metu, ne ab adolescente filio suis artibus oppugnaretur. 11. Idem objurgavit Alexandrum, quod Pexodori filiam,[i] quam Aridæo destinaverat pater, ambivisset, 'degenerem, et fortuna, in cujus spem educaretur, indignum' appellando, 'qui Carem barbarum, barbaroque regi subjectum, socerum optaret.' 12. Sed ipse ut potentiam suam firmaret,[k] nullam conditionem aspernatus erat, quin ex asperrima barbarie Illyrias Geticasque mulieres matrimonio jungeret: quanquam ex aliis etiam uxoribus pellicibusque complures liberos suscepisset. 13. Quod cum Alexandro molestum accideret, urbane adolescentem corripuit; hortatus, 'ut mul-

[d] Plut. l. l. Apophth. c. 83.
[e] Plut. Alex. l. l.
[f] Plut. Apophth. c. 81.
[g] Cicero Offic. II. 15. 6. Valer. Max. VII. 2. Extern. 10.
[h] Plut. Apophth. l. l. Demosth. de Corona.
[i] Plut. Alex. p. 669.
[k] Athenæus pr. l. XIII. Steph. voc. Τερία. Ælian. Var. Hist. XIII. 36.

tos imperii æmulos habiturus, operam daret, quo omnibus melior præstantiorque, non ob Philippum patrem, sed ex suo merito, rerum potiri videretur.'[l] 14. Cum autem ob has similesque causas crebra inciderent jurgia, nec abrupta semel benevolentia fido affectu coalesceret; ad extrema prolapsi sunt, præcipua Olympiadis violentia, in qua contumaciam sexus ingenium vastum et vehemens virili scelere in vindictam armabat. Stimulaverat ea fratrem Alexandrum, ut Philippo bellum faceret. 15. Id ne alieno tempore excipere cogeretur, callidus rex, quanquam viribus plus poterat, firmata per novam affinitatem gratia prævenire studuit, desponsa Epirotæ Alexandri germanæ, Cleopatra.[m] 16. Ad istas nuptias celebrandas finitimarum gentium reguli, Græcarumque civitatum legati frequentes Ægas convenerant: id oppidum elegerat Philippus, non sine quodam omine eorum, quæ postea accidere; nam ibi Macedonum reges sepeliri mos erat.[n] 17. Ferunt etiam Apollinem Delphicum de bello Persico consulenti maturum interitum cecinisse. Sed ambiguum, ut mos oraculis, responsum Philippus ad barbarorum exitium blanda interpretatione traxerat.† Alia quoque præsagia, quæ tum nemo animadverterat, eventus monstravit. 18. Erat inter custodes regii corporis Pausanias quidam, quem in solatium acceptæ ab Attalo injuriæ, rex in eum dignitatis gradum provexerat: quippe Pausaniam Attalus mero onustum nefariis convivarum ludibriis exposuerat. 19. Hujus ultionem cum a rege peteret, honorem accepit. Etenim Philippus virum spectatæ in bello fortitudinis, ad hoc nuper propinqua affinitate conjunctum punire adeo non sustinuit, ut insuper copiarum parti præfectum cum Parmenione et Amynta in Asiam præmitteret,[o] opera ejus usurus in expeditione Persica. 20. Pausaniam autem rogatum, 'ut ipsi temporibusque reipublicæ dolorem suum condonaret,' comitate alloquii et honestiore stipendio placare conatus est. Sed adolescens majorem contumeliæ, quam beneficii rationem habuit: odiumque ab auctore injuriæ, in negligentem ejus vindicem convertit. 21. Cum iis etiam, quos infensos Attali domui, nec Philippo concordes esse noverat, consilia communicasse non præter rationem creditum est;[p] postquam ab Olympiade

[l] Plut. Apophth. c. 33.
[m] Diod. Sic. XVI. p. 557.
[n] Plin. Hist. Nat. IV. 10. Athenæus IV. 14.
† Diod. l. l. Pausan. VIII.
[o] Diod. XVI. p. 381. Justin. IX. 5. 8.
[p] Plut. Alex. p. 669.

parricidæ in cruce pendenti coronam auream impositam[q] nemo dubitavit, aliaque facinora perpetrata sunt, ex quibus totius sceleris ordo causæque haud obscure perspicerentur. 22. Dubia adhuc luce theatrum ingens hominum multitudo impleverat, spectatura ludos, qui superiorum dierum spectacula luxu et magnificentia longe superaturi dicebantur.[r] 23. Inter alia, quibus divitiis illudere solent opulenti reges, et fortunæ suæ magnitudinem non capientes, duodecim Deorum effigies eminebant, in quibus artificum industria cum materiæ dignitate certaverat. Tertiadecima Philippi thensa accesserat; nulla in re ceteris vilior. 24. Id mortalitatis fastidium matura ultio consecuta est: et successu rerum insolescentem, seque Diis immortalibus æquantem, priusquam indebito honore frueretur, fatum occupavit. 25. Pausanias theatrum intrare volentem observaverat:[s] utque præmissis amicis, qui eum deduxerant, relictisque a tergo satellitibus (nam in tanta omnium benevolentia nihil iis opus esse volebat ostendere) solus ingrediebatur; percussor improvisus assilit, gladioque barbarico, quem sub veste habuerat, latus nihil tale expectantis haurit. 26. Hic fuit exitus maximi ætatis suæ regum. Macedoniæ regnum magnum ex inopi reddiderat: circumjectam barbariem domuerat: Græciæ imposuerat jugum: tum etiam Persico imperio imminebat: jam auxilia Græcorum coibant: 27. jam in Asiam transjecerant præmissi ab eo duces; cum in ipso rerum gerendarum articulo, prolixum victoriæ fructum sibi pollicentem vita destituit. 28. Ita maxima quæque in lubrico sunt; et audacissimas spes hominum quilibet ex improviso casus eludit. 29. Olympias comperta morte regis Cleopatram Attali sorore genitam ad suspendium adegit;[t] natum ex ea paucis ante patris necem diebus puerum in ænea pelvi torruit: in clientes etiam propinquosque ejus atrocibus suppliciis sæviit, et occasione vindictæ per muliebrem impotentiam crudelissime usa est.

X. 1. Sed Alexander, per cujus absentiam mater ista perpetraverat,[a] tanquam salutare sidus, componendis tantis fluctibus tempestivus affulsit. 2. Quippe erectis in spem libertatis Græcorum animis, quos Philippus oppresserat, et tumultuantibus in vicinia barbaris, ne Macedoniæ quidem tranquillæ res erant. 3. Attalus

[q] Justin. IX. 7. 10.
[r] Diod. Sic. p. 480.
[s] Joseph. Antiqq. XIX. 1.
[t] Justin. l. l. Pausan. VIII.
[a] Plut. Alex. p. 670.

haud spernendi exercitus prætor, ambitioso imperio mirum sibi favorem apud militum vulgus conciliaverat:[b] principibus Macedonum propinquitate innexus, etiam Philotæ sororem sibi desponderat:[c] neque post tantas utrimque offensas inviso infestoque fides haberi poterat. 4. Amyntas, quem fratre Perdicca genitam, data in matrimonium Cyna, Philippus generum legerat, ad paterni regni successionem per Alexandri cædem aspirabat.[d] 5. Populi magna pars Olympiadis tyrannidem exosa, alii rerum novarum cupidine, varie in hunc aut illum inclinabant studiis; nec deerant, qui 'Alexandro Æropi filio restituendum dicerent fastigium,[e] quod exclusо legitimo regni herede, Amyntas prius, deinde Philippus, vi ac fraude invasissent.' 6. Exercitus quoque variis ex nationibus compositus,[f] ut cuique animus aut spes erat, discordibus consiliis et sermonibus agitabatur. 7. Contra Alexandro novum imperium, ac subito Philippi casu nihil adversus ingruentes motus provisum erat: et quanquam indolis haud pœniteret, ætas spernebatur. Viginti annorum adolescentem[g] tantæ rerum moli humeros subjecturum, aut si recepisset, parem futurum non arbitrabantur. 8. Etiam nervus gerendarum rerum pecunia defecerat; qua abundantes Persæ in omnem fere Græciam corruptores miserant:[†] et ne quid malis deesset, Macedoniæ maritima Tusci piratæ depræda bantur. 9. Convocatis amicis, cum de præsenti rerum statu deliberatio instituta esset, non defuerunt, qui censerent,[h] 'omissa Græciæ cura, quanta posset lenitate deficientes barbaros in officio continendos esse: postquam intestini motus consedissent, longinqua facilius compositurum.' 10. Verum adolescens insigni animi magnitudine, cauta consilia pro ignavis fastidiebat. 'Perpetuo omnium contemtui obnoxium fore, si in principio regni impune se sperni pateretur: ad omnem deinceps vitam pertinere, qualem de se opinionem in animis hominum incipiens imperator excitet. 11. Philippi necem haud magis sibi, quam rebellibus inexpectatam accidisse: trepidantes adhuc, et consilii incertos nullo negotio opprimi posse: per Macedonum cunctationem erigi seditionis auctores; et qui nunc etiam nutarent animis, tumultuantibus accessuros. 12. Ita contra paratos confirmatosque anceps discri-

[b] Diod. Sic. XVII. p. 568.
[c] Curt. VI. 9. 17.
[d] Id. l. l. Plut. de Fort. Alex. 1. 8.
[e] Plut. l. I. Arrian. l. 26.
[f] Justin. XI. 1. 1.
[g] Justin. l. l. Arrian. I. 1.
[†] Plut. Demosth. p. 855.
[h] Plut. Alex. p. 670. Justin. l. l.

men subeundum: nunc celeritatis magis, quam virium certamen esse. Quod si adversus singulos audacia non esset; quid deinde futurum, si metum confesso omnes uno impetu superfunderentur?' 13. His deinde congruentia ad populum locutus, adjecit, 'effecturam se, ut cives hostesque fateri cogerentur, erepto patre corpus nomenque regis mutatum esse;[i] consilium animumque non desiderari. 14. Eam rerum conversionem nonnullos occasionem tumultuandi putavisse; sed brevi pœnas daturos. 15. Modo Macedones eosdem animos, eosdem lacertos sibi commodarent, quos tanta cum ipsorum gloria, tantoque victoriæ fructu, patri suo per tot annos præstitissent. 16. Id quo promtius alacriusque facerent, omnium præter militiæ vacationem ipsis concedere.' 17. Consilium regis fortuna comprobavit. Non segnius, quam locutus fuerat, singula aggressum felicissimus omnium exitus secutus est. Et Amyntam quidem, patefactis quas ille struxerat insidiis, occupavit: Attalum per Hecatæum et Parmenionem sustulit.[k] 18. Ex iis, quos in Philippi necem consensisse rumor arguebat, unum Alexandrum Lyncestem exemit supplicio,[l] quod imperium suscipienti affuisset, primusque 'regem' salutasset: ceteros occidit. 19. Ea severitate suam salutem in vindicta Philippi muniri credebat; simul aboleri famam, qua ut conscius paternæ cædis notabatur. 20. Crebræ inter eos discordiæ fidem suspicioni fecerant; et questum injurias Pausaniam ad facinus confirmasse ferebatur: prolato ex Tragœdia carmine,[m] quo Medea 'pariter pellici suæ, quique eam in matrimonium Jasoni tradidisset, et cujus in manum convenisset, idem exitium' minabatur. 21. Verum ipse cum aliquando Darii Epistolæ responderet, invidiam in Persas transferre conatus est;[n] 'illorum auro percussores Philippo comparatos fuisse.' 22. Quoque magis omnem culpæ suspicionem extergeret, postremo vitæ tempore magnificum Philippo templum[o] extruere cogitaverat: id, inter alia in commentariis ejus reperta, successores neglexere.

XI. 1. Cum autem ad perficienda quæ animo agitabat, maximum in eo momentum positum arbitraretur, ut Græciæ principa-

[i] Diod. Sic. XVII. p. 562. Justin. I. 1.
[k] Diod. XVII. p. 564. Curt. VII. 1. 3.
[l] Arrian. VII. 26. Curt. VII. 1. 6. Justin. XI. 2. 2.
[m] Plut. Alex. p. 670.
[n] Arrian. II. 14. Curt. IV. 1. 12.
[o] Diod. Sic. XVIII. p. 629.

tum, quem Philippus comparaverat, retineret; raptim exercitu ducto Thessaliam improvisus irrupit. 2. Sustulerant animos Thessalorum quidam, et insessis ad Tempe angustiis iter ex Macedonia venienti occludebant. 3. Quippe eas regiones Olympus atque Ossa celebrati montes dirimunt:[a] per quorum convalles Peneus amnis labitur, mira amœnitate solennia gentis sacrificia meritus. Lætis utrimque nemoribus obumbratus incedit; multoque cum fremitu ruenti, ex vicinis arboribus avicularum garritus obstrepit. 4. Angusta semita per quinque fere millia passuum protenditur,[b] vix onusto jumento sufficiens iter præbens: quod adversus quemcumque numerum hominum vel decem armati sepiant. 5. Sed ille qua minime perviæ rupes existimabantur, scalarum in modum exciso[c] montis Ossæ latere, circumitu penetravit; adeoque celeritate sua cunctos exterruit, ut 'omnia ei vectigalia reditusque, simul universæ gentis imperium, quibus id legibus Philippus habuisset,' nullo jam repugnante decernerentur.[d] 6. Phthiam,[e] quæ generis sui auctorem Achillem 'protulisset, immunem esse jussit: eumque heroëm expeditionis adversus Persas socium atque commilitonem eligere se' dixit. 7. Ex Thessalia Thermopylas petiit, publicum Græciæ concilium, 'Pylaicum'[f] appellant: 8. ibi cum frequens per eos dies conventus esset, in locum patris Amphictyonum decreto summus Græcorum imperator creatus,[g] 'Ambraciotis ratam esse libertatem' jussit, quam nuper expulso Macedonum præsidio receperant: 'ultro redditurum fuisse' dictitans, 'ni paucis diebus ipsum antevertissent.' 9. Exinde Thebis[h] admoto exercitu, fractaque Bœotorum et Atheniensium contumacia, qui populi maxime suis consiliis obstiterant, 'apud Corinthum Græcorum legatos occurrere sibi' jussit.[i] 10. Ibi confirmato Amphictyonum decreto, communi omnium sententia, in Philippi patris locum imperator Græciæ suffectus est: et in bellum Persicum auxilia decreta. 11. Forte in eadem urbe Diogenes degebat, qui Cynico instituto spontaneam paupertatem amplexus, liberum et sui juris animum opibus curisque prætulerat. 12. Apricabatur ille in Craneo,[k] Corinthi suburbio, ubi cupresso-

[a] Maxim. Tyr. Orat. 38.
[b] Plin. Hist. Nat. IV. 6. Liv. XLIV. 6.
[c] Polyæn. Stratag. IV. 3. 23.
[d] Diod. XVII. p. 563. Justin. XI. 3.
[e] Philostrat. in Heroic.
[f] Liv. XXXI. 32.
[g] Diod. Sic. l. l.
[h] Id. l. l.
[i] Id. l. l. Justin. XI. 2. 4.
[k] Pausan. II.

rum lucus est: eo cum Alexander videndi ejus desiderio venisset,[l] optionemque faceret, 'quæ vellet, ab ipso petendi; parumper discedere' jussit regem, 'ne solem interciperet.' 13. Inopinatum responsum, hominemque, in quem in tanta sua fortuna ne beneficii quidem jus haberet, admiratus Macedo dixisse fertur, 'Diogenem esse voluisse, ni Alexander esset.' 14. Scilicet magnitudo animi, qui ex alto despiceret omnia, quorum causa reliqui mortales semetipsos cupide perdunt, non plane fallebat mentem acerrimi juvenis; sed obcæcata cupiditatibus pervidere non poterat, quanto melius esset carere supervacuis opibus, quam habere necessarias. 15. Ex Peloponneso Delphos invisit; Apollinem de eventu belli, quod moliebatur, consulturus.[m] Sed virgo fatidica negabat 'per eos dies adiri Deum fas esse:' donec ipse eo profectus, vi corripuit virginem, et ad templum traxit. 16. Sed cum inter eundum illa patrium morem pertinacia regis victum reputans, exclamasset, 'Invictus es, fili; accipere omen' dixit, 'nec alio oraculo sibi opus esse.' 17. His rebus celeriter confectis in regnum regressus, summo studio in vindictam spretæ Macedonum majestatis incubuit. Jamque præparatis omnibus, vere novo ex Amphipoli movens, adversus liberas Thraciæ gentes, decimis castris ad montem Æmum pervenit. 18. Magna Thracum manus jugum occupaverat,[n] transitu prohibitura regem: castra plaustris in modum valli circumdederant; propulsuri in hostem, si vis inferretur. 19. Alexander barbarorum astu cognito edixit militibus,[o] 'ut plaustris irruentibus, diducta phalange innoxia dilabi paterentur; aut, si deprehensi essent, humi strati, clypeis arcte commissis, testudine se protegerent.' 20. Ita hostium dolus irritus fuit: magna plaustrorum pars per intervalla ordinum devoluta est; quæ armatis incidere, clypeis impacta, suoque impetu subsilientia nihil ponderis ad obterendum habuere: omnisque illa tempestas citra noxam detonuit. 21. Quo metu liberati Macedones, alacri clamore edito, impressionem faciunt.[p] Procurrentes barbaros prægressi a dextro cornu sagittarii frequentibus telis incessebant: ita sine periculo phalanx in verticem enisa, ut primum æquo loco consistere potuit, haud ambigua victoria hostem nudum aut leviter armatum disjecit. 22. Sed eadem res, quæ barbaros in prælio

[l] Plut. Alex. p. 671. Arrian. VII. 2. Valer. Max. IV. 3.
[m] Plut. Alex. l. l.
[n] Arrian. l. l.
[o] Polyæn. Strateg. IV. 3. 11.
[p] Arrian. l. l.

prodiderat, in fuga adjuvit: armis haud sane onerati per nota loca facile dilapsi sunt: ita desideratis ex omni numero mille quingentis, ceteros fuga abstulit: mulierum puerorumque ingenti multitudine, prædaque pro locorum conditione satis ampla, victor potitus est. 23. Sic aperto montis Æmi transitu, in interiora Thraciæ penetratum est.[q] Lucus est in iis gentibus, quem Libero Patri dicatum prisca religione colunt: 24. ibi cum Alexander barbaro ritu sacrificans, vinum aris infunderet, tanta flammæ vis erupit, ut superato ædis culmine,[r] in cœlum emicare videretur: 'eosdem gloriæ fines regi ostendi,' omnes credidere. 25. Alia subinde res nuntiata prioris prodigii fidem affirmavit. In Thracibus, qui 'Odrysæ' appellantur, Libethrus mons et civitas est, Orphei natalibus inclyta: 'ejus sacram effigiem ex cupresso fabricatam multo sudore manasse,'[s] qui viderant, ad regem retulere. 26. De interpretatione solicitis Aristander exemit metum, 'ad res Alexandri pertinere' asseverans, 'quibus decantandis alumni filiique Musarum multum desudaturi essent.' 27. Triballi valida natio trans montem Æmum colunt: in eos cum descenderet Alexander, rex gentis Syrmus in Peucen Istri insulam confugerat,[t] expeditione Macedonis multo ante comperta; seque et quicquid ætate vel sexu invalidum erat, objecto amnis munimento tuebatur. 28. Quippe Alexandro paucæ naves erant; et in aspera præruptaque ripa difficilis exscensio, ab hoste intento validoque haud ægre impediebatur. 29. Ita Macedones re infecta discesserunt, contenti illata paucis ante diebus clade; nam priusquam eo processissent, alium Triballorum exercitum adorti, vix quinquaginta suorum amissis, tria hominum millia occiderant.

XII. 1. Syrmo rege nequicquam oppugnato, in Getas convertit impetum, qui in ulteriore ripa quatuor equitum, decem peditum millia instruxerant. 2. Id periculum non tam ex usu belli sumsit, quam cupidine famæ; ut 'maximum Europæ flumen,[u] defendentibus ferocissimis gentibus, transivisse' gloriari posset. 3. Igitur equitibus, quotquot capere navigia poterant, impositis, pedestrium copiarum partem lintribus, quorum ibi magna erat copia, alios utribus transduxit. 4. Improvisa Macedonum impressione (quippe transmittentes nox, et in ripa, quam petebant, densa frumenti

[q] Macrob. Saturn. I. 18.
[r] Sueton. Octav. c. 94.
[s] Plut. Alex. p. 671. Arrian. I. 11.
[t] Arrian. I. 2. Strab. VII. p. 301.
[u] Arrian. I. 4.

seges texerat) territi Getæ vix primum emissi equitatus impetum tulere. 5. Ut deinde cum phalange Nicanor successit, effuso cursu urbem quatuor ferme passuum millibus a flumine distantem petiverunt; mox, instante Alexandro, avectis conjugibus liberisque, quot eorum equis eripere potuerant, ceteros reliquere victori. 6. Eos rex Meleagro et Philippo abducendos dedit: excisaque urbe,[b] et in ripa fluminis Jovi Herculique et ipsi Istro, qui transeunti propitius fuisset, aris consecratis, eodem die reduxit exercitum, incruenta victoria potitus. 7. Venerunt deinde finitimarum gentium, Syrmique regis oratores cum donis, quæ apud ipsos in pretio habentur. Germani quoque, qui usque a fontibus Istri terras ad sinum Adriaticum spectantes habitant, legatos miserant. Nam Ister in Germania oritur: ipsi patrio vocabulo 'Danubium' appellant. 8. Magnitudinem corporum animorumque alacritatem admiratus Alexander interrogavit, 'Quidnam omnium maxime vererentur?' putans suam potentiam formidabilem ipsis esse, eamque se confessionem expressurum:[c] illi 'nihil se magnopere vereri' responderunt, 'nisi forte, ne cœlum in ipsos rueret: ceterum virorum fortium amicitiam plurimi facere.' 9. Perculsus improviso responso paulo reticuit; deinde hoc unum effatus, 'Germanos arrogantes esse,' fœdus, ut petiere, junxit; Syrmoque et reliquis pacem dedit: satis gloriæ ea expeditione partum existimans, et in Persicum bellum animo conversus, unde cum leviori discrimine longe majus operæ pretium expectabatur. 10. Taxasse id avunculum ejus Alexandrum constat,[d] cum paulo post bello in Italia gerendo fatigaretur: nam 'inæqualem utriusque sortem questus, sibi cum viris pugnam evenisse' dixit, 'Macedoni cum mulieribus.' 11. Ceterum regulos Thracum, quique alii ad res novandas opibus aut animis idonei videbantur, specie honoris, tanquam commilitones adversus Persas ascisceret, abduxit;[e] capitaque ademit factionibus, sine principibus nihil ausuris.[f] 12. Per Agrianos et Pæonas Macedoniam repetenti[g] Illyriorum motus nuntiatur. Bardylis[h] ex carbonario multarum in eo tractu nationum rex, etiam Macedoniæ gravis incubuerat, donec magno prælio a Philippo victus, atque instaurato deinde bello fractis omnino

[b] Id. l. l.
[c] Id. l. l. Strab. VII. p. 302.
[d] Liv. IX. 19.
[e] Frontin. Strateg. II. 11.
[f] Justin. XI. 5. 8.
[g] Arrian. I. 5.
[h] Diod. Sic. XVI. p. 512.

viribus, in ditionem victoris concederet.[l] 13. Atque ille jam obierat, vita ad nonagesimum ætatis annum producta: ceterum filius ejus Clitus 'opportunum recuperandæ libertatis tempus advenisse' dictitans, 'dum asperrimarum gentium armis Alexander trans Istrum attineretur,' populares ad arma capienda impulit: inita societate cum Glaucia rege Illyriorum, qui Taulantii vocantur.[k] 14. Autariatæ alia natio iter facientes Macedonas aggressuri fuerant: sed Langarus Agrianorum rex[l] Alexandro fidus, petiit, 'ut sibi curam eam permitteret: sese domi eorum tantum negotii ipsis comparaturum, ut animum a vexandis Macedonibus ad sua tuenda conversuri essent.' 15. Collaudatum donisque magnifice cultum juvenem dimisit rex; etiam sororis Cynæ nuptias pollicitus, quam ex Illyria muliere susceptam Amyntæ in matrimonium dederat pater. 16. Et Agrianus quidem promissam operam præstitit; sed morbo correptum, ne pacta mercede frueretur, brevi consecuta mors prævenit. 17. Ita cohibitis Autariatis sine certamine Pelium perventum est,[m] Dessaretiæ oppidum, Eordaico flumini imminens. 18. Speciem pugnam expetentium præbebant hostes, et velut manus conserturi extra præsidia sua ferociter procurrerant: sed priusquam prælium committi posset, refugerunt; licet opportuna loca, sylvisque et collibus impedita, præcepissent. 19. Fœdum ibi spectaculum Macedonum oculis objectum est: tres pueri totidemque puellæ, cum tribus nigris arietibus, confusa strage jacebant; quos barbari sacrilego sacro Diis suis immolaverant, quo pugnaturis audaciam inspirarent. Sed vindex numen scelestis mentibus pro virtute vecordiam injecit. 20. Rex intra mœnia compulsos ducto exteriore muro intercludere statuerat; cum postridie cum magnis Taulantiorum copiis Glaucias advenit: ita spe capiendæ urbis abjecta, quomodo tuto discederet, cogitabat. 21. Interim Philota cum jumentis castrensibus, et præsidio equitum frumentatum misso, comperit 'suos in discrimine versari;' quippe Glaucias colles campo circumdatos occupaverat, in occasionem gerendæ rei intentus. 22. Igitur adversus oppidanorum eruptionem parte exercitus in castris relicta, cum ceteris copiis impigre profectus est; territisque Illyriis, suos recepit incolumes. Ceterum iter facturo maximum periculum imminebat: 23. hinc flumen, inde prærupti arduique colles viam coarctabant, relicto itinere,

[l] Id. p. 522.
[k] Arrian. I. 5.
[l] Id. l. l.
[m] Id. l. l.

quod multis locis vix quaternos armatos caperet: montium jugis Clitus atque Glaucias sagittariorum et funditorum cohortes magnamque gravis armaturæ manum imposuerant. 24. Alexander ducentis equitibus ante utrumque phalangis cornu collocatis, imperat 'ut erigerent hastas; mox signo dato versus hostes tanquam impetum facturi, infestas protenderent, modo in dextrum, modo in sinistrum latus invicem conversi.' 25. Suspensis eo commento hostibus, phalangem raptim progressam nunc in plures acies diducit, nunc divisam colligit; ad extremum cuneo facto, in læva Illyriorum præsidia strenue infert. 26. Illi celeritate et peritia Macedonum in stuporem versi, desertis quos tenuerant montibus, versus urbem refugerunt. 27. Pauci restiterant in edito colle, qua jam transierat Macedonum agmen: iis dejectis, Alexander duobus fere millibus Agrianorum sagittariorumque locum capit: phalangi, quam flumen transmittere jusserat, præsidio futurus. 28. Ea re conspecta, universa hostium multitudo iter ad montes arripuit; eo consilio, ut transjecta gravi armatura, extremum agmen, in quo ipse rex transiturus erat, adorirentur. 29. Ille, nihil territus, venientes fortiter excipit: simul phalanx sublato clamore, quasi iterum transmisso amne subsidio suis itura, metum incussit hosti: 30. nam rex quæ evenerunt futura ratus, præceperat, ut in adversam ripam delati statim aciem instruerent, lævum cornu, quod a flumine hostibusque propius aberat, in speciem multitudinis quantum possent explicantes. Itaque cum universum exercitum incumbere sibi putarent Taulantii, paulisper retrocesserunt. 31. Id spatium nactus Alexander, suos raptim ad flumen ducit: quo ubi ventum est, ipse inter primos transgreditur; et cum eos, qui agmen clandebant, reversus hostis urgeret, machinis dispositis, quæ trans amnem missilia spargerent, eum summovit: simul qui jam ingressi flumen erant, e mediis aquis tela conjecere: ita nemine desiderato ceterum iter quietum habuit. 32. Triduum intercesserat; cum 'hostes tanquam fugato Macedone metu vacuos, passim nullo ordine tendere, neque more militari vallum fossamve pro castris habere, neque vigilias et stationes obire' nuntiatur. 33. Igitur assumtis sagittariis Agrianisque, et ea Macedonum militum manu, quam Perdiccas et Cœnos ducebant, noctu superato flumine, celeriter ad eos contendit; reliquo exercitu sequi jusso: 34. nec expectato eo, ne occasionem mora consumeret, levis armaturæ militem præmittit: mox ipse cum

ceteris impetu facto semisomnos et inermes magna strage afficiunt; multos vivos capiunt; reliquos conjiciunt in fugam, et ad Taulantiorum usque montes persequuntur. 35. Clitus in ea consternatione in oppidum Pelium se recepit; deinde sive munimentis urbis, sive suorum animis diffisus, incensa urbe, in Taulantios exulatum abiit.

XIII. 1. Interea per universam Græciam diffusus rumor, 'Alexandrum in Triballis cecidisse,'[a] omnes Macedonicis opibus adversos in spem rerum novandarum erexit. 2. Ea quoque in rebus humanis haud postrema calamitas est, quod utcumque levi auctori, quæ facta optamus, tam enixe creduntur, quasi veritati vim afferre possit pertinax et impatiens rationis opinio. 3. Repertus est qui 'se inspiciente circumventum regem,' et, quo minus ambigeretur, 'se in ea pugna vulneratum esse' affirmaret: id pronis auribus acceptum vulgatumque, civitatum Thebanorum extremæ calamitatis initium extitit. 4. Quippe eo nuntio exciti quidam exulum, quos a Philippo ejectos diximus, ducibus Phœnice et Prothyte, præfectos Macedonum qui Cadmeam obtinebant, cum nulla doli suspicione extra arcem progressi essent, obtruncant:[b] civibus ad speciosum liberandæ patriæ titulum strenue concurrentibus, præsidium obsident;[c] et duplici vallo fossaque, ne commeatus aut auxilia submitti possent, circumdant. 5. Legatis deinde supplicum habitu circum civitates Græciæ missis orabant, 'ne deesse vellent indigne ereptam libertatem repetentibus.' Et Demosthenes quidem veteri in Macedonas odio Athenienses permovit,[d] ut auxilia promte decernerent: missa tamen non sunt, quia subito Alexandri adventu perculsis expectanda fortunæ inclinatio videbatur. 6. Demosthenes privatis copiis Thebanos adjuvit, magnumque armorum numerum gratis subministravit:[e] quibus perarmati qui Philippo adimente sua amiserant, Cadmeæ præsidiariis acriter institerunt. 7. Peloponnesiorum haud invalida manus ad Isthmum convenerat:[f] ad quos cum Antipater, quem interim, dum abesset, Macedoniæ præfecerat rex, misisset petitum, 'ne contra commune Græciæ decretum cum professis Alexandri hostibus consilia miscerent;' nihilominus Thebanorum oratores admi-

[a] Arrian. I. 7. Justin. XI. 2. 8.
[b] Arrian. l. l.
[c] Diod. Sic. XVII. p. 460.
[d] Id. l. l.
[e] Plut. Demosth. p. 856. Diod. XVII. p. 565.
[f] Dinarch. contr. Demosth.

serunt. 8. Cumque vulgus militum misericordia permoveretur, dux eorum Astylus, Arcas genere, moras nectebat; non tam incepti difficultate territus, quam per avaritiam, ut a festinantibus et necessitate anxiis majus stipendium acciperet. 9. Decem talenta poscebantur: ea cum Thebani non conficerent, a Macedonicæ factionis hominibus oblata sunt, ut quiesceret. Ita de Arcadum auxiliis Thebanorum spes in nihilum recidit. 10. Alias tamen ex Peloponneso copias, ne adversus Thebas militarent, pecunia Demosthenes avertit. Namque trecenta talenta a Persis accepisse dicebatur,[g] quis ad facessendum Alexandro negotium uteretur. 11. His ita nuntiatis, Alexander præter Eordæam et Elymiotin, rupesque Stymphæas et Paryæas rapit exercitum; septimoque post die quam a Pelio movisset, Pellenen Thessaliæ oppidum pervenit. Post sextum deinde diem in Bœotiam venit; mox Onchestum, sex circiter passuum millibus a Thebis distantem processit. 12. Inter hæc Thebani majore animo quam consilio administratis rebus, omnium ignari agebant; nec dum intra Pylas esse credebant Macedonum copias: ipsum vero regem adventare adeo fidem superabat, ut ' potius alium Alexandrum Æropi filium exercitui præesse' contenderent.[h] 13. Rex ad fanum Iolai positis castris, quod ante Prœtidem portam est, pœnitentiæ eorum locum dare constituerat; cum illi eruptione facta, in stationes Macedonum invecti, quosdam interficiunt, alios loco pellunt; donec ad ipsa jam castra suggressos emissa regis jussu levis armatura rejecit. 14. Postero die ad portas, quibus in Atticam euntibus iter est, promoto exercitu, ut suis in arce conclusis præsto esset, adhuc cunctabatur, et si pœniteret, erroris veniam ostentabat. 15. Sed quibus pax placebat, potentia exulum,[i] eorumque per quos revocati fuerant, opprimebantur: qui, nulla spe salutis reliqua si Macedones urbe potirentur, patriæ ruinis obrui malebant, quam illius incolumitatem suo interitu emere; et ex Bœotarchis nonnullos in consilium traxerant. 16. Quantaque hominum vecordia fuerit, vel hinc cognosci potest, quod Alexandro postulante, ' ut defectionis auctores dederent, duobus capitibus omnem civitatis noxam expiaturi;' 17. ipsi vicissim Philotam et Antipatrum principes amicorum regis deposcere sint ausi, et per præconem pronuntiare,[k] ' si

[g] Plut. Demosth. p. 856. Id. in x. Orat. XI. 2. Dinarch. contr. Demosth. Justin. XI. 2. 7.

[h] Arrian. I. 7.

[i] Id. l. l.

[k] Plut. Alex. p. 670. Diod. Sic. XVII. p. 564.

qui cum magno rege et Thebanis Græcorum libertatem adversus tyrannum asserere vellent, eos apud Thebas perfugium habituros.' 18. Nec tamen Alexandri imperio oppugnata urbs est; sed, ut Ptolemæus tradidit,[l] (nam quidam aliter narrant,) Perdiccas, qui in ea castrorum parte curabat, quæ vallo hostium, quo Cadmeam incluserant, obversa erat, non expectato signo impetum in eos fecit: superatoque munimento manus cum hoste conserere cœpit; 19. et Amyntam, qui cum sua cohorte juxta ipsum tendebat, ut idem auderet, exemplo permovit. 20. Mox Alexander suis timens, cum tota copiarum mole affuit, et 'leviter armatis perrumpere, suisque auxilio ire' jussis, ipse cum reliquis pro vallo substitit. 21. Acri conserto prælio Perdiccas, dum interius vallum molitur, graviter saucius pugna effertur;[m] et Cretensium sagittariorum multi, cum Eurybota duce suo cadunt. Thebani perculsis instant, et ad Alexandrum refugientes insequuntur. 22. Ibi cum rex instructa phalange dispersos et turbatos hostium ordines invaderet; statim versa pugnæ fortuna, tanta Thebanorum trepidatio fuit, ut ne ad portas quidem, per quas in urbem se receperant, occludendas mente competerent: simul qui Cadmeam tenebant, in subjectos arci vicos excurrerunt. 23. Ita nobilissima Græciæ urbs intra eundem diem oppugnata et capta est. Nullum in ea crudelitatis exemplum prætermissum constat: viros fœminasque promiscua strages hausit; nec ab impuberum cæde temperatum est. 24. Phocensium Platæensiumque et Orchomeniorum et Thespiensium ea infamia fuit;[n] quibus olim, dum Thebana res valebat, vicinæ civitatis opulentia exitiosa fuerat: Macedones ultra fas belli non sæviere. 25. Tandem, 'ut cædibus abstineretur,' proclamatum est, cum jam sex hominum millia[o] periissent: ceteris captis, ad triginta millia liberorum capitum venierunt. 26. 'Ex omni præda quadringenta et quadraginta talenta redacta fuisse' Clitarchus tradidit:[p] alii, 'ex pretio captivorum id pecuniæ effectum.'[q] Centum talenta, quæ Thebanis Thessali debebant, Alexander sociis accepto tulit. 27. Pauci quos bellum dissuasisse constabat, servitutem effugerunt: item sacerdotes,[r] et quorum hospitio rex paterve ejus usus esset. 28. Ex reliquis Timoclea[s] nobilis facinoris

[l] Arrian. I. 8. Polyæn. Strat. IV. 3. 12.
[m] Arrian. l. l.
[n] Arrian. l. l. Diod. XVII. p. 569.
[o] Diod. l. l.
[p] Athenæus IV.
[q] Diod. l. l.
[r] Plut. Alex. p. 670. Ælianus Var. Hist. XIII. 7.
[s] Plut. Alex. l. l. Id. de Virt. Mu-

mercedem, cum præsenti libertate, famam apud posteros tulit. Inter Thracas, qui Alexandro militabant, quidam equitum ductor post vim mulieri illatam, 'ubi pretiosissima quæque occuluisset,' minitabundus interrogabat. 29. Illa non tam opum quam pudoris damno mœsta, avaritiam barbari in occasionem vindictæ convertit: ostensoque puteo, in quem mundum suum conjecisse simulabat, hominem cupide eo despicientem subductis pedibus impulit; conjectisque desuper saxis, cum ex angusto profundoque loco ascensum frustra moliretur, obruit. 30. Comprehensa a turmalibus occisi, ad Alexandrum trahitur, ut interfecti ducis pœnas daret. 31. Ibi interrogante rege, 'quænam esset, et ob quod delictum adduceretur;' intrepido vultu et voce, 'Theagenis,' inquit, 'soror sum: ejus, qui pro libertate Græciæ Thebanorum imperator occubuit. 32. Injuriam meam ulta castitatis meæ prædonem interemi: cui si meo supplicio parentari jubeas, scies honestæ mulieri post extortam pudicitiam spiritu nihil vilius esse: quem utcumque expellere festinaveris, sero moriar, pudori patriæque superstes.' 33. Alexander cognita causa, 'Thracem jure cæsum' pronuntiavit; 'neque sibi placere ingenuis mulieribus vim fieri:' collaudatamque 'fœminam, cum omnibus qui cognatione ipsam attingerent, liberam esse' jussit; 'et quo quisque vellet discedendi' potestatem fecit. 34. Pepercit et Pindari posteris,[t] in honorem vatis, qui proavum regis Alexandrum carminibus suis inseruerat: ipsiusque domum cremari vetuit. 35. Non enim præsentem tantum virtutem adamavit; verum etiam memoriam magnorum virorum reverentia, et progeniem illorum beneficiis prosecutus est. 36. Nam et postea cum postremo prælio Darium vicisset, Crotoniatis[u] prædæ partem misit, quod Xerxis bello, ceteris Græcorum coloniis de Græcia desperantibus, Phayllo[v] duce triremem unam ad Salaminem misissent: et Platæenses honore donisque affecit,[x] quia majores eorum Græcis adversus Mardonium prœliantibus agrum suum dono dederant.

XIV. 1. Hanc Thebanorum cladem multa ostenta præcesserunt.[a] Tribus ante mensibus quam Alexander advenisset, in fano Cereris, quæ 'Thesmophoros' appellatur, conspecta est araneæ

lier. 4. 6. Arrian. 1. 9. Polyæn. Strat. VIII. 39.

[t] Arrian. l. 1. Ælian. Var. Hist. XIII. 7.

[u] Plut. Alex. p. 691.

[v] Herodot. VIII. 4. 7.

[x] Plut. Aristid. p. 326.

[a] Diod. Sic. p. 567. Pausan. IX.

tela nigra, cum circa tempus Leuctricæ pugnæ, qua res Thebana ad summum felicitatis evecta fuit, candida comparuisset. 2. Adhæc sub adventum Macedonum sudantes in foro statuæ, eque lacu apud Onchestum tristis mugitus, et prodigioso sanguine fluens Dirce, terrere obstinatos poterant, nisi destinatos sorti suæ superbia perdidisset. 3. Quippe majorum gloriam intuentes, a quorum moribus longe recesserant, et in disparibus artibus eandem sibi fortunam polliciti, patriæ ruinam acceleraverunt; cum adversus triginta peditum,[b] tria equitum millia, eumque veteranum et toties victorem exercitum, paulo plus decem armatorum millibus opponere non essent veriti. 4. Ceterum Alexander urbe capta ad consilium[c] sociorum retulit, 'quomodo ea utendum videretur.' Erant inter eos Phocenses, multique ex Bœotis, quibus antiquissimæ cum Thebanis discordiæ gravibus sæpe damnis constiterant: neque dum Thebæ starent, aut odiis suis satisfactum, aut securitati prospectum rebantur. 5. Horum auctoritas valuit, ut muri atque ædificia diruerentur; ager arbitrio regis inter victores divideretur. Ita nobilissimam urbem, non hominum modo clarissimorum, verum etiam Deorum natales asserentem sibi,[d] e media Græcia una dies eripuit, postquam octingentos fere annos post oraculum de corvis,[e] eosdem incolas habuisset. 6. Olim enim pulsis a gente Thracum atque Pelasgorum Bœotis edita sors fuerat, 'post quartam demum ætatem patrias sedes recepturi, considerent interim, quo loco corvos albos conspicati forent.' 7. Ita cum ad Arnen Thessaliæ oppidum venissent, corvis conspectis, quos pueri gypso illeverant, ibi substiterunt. Diruta urbs est ad tibiæ cantum; quomodo sexagesimum ante annum Athenas Lysander deleverat.[f] 8. Templis tamen aliisque sacris ædificiis abstineri jussit Alexander; etiam ne quod per incuriam damnum iis daretur,[g] solicitus. Præter insitam in Deos venerationem recens religio permoverat:[h] quia militum quosdam Cabirorum fanum, quod ante urbem est, spoliare aggressos, subita tempestas fulminibus et flamma cœlesti consumserat. 9. Relictæ sunt etiam effigies statuæque, Diis, vel hominibus virtute præcellentibus, per loca publica positæ: proditumque est memoriæ, fuisse qui inter consternationem captæ direptæque

[b] Diod. XVII. p. 566.
[c] Arrian. I. 9. Justin. XI. 3. 8. Diod. XVII. p. 569. Plut. Al. p. 670.
[d] Justin. XI. 4. 4.
[e] Diod. XIX. p. 700.
[f] Plut. Lysand. p. 441.
[g] Suid. ex Polyb. v. 10.
[h] Pausan. IX. Athenæus I. 15.

urbis aurum in sinus aut amicula statuarum abdiderint; idque salvum repererint, cum vigesimo post anno Cassander Antipatri filius Thebas instauraret.[i] 10. Quod quidem non tam misericordia in profugos fecisse creditur; quam ut Alexandri, quem oderat, gloriam detrectaret. Quanquam autem veterem murorum ambitum urbi restituisset; neque mores antiquos, neque fortunam reddere potuit: nunquam postea resurrexit, ut convalesceret: sed multis subinde calamitatibus vexata, vix tenuis oppidi speciem ad memoriam nostram retinuit. 11. Pœnituisse postea ferunt Alexandrum,[k] quod excisis Thebis velut alterum Græciæ oculum eruisset: utique postquam Cliti cædem, et Macedonum ignaviam, expeditionem in penitiores Indos pertinaciter recusantium, 'iram Liberi patris' interpretatus est, 'ob afflictam patriam ejusmodi pœnas repetentis:' 12. et reperti sunt, qui ipsam regis mortem, non sine vindicta Bacchi, ab ebrietate et vino profectam crederent.[l] 13. His ita perpetratis, Athenas misit, nuntiatum,[m] 'ut oratores, qui populum adversus Macedonas concitare non desinerent, traderentur; aut si illos amittere gravarentur, eadem contumaciæ præmia expectarent, quorum exemplum in Thebanorum calamitate conspicerent.' 14. Ibi cum Phocion, cujus ob integritatem vitæ maxima ad populum auctoritas erat, 'non irritandum adolescentis victorisque animum' diceret, hortareturque eos, ad quos periculum maxime pertinebat, 'ut Lei et Erechthei filias imitati, spiritum pro patriæ salute profundere ne dubitarent;' 15. Demosthenes, qui nominatim petebatur, surrexit, docuitque 'falli Athenienses, si paucorum deditione periculo defungi posse crederent: callidos Macedonas eos exposcere, quorum vigilantiam atque virtutem maxime invisam suspectamque haberent: amotis publicæ libertatis custodibus, in orbam indefensamque civitatem, tanquam lupos in oves canibus destitutas,[n] impetum facturos esse.' 16. Multa commiserat in Macedonas Demosthenes, ob quæ haud injuria nullum apud eos veniæ locum relictum arbitrabatur. Philippo occiso auctor extiterat, ut Pausaniæ sacellum exstrueretur,[o] apud pulvinaria Deum supplicationes haberentur, aliaque ob insignem lætitiam decerni solita curarentur. 17. Alexandrum alias 'puerum,'[p] alias

[i] Diod. l. l.
[k] Plut. Alex. p. 671.
[l] Athenæus x. 9.
[m] Diod. XVII. p. 569. Arrian. I. 10. Plut. Phocion. p. 749.
[n] Plut. Demosth. p. 856.
[o] Æschines contr. Ctesiph.
[p] Plut. Demosth. l. l. Suid. voc. Μαργίτης.

prodigiosæ vecordiæ vocabulo 'Margiten' appellaverat: Persico auro corruptus, omnium fere bellorum, quæ contra Alexandrum patremque ejus Philippum Græci depugnaverunt, fax atque concitor fuerat. 18. Attalum, quo graviorem adversarium non habuerat Alexander,[q] Atheniensium societatem pollicitus,[r] ad bellum regi palam inferendum exstimulaverat. 19. Neque civitas Atheniensium mediocriter deliquerat, detractis Philippi statuis,[s] earumque materia in fœdos usus conversa: aliisque admissis, quæ vulgus imperitum et mobile, nulla futuri cura, ex arbitrio suasuque paucorum animose perpetrat. 20. Sed nihil ex iis, quæ præfracte et contumaciter fecerant, æque commovit regem, quam in Thebanos humanitas,[t] quos inter patriæ ruinam elapsos, contra ipsius edictum receperant, tantum ob eorum vicem doloris præ se ferentes, ut etiam mysteriorum solennia, quæ in honorem Liberi Patris præcipua religione quotannis celebrant, ob publicam mœstitiam intermitterent. 21. Verum cupidine belli Persici, condonare Græcis injurias suas, quam exequi malebat. Igitur cum Demades,[u] qui Philippo quoque gratus acceptusque fuerat, preces civitatis ad eum detulisset, Atheniensibus indulsit, 'ut Demosthene, Lycurgoque, et aliis quos depoposcerat retentis, unum Charidemum in exilium mitterent.'[v] 22. Ille ad Persas se contulit; magnoque ipsis usui fuit, donec ob libertatem linguæ Darii jussu interfectus est.[x] Alii quoque non postremi nominis viri, odio regis urbe deserta,[y] ad hostes illius profecti, multum negotii Macedonibus exhibuerunt. 23. Post eum rerum impetum cursumque, nemo supererat in Græcia, qui aut viribus suis post Thebanos (quorum gravis armatura celebris olim fuerat) aut occupata Leucadia, munimentis confideret. 24. Namque Leucadios situ oppidi, et proviso in longam obsidionem commeatu feroces, fame domuit; cum expugnatis quæ circa erant castellis, homines Leucadiam abire passus, adaucta per singulos dies multitudine, omnem eorum penum exhausisset. 25. Igitur ex Peloponneso quoque legationes venerunt, gratulatum quod confectis ex animi sententia barbaricis bellis, etiam Græcorum quorundam insolentiam et temeritatem castigasset. 26. Arcades, qui

[q] Curt. VI. 9. 17.
[r] Diod. XVII. p. 563.
[s] Dio Orat. 38.
[t] Æschin. contr. Ctesiph. Pausan. IX. Justin. XI. 4. 4.
[u] Plut. Demosth. p. 856. Diod. XVII. p. 570.
[v] Arrian. I. 10. Plut. in X. Orat. 7. Dinarch. contr. Demosth.
[x] Curt. III. 2. 10. Dio. XVII. p. 557.
[y] Curt. III. 13. 15. Diod. XVII. p. 568.

Thebanis auxilio futuri se commoverant, 'duces, quorum instinctu ad eum furorem prolapsi essent, capitis se condemnavisse' exponebant. 27. Elei 'exulibus suis reditum concessisse, non ob aliud, nisi quod Alexandro caros accepissent.' 28. Et Ætoli excusaverunt, 'quod in tantis Græciæ turbis, ipsorum quoque gens novorum consiliorum expers non fuisset.'[a] 29. Megarenses novi generis honore risum regi, quique circa eum erant, commoverant,[a] referentes 'ob studium et beneficia Alexandri in Græcos, Megarensis populi scito civitatem illi decretam esse:' donec intellecto, 'nemini ad eum diem, excepto Hercule, id honoris habitum,' lætus accepit. 30. Ceteris respondit, 'nihil sibi quiete et incolumitate Græciæ antiquius esse; modo in posterum novis rebus abstinerent: præteritorum veniam facile concedere.' 31. Verum Spartanis maxime diffisus,[b] Philiadæ liberos Messenem, unde pulsi fuerant, restituit: Pellenen Achæorum Chæroni tradidit: Sicyonem, aliaque Peloponnesi oppida per clientes suos habuit, qui consilia Lacedæmoniorum ex propinquo specularentur. 32. Tot tantisque rebus perficiendis pauci menses suffecerunt. intra quos tam grave atque multiplex bellum leviore negotio confecit, quam alius paravisset. 33. Ipse quidem eam victoriam celeritati[c] se debere confessus, interroganti, 'quonam maxime modo Græciam subegisset;' 'Nihil cunctando,' respondit.

[a] Arrian. I. 10.
[a] Plut. de Monarch. c. 2. Seneca de Benefic. I. 13.
[b] Demosth. de Alexandr. Fœd Pausan. VII.
[c] Schol. ad Homer. Iliad. B.

J. FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM

IN

Q. CURTIUM

LIBER II.

I. 1. Persarum ea tempestate Darius rex erat, paulo ante Philippi necem evectus in id fastigium a Bagoa spadone, qui Ocho rege,[a] et deinde filio ejus Arse, cum tota eorum domo extinctis, imperium, quod sibi vindicare non poterat, sui beneficii fecit; perennem sibi gratiam pollicitus apud eum, quem tanto munere devinxisset. 2. Nec tamen indignus ea fortuna Darius apud populares habebatur; nam etiam a gente regia non alienus erat: quippe Ostanes Ochi patruus Arsanen genuerat, Arsanes Codmannum. Sic enim vocabatur, dum privatus esset; sed in Cyri solium collocatus, more quodam Persarum, ejurato veteri nomine,[b] Darius appellari voluit. 3. Bello quoque spectatus,[c] cæso ex provocatione hoste, cum adversus Cadusios bellum gereret Ochus, magnam virtutis opinionem pepererat. Hic a conditore regni Cyro decimus imperio Persarum præfuit. 4. Nam Ochus Artaxerxem patrem; ille Darium exceperat. Huic Artaxerxes regnum reliquit, Xerxis filius. Xerxes Dario patri successit; qui Hystaspe genitus, post extinctum in Cambyse Cyri sanguinem, illus-

[a] Diod. Sic. xvii. p. 564. seqq. Arrian. ii. 14. Strab. xv. fin. Curt. vi. 3. 12.

[b] Justin. x. 3. 5. Herodot. vi. 98.

[c] Diod. l. l. Justin. x. 3. 3.

[d] Herodot. iii. 70. Justin. i. 9. 19.

tri septem Persarum conspiratione,[d] imperium Magis extorsit. 5. Sub his regibus per ducentos et triginta ferme annos res Persarum mira felicitate floruit: acribus initiis, dum rudis ad voluptates natio pro libertate,[e] gloriaque, et opibus animose dimicabat: 6. procedente tempore, postquam præmia virtutis adepti videbantur, ipsam posthabuere; non tam suis viribus tuti, quam fama potentiæ a majoribus partæ, usuque divitiarum,[f] quibus haud paulo felicius contra Græcos, quam armis decertavere. 7. Ad postremum itaque, cum adversus Alexandri vim auro parum proficeretur, omnique externa ope abscedente, sibimet ipsis inuitendum esset, animi deliciis et mollitie fracti effœminatique fortunæ ruentis impetum non sustinuerunt. 8. Quippe industriam egestas acuit; affluentiam rerum luxus et inertia sequitur. Igitur audito fine Philippi, cujus fortuna et apparatibus exterriti fuerant, metu soluti,[g] Alexandri adolescentiam despiciebant; contentum fore arbitrati, si securo Pellæ obambulare liceret. 9. Verum cum de bellis ipsius victoriisque alia super alia nuntiarentur; contemtum hactenus juvenem impensius formidantes, summa cura, ut in bellum atrox atque diuturnum, auxilia comparabant. 10. Et quoniam superiorum præliorum experimentis imparem Asiaticum militem Europæo didicerant, missis in Græciam conquisitoribus, ad quinquaginta millia[h] egregiæ juventutis mercede conduxerunt. His copiis Memnon Rhodius prætor datus est;[i] qui multis ante bellis fidem virtutemque suam Persis abunde probaverat. 11. Is ad occupandam Cyzicum missus, citatis itineribus, per Phrygiam, qua Troadi committitur, ad Idam montem pervenit, ipso nomine naturam situs sui præferentem; nam condensa arboribus loca 'Idas' antiqui dixere.[k] 12. Exsurgit iste celsiore cacumine, quam ceteri ad Hellespontum montes.[l] 13. In medio specum habet religioso horrore famam in fabulis nactum, ut 'ibi Dearum formas arbiter Trojanus spectasse' prædicetur, cum imperio patris expositus, in Ida monte adolevisset. 14. Eadem Idæorum Dactylorum[m] patria esse fertur, qui primi, Magna Matre docente, ambiguum ferri usum, neque minus utile necessitatis laborisque solatium, acerrimum furoris instru-

[d] Arrian. v. 4. fin. Xenoph. Cyropæd. I.
[e] Plut. in Agesilao et Artaxerxe.
[f] Diod. XVII. p. 565.
[g] Curt. v. 11. 5.
[h] Diod. l. l.
[i] Pausan. X.
[k] Diod. l. l. Apollod. II.
[l] Diod. l. l. Plin. Hist. Nat. XXXIV 14.
[m]

mentum, invexerint vitæ. Illud etiam admiratione dignum proditur, quod circa canis exortum, ventis depressiora turbantibus, in summo Idæi jugi cacumine quietus aër est:[n] 15. quodque 'multa adhuc nocte terris incubante,[o] solem' aiunt 'conspici, non globi figura: sed in amplissimam latitudinem sparsum, et velut diversis ignium agminibus utrumque montis latus amplexum,[p] coire paulatim, et propinquante jam luce jugero paulo majus spatium implere; pauloque post insolitum orbem collectum destinatum iter percurrere.' 16. Credo per aërem nocturno gelu astrictum, nullisque ventorum flatibus disjectum, solis orientis, adhuc imperfecta imagine late sparsa, fallax oculis miraculum apparere; donec eo paulatim vi caloris absumto dissipatoque, liber ad ipsum sideris orbem aspectus permittatur: nam sereno liquidoque cœlo radii transmittuntur: 17. ubi coactus aër est, sistit exceptos, et tanquam in speculum incidentes cum incremento splendoris diffundit. 18. Sub Idæ radicibus Cyzicenus ager in Propontidem excurrit:[q] ipsum oppidum in mediocri insula situm gemino ponte continenti annectitur. Sed id opus paulo post Alexander molitus est: sub Memnonis expeditionem navibus commeabatur. 19. Qui cum Cyzicenos improviso impetu nequicquam terruisset, muros gnaviter tuentibus oppidanis; eorum regionem hostiliter populatus, magnam inde prædam coëgit. 20. Nec a Macedonum ducibus cessabatur: Parmenio Grynium Æolidis oppidum expugnat, incolas servituti addicit. Deinde Caicum amnem transgressus, Pitanen adoritur, urbem opulentam, et duplici portu accipiendis ab Europa copiis opportunam: sed propero adventu Memnonis statim soluta obsidio est. 21. Calas deinde,[r] qui cum modicis Macedonum atque mercenariorum copiis in Troade res gerebat, cum Persis prælio certavit: et impar hostium multitudini in Rhœteum se recepit.

II. 1. Interea Alexander, constitutis in Græcia rebus, in Macedoniam reversus, 'quæ tantam belli molem aggressuro cavenda vel administranda essent,' cum amicis deliberabat.[s] 2. Antipater ac Parmenio ætate et dignitate præcipui obtestabantur, 'Ne in uno corpore totius imperii salutem fortunæ insidiis exponeret: quin

[n] Diod. l. l.
[o] Id. l. l. Lucret. v. 662. Pomp. Mela I. 18.
[p] Plin. Hist. Nat. II. 11.
[q] Strab. XIII. p. 582. sqq.
[r] Diod. XVII. p. 565.
[s] Id. XVII. p. 570.

prius operam daret liberis; et incolumitate patriæ firmata, ita demum de incremento ejus cogitaret.' 3. Quippe præter Alexandrum nemo ex Philippi sanguine dignus imperio supererat, Cleopatræ sobole per Olympiadem intercepta: Aridæus sordibus materni generis,[b] et turbata mente Macedoniam dedecere putabatur. 4. Verum ille quietis impatiens, nihil nisi bellum, et ex victoria gloriam assidua cogitatione volvebat. Igitur, 'Vos quidem,' inquit, 'ut probos et amantes patriæ viros decet, de commodis adversisque illius haud sine causa soliciti estis. 5. Arduum enim, quis neget? opus ordimur, quod semel temere cœptum, si eventus arguat, sera pœnitentia nequaquam emendaverit. 6. Nam antequam vela solvamus, navigare velimus, an quiescere, nostra consultatio est: cum ventis fluctibusque nos crediderimus, in ipsorum arbitrio omnis noster cursus erit. 7. Itaque non moleste fero vestram opinionem a sententia mea dissidere; quin potius simplicitatem laudo, vosque precor, ut in iis etiam de quibus porro referetur, eodem instituto utamini. 8. Amici regum, si qui eo nomine digni sunt, non tam gratiam eorum, quam utilitatem atque decus in consilio habent. Qui aliter fieri censet, quam ipse facturus erat, non instruit consultorem, sed decipit. 9. Ceterum, ut et vobis consilii mei ratio pateat, certum habeo, nihil minus convenire rebus meis, quam dilationem. 10. Omni quæ circa Macedoniam colit barbarie pacata, extinctisque Græcorum motibus, fortissimum florentissimumque exercitum otio et desidia dilabi patimur: an potius in opulentissimas Asiæ regiones inducimus, olim possessionem ejus spe complexum, et præmia laborum, quos diu sub patre meo, deinde nobis imperantibus tertium jam annum exhausit, ex Persarum spoliis expetentem? 11. Novum adhuc imperium Darii est, et interfecto Bagoa,[c] cujus beneficio regnat, crudelitatis et ingratitudinis suspicionem apud suos incurrit: quæ res optimos eorum, qui parent, odio adversus imperantes implent, et ad obsequia segniores, aut etiam præfractos reddunt. 12. Numquid sedebimus, dum auctoritas ejus confirmetur; et rebus domi per otium compositis, ultro bellum in Macedoniam transferat? Multa celeritatis præmia sunt, quæ nobis cessantibus ad hostem pertinebunt. 13. Magnum in ejusmodi negotiis momentum post se trahit prima animorum inclinatio: at illa semper occupanti

[b] Athenæus in Hist. de Philopatre. [c] Curt. VI. 4. 10. Plut. Alex. extr. Just. XIII. 2.

parata est. Quippe nemo cunctanter appetit fortioris gratiam: porro fortior habetur, qui infert bellum, quam qui excipit. 14. Quanto autem existimationis nostræ periculo fallemus spem eorum, qui adolescentibus nobis eum honorem deferendum judicaverunt, quem maximus imperator, pater meus, post tot virtutis experimenta paulo ante obitum obtinuit? 15. Non enim ideo Græcorum concilium imperium nobis decrevit, ut in Macedonia desides et ignavis voluptatibus addicti, injurias olim et nuper Græco nomini illatas negligeremus; sed ut eorum,[d] quæ per summam superbiam improbe et petulanter in nos commiserunt, pœnas penderent. 16. Quid dicam de iis Græcorum nationibus, quas late per Asiam diffusas impotentium barbarorum intoleranda servitus premit? Equidem quibus nuper precibus,[e] quibusque argumentis causam eorum Delius Ephesius egerit, cum ipsi memineritis, non repetam. 17. Id sane constat, eos omnes, ut primum signa nostra conspexerint, protinus ad nos esse transituros, et pro liberatoribus assertoribusque suis adversus graves iniquosque dominos quodlibet periculum impigre suscepturos. 18. Quanquam quid nostri pariter hostiumque obliti auxilia circumspicimus adversus gentes, quas etiam paulo lentius vicisse a pudore quam gloria propius abfuerit? 19. Patrum ævo in Asiam profectis Lacedæmoniorum[f] paucis ingentes hostium exercitus frustra restiterunt: Phrygiam, Lydiam, Paphlagoniam, agi ferrique passi; aut quoties vetare voluerunt, ad hostium satietatem cæsi sunt: donec a suis revocatus Agesilaus, ob exortos in Græcia tumultus, trepidantibus et consilii incertis animi ex tanto errore recipiendi spatium concederet. 20. Paucis ante istum annis vix decem Græcorum millia,[g] sine ducibus, sine commeatu, ex intimis Persici imperii partibus, per tot infestas nationes iter in patriam ferro aperuerunt: cum eos persequeretur universus regis exercitus, quo modo cum Cyro fratre de regno dimicaverat, victorque extiterat: quem illi quidem ubicumque congressum fuderunt fugaveruntque. 21. Nos igitur, quibus universa Græcia tot victoriis edomita paret, qui eorum fortissimos aut in acie cecidimus, aut habemus in castris; timebimus scilicet Asiam, quam eorum quos vicimus, pauci pudendis cladibus affecerunt?' 22. Aliis deinde in eandem sententiam adjectis, adeo permovit animos, ut omnibus assentientibus etiam Parmenio,

[d] Diod. XVII. p. 564.
[e] Plut. adv. Colotem c. 50.
[f] Plut. Agesilaus p. 598.
[g] Xenoph. Ἀνταβάσ. II. sqq.

qui maxime bellum differri voluerat, maxime accelerandum censeret, ultroque[h] jam Alexandrum hortaretur. 23. Itaque omni cura ad maturandam profectionem conversa, ad Dium Macedoniæ[i] urbem Jovi Olympio sacrum fecit, institutum ab Archelao, qui post Perdiccam Alexandri filium regnavit. Musis quoque ludos scenicos fecit, per novem dies, pro numero Dearum. 24. Post hæc convivium summa magnificentia celebratum est; tabernaculo, quod centum lectos caperet, adornato,[k] ibi cum amicis ducibusque, et civitatum legatis accubuit: 25. per exercitum quoque victimas dividi jussit, aliaque præberi, quibus destinatus hilaritati dies festivis epulis, et faustis instantis belli ominibus transigeretur.

III. 1. Vere novo[a] contractis undique copiis in Asiam transjecit; exercitum robore quam numero validiorem ducens. Triginta peditum millia Parmenio ducebat: quorum Macedones tredecim expleverant; quinque erant mercede militantium;[b] ceteram multitudinem socii fœderatique miserant. Has copias Illyrii Thracesque et Triballi, ad quinque hominum millia sequebantur; additis mille Agrianorum sagittariis. 2. Equitatum Macedonum mille octingentorum Philotas ducebat;[c] et totidem ex Thessalia Calas: a reliqua Græcia sexcenti omnino equites venerunt, quibus Erigyium præposuit: agmen ducebat Cassander cum nongentis Thracum atque Pæonum antecursoribus. 3. Hunc exercitum, non ultra quam in triginta dies proviso commeatu, infinitis barbarorum copiis opponere non dubitavit; virtute suorum fretus, qui vincendo senes facti, robore animorum armorumque usu cuilibet multitudini hostium insuperabiles erant. 4. Antipatro,[d] quem cum duodecim millibus peditum, et mille quingentis equitibus Macedoniæ Græciæque rebus præfecerat, injunctum, ut continuos in Europa delectus ageret, quibus adversus præliorum fatique detrimenta exercitus subinde novaretur. Hoc unum sibi exceperat, cum cetera amicis largiretur. 5. Quicquid enim salva majestate regni abesse poterat, priusquam naves conscenderet, inter suos distribuit.[e] Perdiccas prædium quod dabatur non accepit, interrogato rege, 'quid tandem sibi ipsi reliqui faceret;' atque

[h] Plut. Alex. p. 693.
[i] Diod. XVII. p. 570. Arrian. I. 11. Justin. XI. 5. 6.
[k] Diod. l. l.
[a] Arrian. I. 11.
[b] Id. l. l. Plut. Alex. p. 672. Diod. XVII. p. 571. Polyb. XII. 10. Justin. XI. 6. 2. Liv. IX. 19.
[c] Curt. VI. 9. 21. Diod. l. l.
[d] Diod. l. l. Arrian. I. 11.
[e] Plut. Alex. p. 672. Justin. XI. 5. 5.

illo subjiciente, 'spes:' 'Earundem ergo,' inquit, 'et nos participes erimus, qui tuis auspiciis militamus.' 6. Pauci hunc secuti sunt: per ceteros non stetit; quin interrogatus, 'ubi thesauri ipsius essent,'[f] vere responderet, 'apud amicos.' 7. Sane de summa rerum alea jacta, non absurde collocasse videtur opes quas habebat: quippe aut victor multo majores adepturus erat; aut si victus esset, ista quoque amissurus: atque interim alacrioribus ministris utebatur: 8. neque multum abscedebat præsentibus necessitatibus, cum agros et prædia, et reditus, quorum dies multo post venturi erant, donaret: pecunia in belli usum sepositа, cujus quanto minor copia erat, diligentius administrabatur. 9. Quippe Philippo interfecto, minus sexaginta talentis pecuniæ signatæ, paucaque ex auro et argento pocula in thesauris ejus reperta sunt:[g] cum ære alieni quingenta ferme talenta relinqueret. 10. Quanquam enim iste rem Macedonicam insignibus incrementis auxisset, auri quoque metallis apud Crenidas[h] (ipse Philippos appellavit) ita excultis, ut inde mille talenta annui proventus cogerentur; continuis bellis, neque minus largitionibus, ærarium exhauserat. 11. Macedoniæ etiam instaurandæ ornandæque magnos sumtus fecerat, cum pauperrimam accepisset. Ipsum inter initia regni tenuem fuisse, et cum ex quinquaginta drachmis auri poculum haberet,[i] id cubitum euntem capiti subjecisse plerique meminerant. 12. Hujus ergo filius bello lacessivit regem Persarum, cui somnum capienti quinque talentorum auri millia pro cervicali,[k] tria argenti pro scabello, sub capite pedibusque lectuli, peculiaribus cubiculis servabantur: quanquam ad paternum æs alienum octingenta insuper talenta,[l] quæ ipse mutuo sumserat, adjecisset: ex quibus vix decima portio superat. 13. Solvisse autem dicitur Timotheo tibiis concinente,[m] summaque militum alacritate, opes barbarorum quos oppugnatum irent, certa fiducia sibi destinantium.[n] 14. Hoc modo per lacum,[o] quem a vicini montis nomine 'Cerciniten' vocant, ubi classem habebat, in Strymonem invectus, Amphipolin, et deinde ad ostia Strymonis processit: quo trajecto, præter montem Pangæum, viam ingressus

[f] Ammian. Marc. XXV. 14.
[g] [illegible]rian. VII. 9.
[h] [illegible]. XVI. p. 514.
[i] [illegible]æus IV. 14. et VI. 4.
[k] [illegible]2.
[l] Arrian. I. I. Plut. Alex. p. 672.
[m] Himerius apud Photium.
[n] Justin. XI. 5. 8.
[o] Arrian. I. 11.

est, quæ Abderam et Maroneam ducit. 15. Nam in littore iter facere instituerat, ut navibus suis, quæ juxta ducebantur, præsidio esset, si Persæ forte occurrissent; quippe isti tum etiam maris imperium obtinebant. Ipsi enim modica classis; at apud hostes Cypriæ Phœniciæque naves, assuetique maritimis rebus classiarii, et exercitatissimi remiges erant. 16. Nam Macedonia, nuper tentato maris imperio, nondum abundabat navibus; et a sociis maligne præbebantur. Etiam Athenienses, cum ab ipsis triremes peterentur, tantum XX. miserunt: suggerentibus eorum oratoribus,[p] 'periculum esse, ne classe accepta, contra eos qui misissent, uteretur.' 17. Ex iis locis ad Hebrum fluvium contendit:[q] quo haud difficulter transmisso, in Pæticam Thraciæ regionem pervenit: inde superato amne, quem 'Melanem' appellant, vigesimo postquam a domo profectus fuerat die, Seston attigit in extremis continentis finibus Hellesponto imminentem, qua angustis fluctibus insinuatum mare Asiam ab Europa dirimit. 18. Quippe Macedonia Thraciam conjunctam habet; quæ procurrens in ortum duobus capitibus Asiam tangeret, nisi intercedente pelago summoveretur: dextra Hellespontus arcet; ulterius Bosphorus, quem Thracium appellant, Byzantium a Chalcedone separat. 19. Inter has angustias intercepta Propontis jam laxiore spatio juxta Bithyniam et Ponticas regiones diffunditur. Infra Bithyniam Mysia est; deinde Phrygia, Phrygiamque contingens Lydia, longius a mari remotæ. Interius spatiosas regiones celebratæ fœcunditatis et opulentiæ gentes habitant. 20. Littora quæ Thraciæ Græciæque obversa sunt, Hellespontii, deinde Troës colunt, calamitatibus inclyti. Infra hos Æolis et Ionia per longa littorum spatia Lydiæ prætenduntur. Caria deinde cum annexa Doride, magna ex parte mari circumfusa, non minus amplo tractu introrsum recedit. 21. His terris nobilissimæ insulæ adjacent: Lesbus Æolica, Chius et Samus Ioniæ, et Dorica Rhodus, aliæque multæ, quarum nomina Græcorum monumentis inclaruerunt. Nam antiquis temporibus omnem hanc oram Græcia frequentibus coloniis insederat: quæ tum quoque manebant; sed Persarum regi satrapisque subjectæ, priscam gentis libertatem barbarica servitute mutaverant. 22. Alexander ubi Seston pervenit,[r] maximam co-

[p] Plut. in X. Orat. VIII. 9. et IX. 1.

[q] Arrian. l. l.

[r] Id. l. l.

piarum partem Parmenione duce, Abydum in adverso littore sitam petere jubet, attributis ad hoc centum sexaginta triremibus, multisque operariis : ipse cum reliquis Eleuntem proficiscitur,[s] Protesilao sacrum, cujus ibi sepulcrum aggesto tumulo tegitur. 23. Circa tumulum crebræ ulmi sunt, quarum mira natura est : 24. quippe ramis,[t] qui Ilium spectant, matutino diei tempore enata folia statim defluunt; cum ceteris stabilis viriditas sit : ita acerbum heros fatum exprimere creduntur, qui in ipso ætatis flore cum Græcis in Asiam profectus, prima Trojani belli victima fuit. 25. Huic tum Alexander inferias dedit; precatus,[u] ' ut melioribus auspiciis hostile littus tangeret.' Inde cum quinquaginta longis navibus Sigeum petiit, portumque nomen ab Achivis nactum, quorum classem Trojanis temporibus exceperat. 26. Cum jam in mediis Hellesponti fluctibus navigaret (namque suæ navis ipse gubernator erat) taurum Neptuno ac Nereidibus immolat,[v] aureamque phialam, ex qua libaverat, Diis marinis donum in pelagus abjicit. 27. Jam in portu erat classis, cum rex conjecta in littus hasta, primus e navi librato corpore terram saltu contigit; testatus, ' se possessionem Asiæ Diis bene juvantibus justo pioque bello sibi asserere.'[x] 28. Aræ deinde constitutæ sunt, ubi excensionem fecerat, Jovi descensori, Minervæque et Herculi :[y] ' eo quoque loco, unde ex Europa solverat, aras exstrui ' jussit.

IV. 1. Inde processit in campos, ubi veteris Ilii sedes monstrabatur. Ibi dum heroicorum operum monumenta avide perlustrat, quidam ex incolis Paridis ei lyram pollicitus est.[z] 2. At ille, ' Nihil,' inquit, ' moror imbellium deliciarum vile instrumentum : at Achillis lyram cedo, fortium virorum laudes eadem personantis manu, qua facta superabat.'[a] 3. Nam Achillem, cujus origine gloriabatur, inprimis mirari solitus, etiam circum cippum ejus cum amicis nudus decucurrit, unctoque coronam imposuit.[b] 4. Hephæstion Patrocli tumulum coronavit; eundem amicitiæ locum apud Alexandrum sibi esse significans, quem is apud Achillem habuisset. Inter multos de Achille sermones ' duplici nomine

[s] Id. l. l. Herodot. IX. 115. Pan. I. et III.
[t] Philostrat. Heroica.
[u] Arrian. l. l.
[v] Id. l. l.
[x] Diod. Sic. XVII. p. 570. Justin. XI. 5. 10.
[y] Arrian. l. l.
[z] Plut. Alex. p. 672. Id. de Fort. Alex. I. 14. Ælian. Var. Hist. IX. 38.
[a] Plut. Alex. l. l. Arrian. I. 12. Ælian. XII. 7.

beatum sibi videri' dixit rex,[c] 'quod vivus fidum amicum nactus esset: extinctus magnum præconem.' Ceteris etiam heroibus, quorum iis in terris sepulcra ostenduntur, parentavit. 5. Sacrificavit et Priamo[d] ad Hercii aram, sive ut placaret manes ab Æacida interemti; sive ob cognationem,[e] quam sibi cum Iliensibus intercedere arbitrabatur, quia viduam Hectoris Andromachen Neoptolemus in matrimonio habuerat. Minervæ, quam præcipua religione venerabatur, studiose sacrum fecit: suspensisque in templo armis suis,[f] alia detraxit, quæ 'a Trojani belli temporibus duravisse' dicebantur. 6. 'Hæc ab armigeris præferri' jubebat, 'tanquam a propitio numine ad subigendam Asiam commodata: iisque indutum' ferunt 'ad Granicum cum satrapis decertasse.'[g] 7. Alioquin elegantibus armis gaudebat; nullius munditiei studiosior. Cetra usum reperio splendida,[h] galea eleganter cristata, utrimque dependentibus pinnis candore et magnitudine insignibus, thorace lineo duplici: galeam habebat ferream quidem, sed in purissimi argenti speciem splendoremque politam, Theophili opus:[i] 8. collare ferreum internitentes gemmæ distinguebant: gladio cingebatur acumine et duritie in paucis notabili; augebatque pretium ejus, quod in tanto ferri robore, levis et tractanti habilis erat. Huic armaturæ interdum amiculum militare injiciebat, quod genus tum 'Siculum' appellabatur. 9. Ceterum quibusdam horum post id tempus potitus est: nam thorax, quem diximus, inter spolia pugnati ad Issum prælii fuit; gladium Citieorum rex Cyprius dono dedit; Rhodii balteum, quem incomparabili industria conspicuum Helicon fecerat, egregius inter priscos artifices. 10. Neque pœnitet talia memorare, quæ veteribus scriptoribus digna relatu videbantur; et alioqui magnorum regum dicta factaque, etiam quæ leviora haberi solent, non sine fructu aut voluptate recoluntur. 11. Certe arma Alexandri sequens ætas diu venerata est: quibus adeo pepercit vetustas, ut ex Romanis imperatoribus alius post subacta Pontica[k] regna chlamyde illius triumphum suum ornaret; alius thoracem Alexandri indutus percurreret pontem, quem æmulatione Darii Xerxisque in pelago struxerat. 12. Post hæc Alex-

[c] Plut. l. l. Arrian. l. l. Cicero pro Archia, x. 24.
[d] Justin. xi. 5. 10. Arrian. l. 11. fin.
[e] Justin. xvii. 3. 5.
[f] Arrian. l. l.
[g] Diod. xvii. p. 571.
[h] Plut. Alex. p. 672.
[i] Id. p. 684.
[k] Appian. de Bellis Mithridaticis.

ander a Minervæ fano digressus Arisben[l] processit, ubi castra habebant Macedones, qui cum Parmenione transierant. 13. Postero die præter Percoten et Lampsacon ad Practium flumen contendit; quod ex Idæis montibus ortum, Lampsacenum Abydenumque agrum interfluit,[m] deinde paulisper ad Septemtrionem flexum, in Propontidem exit. 14. Inde Hermotum prætergressus rex, ad Colonas duxit, in mediterraneis Lampsacenorum situm oppidum. Omnibus istis in deditionem acceptis (nam et Lampsacenis ignoverat) Panegorum misit, qui Priapenorum urbem, quam incolæ dedebant, reciperet: 15. Amyntas Arrabæi filius cum quatuor antecursorum turmis, una Apolloniatum, quam Socrates ducebat, speculatum ire jussus est; quippe hostes in propinquo versabantur, summa solicitudine curaque bellum instruentes. 16. Inter eos rei militaris peritia longe eminebat Memnon: is magnopere suadebat,[n] 'ut retrocedentes, omne quod usui hostibus esse posset, longe lateque corrumperent; quicquid in campo herbidum esset, equitatu conculcarent; vicos urbesque incenderent, nihil præter nudum solum relicturi. 17. Vix unius mensis commeatu instructum venisse Macedonem, deinceps rapto victurum: ea copia si eripiatur, brevi recessurum esse: ita parvo impendio toti Asiæ salutem quæri. 18. Triste id quidem: sed in omni negotio, ubi periculum immineat, id spectare prudentes, ut quam minimo damno defungantur: ita medicos, si correpta parte corporis morbum in ceteras transjici videant, unius membri jactura pro reliqui corporis incolumitate pacisci. 19. Neque id sine exemplo facturos Persas. Sic olim Darium regem ipsas illas regiones urbesque vastavisse, ne Scythis isthac transituris receptus esset. 20. At si prælio contenderent, de summa rerum aleam jaci. pulsis semel Persis, omnem eam oram Alexandri fore: victores nihil amplius habituros. 21. Neque hercule parvum discrimen impendere ob vim Macedonicæ phalangis, cui suum peditatum, quanquam numero superiorem, frustra opposituri essent. 22. Ipsius deinde regis præsentiam haud parum valere ad victoriam; stimulari milites spe, pudore, gloria, in conspectu imperatoris dimicantes: quæ omnia haberent Macedones; ipsis abesse Darium. 23. Neminem ambigere, quin bellum in aliena terra gerere præstet, quam in sua: id commodum adepturos, si consilium suum secuti de inva-

[l] Arrian. I. 12.
[m] Strab. XIII. init.
[n] Arrian. I. 13. Diod. XVII. p. 571.

denda Macedonia cogitarent.' Nulli ceterorum ducum grata oratio fuit. 24. 'Id fortasse Memnoni Rhodio probari posse, cui expediat bellum trahi, quo diutius honoribus,[o] stipendiisque regiis perfrueretur; Persis commissos fidei suæ populos prodere pudendum videri: neque apud regem excusari posse, qui longe aliam belli gerendi rationem præscripsisset. 25. Quippe Darius, audito Alexandrum ex Macedonia movisse, literas ad præfectos suos miserat, imperans, 'ut insanientem Philippi adolescentulum puerili verbere ætatis et conditionis admonitum, deinde purpurea veste indutum, quamprimum sibi vinctum adducerent: naves ipsius una cum nautis mari demergerent: milites omnes ad ultima maris Erythræi loca deportarent:' 26. adeo præ superbia futuri securus, et ignarus sortis suæ, omnem humanæ imbecillitatis sensum exuerat, 'consanguineum Deum' se ferens, magis quod potentia non dispar ipsis videretur, quam ob veterem fabulam,[p] qua Persarum reges a Perseo Jovis filio nomen atque genus traxisse ferebatur. 27. Eodem fastu plenam Epistolam ad Athenienses paulo ante scribi jusserat, addideratque,[q] 'quando Macedonis amicitiam prætulissent, a se deinceps aurum ne peterent; non enim missurum esse, etiam rogantibus.'

V. 1. At Alexander cum inter progrediendum agrum a rege Persarum Memnoni dono datum attigisset, 'maleficio abstineri' jubet, 'colonisque et fructibus parci:'[a] callido commento suspectum facturus hominem industrium, et quem ex omnibus hostium ducibus unum non contemneret,[b] si in suas partes transducere nequivisset. 2. Cumque 'lenitatem regis' admirati quidam,[c] 'acerrimum callidissimumque Macedonum hostem, quamprimum in potestatem redactus esset, interficiendum; atque interim quibus posset cladibus vexandum esse' dicerent: 'quin,' inquit, 'potius beneficiis supplantamus hominem, et amicum ex inimico facimus, eadem virtute et solertia pro nobis staturum.' 3. Ventum erat in campos Adrasteæ,[d] per quæ Granicus amnis præcipiti cursu volvitur. Ibi quidam ex speculatoribus, quos cum Hegelocho præmiserat,[e] reversi nuntiant, 'Persas instructis ad prælium ordinibus in ulteriore ripa consistere.' 4. Paulisper commoratus, dum de

[o] Arrian. I. 1.
[p] Herod. VII. 150. Plut. Alcibiad. p. 204.
[q] Æschin. contr. Ctesiph.
[a] Polyæn. Strateg. IV. 3. 15.
[b] Curt. III. 1. 21.
[c] Themist. Orat. 9.
[d] Strab. XIII. p. 588.
[e] Arrian. I. 14.

transitu consilium caperet, 'duces convocari' jubet. Plerisque 'præcipitis et irriti conatus' videbatur,[f] 'fluvium profundum perrumpere, ripam sua natura arduam atque impeditam obtinentibus tot equitum peditumque millibus:' nec deerant qui ingererent, 'Dæsium mensem' (is enim agebatur Junio respondens) 'infaustum res gerentibus apud Macedonas haberi.' 5. De periculo non anxius, superstitionem haud contemsit: gnarus quantum in rudibus animis valeret etiam vanæ religionis opinio. Igitur edixit, ut repetito prioris mensis nomine, pro Dæsio alter Artemisius haberetur. 6. Et quo efficacius confirmarentur attonitæ mentes, Aristandrum (nam is forte pro transitu sacrificabat) secreto moneri jubet,[g] 'ut excepturam exta manum inscriberet medicamento, literis inversis, quas impositum jecur recenti adhuc calore attraheret, rectasque exprimeret:' iis significabatur, 'Alexandro victoriam concedere Deos.' 7. Vulgatum id miraculum tanta futuri spe omnes implevit, ut 'post hæc tam certa cœlestis favoris pignora nihil dubitandum' conclamarent: ita in maximam bene gerendæ rei fiduciam astu inducti, victoriam quia suam esse arbitrabantur, rapuerunt. 8. Rex impetu animorum utendum ratus, quanquam monente Parmenione,[h] 'ut saltem proximam lucem operiretur' (jam enim major diei pars effluxerat,) statim transduxit copias, Parmenionis solicitudinem joco prosecutus, 'erubescendum Hellesponto fore, si illo superato rivum hunc transire cunctarentur.' 9. Tredecim equitum turmæ,[i] cum ipso rege per obluctantes undas vix enisæ, priusquam stabile certumque solum attigissent, aut ordines inter transeundum luxatos instaurassent, circumfuso Persarum equitatu urgebantur. 10. Quippe cum repudiato Memnonis consilio pugnare placuissent (nam Arsites Phrygiæ satrapa 'ne unum quidem tugurium eorum, qui sibi subessent, incendi se passurum' affirmaverat; inque ejus sententiam a ceteris itum erat) ad Granicum amnem cum centum peditum millibus, viginti equitum[k] consederant, flumine pro munimento usuri, et vicissim eam velut Asiæ portam venienti Alexandro obseraturi. 11. Cujus adventu cognito, equitatum, in quo robur erat virium, ita collocant, ut contra dextrum Macedonum cornu, quod ipse rex ducebat[l] (nam sinistrum Parme-

[f] Plut. Alex. p. 672. Arrian. l. l.
[g] Frontin. Strateg. I. 11. 14.
[h] Plut. Alex. l. l. Arrian. l. l.
[i] Plut. l. l.
[k] Diod. Sic. XVII. p. 572. Arrian. I. 15. Justin. XI. 6. 10.
[l] Arrian. l. l. Diod. l. l.

nioni commiserat) Memnon cum filiis et Arsane Persa consistebant: in eadem parte Arsites curabat cum Paphlagonum equitum auxiliis: in subsidiis Spithridates erat gener regis; Libyæ Ioniæque satrapa Rhœsace fratre, et Hyrcanis equitibus comitatus. 12. In dextra acie Rheomithrem duo Medorum millia, totidemque Bactriani sequebantur: medium agmen Pharnaces reginæ frater, Arbupalesque Artaxerxis ex Dario nepos, et Mithrobarzanes Cappadociæ prætor regebant: iis Niphates Petanesque, cum Arsace et Atizye variarum gentium turmas applicuerant. 13. Ii tum multitudine et loco potiores graviter premebant hostem, acrisque pugna conserebatur; maximo omnium regis periculo, quem armis manuque et imperiis conspicuum plures petebant. 14. Sed tragula quidem, quæ in promiscuo pugnæ ardore desinentis loricæ plicis inciderat, vulnus haud intulit: ceterum a Rhœsace et Spithridate[a] fortissimis ducum simul impetitus, extremum discrimen adiit. 15. Dum enim lancea in thorace Spithridatis confracta, conatumque destituente, gladium stringit; frater illius a latere adequitans acinacem incauto impingit, tanto nisu, ut cristam galeæ et pinnarum alteram decuteret, aciesque gladii summos regis capillos perstringeret. 16. Jamque repetito ictu, qua discussa cassis nudum caput ostendebat, descendere parabat; cum illum Clitus[b] occupat, qui animadverso regis periculo amenti similis advolaverat, interceptumque barbari brachium cum ipso gladio dejicit: simul Alexandri ense Spithridates occubuit. 17. Nihilo tamen segnius repugnabant Persæ: donec interitu ducum, quorum plerique jam ceciderant, consternati, et quia jam etiam phalanx Macedonum transierat amnem, equos in fugam averterunt. 18. Neque pedestris acies diu restitit: equitatum suum ad obterendum hostem satis superque validum arbitrati, potius de præda quam de discrimine cogitabant: ita subito eventu deprehensorum cædes magis quam prælium fuit. 19. Mercenarii tamen,[c] quibus Omares præerat, occupato quodam tumulo strenue se tuebantur: quia conditionibus in fidem venturos ille non receperat. 20. Ergo Macedonum plures in eo conflictu desiderati sunt, quam equestri prælio ceciderant: ipse quoque rex, dum inter primos impetum in eos facit, tam propinquus discrimini fuit, ut equum, cui tum insidebat, ictu gladii

[a] Plut. Alex. p. 673. Arrian. I. 16. Diod. XVII. p. 572.

[b] Curt. VIII. 1. 41.

[c] Plut. Alex. l. l. Diod. l. l. Arrian. I, 17.

per latus adacto confossum amiserit.[p] 21. Quibus rebus vehementer irritatus, equitatu simul et phalange circumdatos occidione occidit; exceptis duobus fere millibus, qui in deditionem venerunt. 22. In universum cæsa sunt ex hostibus viginti peditum millia, duo equitum: captorum par ferme numerus fuit. Ex ducibus Memnon effugit, cum Arsace, Rheomithre et Atizye; ceteri honestis vulneribus occubuerunt. Arsites, cum in Phrygiam se recepisset, pudore et pœnitentia, quod hujus cladis causa non immerito haberetur, sibi manus intulit.[q] 23. Alexander paucos quidem, sed promtissimos eo prælio perdidit: triginta admodum pedites, septuaginta quinque equites ceciderant.[r] Igitur ut ostenderet, omnibus in utraque fortuna apud se virtuti præmium fore, superstites Persarum spoliis ditat: occisorum corpora cum armis ceteroque cultu magnifice sepelit: parentibus eorum liberisque vacationem munerum concedit:[s] 24. vulneratorum etiam cura ambitiose acta est; cum ipse rex obeundo tentoria et inspiciendo singulos[t] solicitudinem suam pro gregariis etiam militibus ostentaret, ac gravem cujusque casum munificentia laudibusque aut promissis solaretur. 25. Quæ comitas in omnia deinceps pericula fidissimos ei præstitit: nec quisquam recusavit spiritum pro eo rege profundere, qui neque vitam suorum inopem, neque mortem inhonoratam pateretur. 26. Insignis præ ceteris honor fuit viginti quinque equitum ex turma amicorum; quos primo statim congressu ex iniquo loco pugnantes multitudo Persarum oppresserat. 27. Nam Lysippo, a quo uno, propter hominis peritiam, in ære fingi voluerat, imperavit, ut equestres ipsis statuas faceret:[u] quas apud Dion Macedoniæ oppidum collocatas post longam ætatem abolito Macedonum regno, Q. Metellus Romam transtulit.[v] 28. Primum hujus victoriæ decus penes ipsum regem fuit:[x] aciem optime instruxerat, observataque loci natura, obliquos[y] per flumen ordines duxerat, ne statim cum ex aqua evasissent, a Persis invaderentur. Turbatos deinde, territosque excitavit, hortatus,[z] 'ut saltem semel adhuc strenuo adorirentur hostes.' 29. Neque minus manu forti-

[p] Plut. Alex. l. l.
[q] Arrian. l. l.
[r] Id. l. l. Plut. Alex. p. 673. Justin. XI. 6. 12.
[s] Arrian. l. l.
[t] Id. l. l.
[u] Id. l. l. Plut. l. l.
[v] Vellei. Paterc. I. 11. 4. Plin. Hist. Nat. XXX. 8.
[x] Diod. Sic. XVII. p. 573. Polyæn. IV. 3.
[y] Arrian. I. 15.
[z] Polyæn. l. l.

ter usus erat; multos lancea, alios ense confecerat: primique ex hostibus fugam arripuerunt,[a] qui contra ipsum constiterant. 30. Consilium quoque ipsius audaci specie, plus tamen rationis quam temeritatis habuit: pugnaturos adversus hostem novum, numeroque longe superiorem, etiam desperatione armare voluerat, ut præcisam objectu fluminis fugam conspicati, omnem salutis spem in victoria collocarent.[b] 31. Thessalorum etiam, nam id robur equitatus erat, insignis eo die opera extitit: neque ceteri officio suo defuerunt: præsertim equites, nam equestri potissimum prælio transacta res est: pedites e vestigio cesserunt. 32. Ceterum Alexander Persarum etiam nobilissimos sepulturæ tradidit;[c] et quotquot ex Græcis mercenariis hostibus merentes ceciderant: qui autem eorum vivi in potestatem redacti fuerant, 'eos per Macedoniam in ergastula distribui' jussit,[d] 'quod contra commune Græcorum decretum, pro barbarorum dominatione adversus patriam pugnavissent.' 33. Thebanos tamen dimisit,[e] qui, excisa urbe, ademtis agris, necessitate magis quam sponte peccassent: jam enim tot illorum calamitatibus expleta odia misericordiæ locum fecerant. 34. Posthæc de manubiis trecentos clypeos selegit, qui Minervæ Atheniensi dedicarentur,[f] superbo cum titulo: 'Alexandrum Philippi F. Græcosque, exceptis Lacedæmoniis, de barbaris Asiam incolentibus suspendisse.' 35. Id eo fecerat, ut communicata victoriæ laude Græcis ad ceteras belli necessitates obsequentioribus uteretur: simul Lacedæmoniorum contumaciam traducebat, qui seorsum initis consiliis a cetero Græciæ corpore abrupti, tantique decoris expertes mansissent. 36. Neque matris, quam eximia pietate semper coluit, oblitus, pocula,[g] purpuram, aliaque id genus pretiosa spolia, paucis demtis, ad illam transmisit.

VI. 1. Post hoc prælium denuo ad Ilium profectus Alexander,[h] Deæ gratias egit, quæ gravissimi belli discrimen aditurum, armis et ominibus juvisset. 2. Quippe superiori tempore cum statim post transmissum Hellespontum eo contendisset, uti supra retulimus, ante fanum Minervæ statuam equestrem humi prostratam vidit,[i]

[a] Diod. l. l.
[b] Id. l. l.
[c] Arrian. I. 17.
[d] Id. l. l.
[e] Plut. Apophth. c. 40.
[f] Arrian. l. l. Plut. Alex. p. 673.
[g] Plut. Alex. l. l.
[h] Strab. XIII. p. 593.
[i] Diod. Sic. XVII. p. 571.

Ariobarzanis ora referentem, qui Phrygiæ quondam satrapa fuerat. 3. Idque omen interpretatus Aristander 'illustrem ex equestri pugna victoriam' promiserat Alexandro, 'maxime, si haud procul Phrygia dimicaretur: ipsius etiam dextra nobilem hostium ducem casurum.' Neque fefellit spem vatis eventus prælii, stratusque regis ense Spithridates prædictionis fidem implevit. 4. Igitur et templum donariis exquisite coluit; et Ilio, quod tum haud multum supra modici pagi speciem eminebat, nomen urbis addidit:[c] utque id cum dignitate tueretur, reliquit qui instaurandæ ejus ampliandæque curam agerent: liberamque et immunem esse jussit. 5. Cumque delubrum Deæ pro religione loci nimis angustum neglectumque videret; eximium illi templum exstruere postea statuit:[d] sed hoc aliaque magnifica meditantem, fatum occupavit; neque successores executi sunt. 6. Ceterum illa victoria totam Asiam cis Taurum et Euphratem aperuit regi. Attoniti insperata clade, non copiis modo, sed et ducibus amissis, nullam præterquam in clementia victoris spem habebant; eamque festinata deditione certatim promereri satagebant. 7. Phrygiam Arsites voluntario exitu vacuam fecerat; ei Calas Thessalorum ductor præponitur.[e] Ex montanis quoque locis plerique descenderunt, seque et sua dedentes Alexandro: eos in fidem acceptos domum remisit: Zelitisque ignovit, quos a Persis coactos adversus ipsum militasse cognoverat. 8. Tributum omnibus impositum est, quod Dario pendere consuevissent: idque postea constanter servavit, cum ceteras Asiæ regiones subigeret. Omne peregrinum imperium invidiæ subjectum esse noverat, etiam cum domestico mitius est; at si vetera subditorum onera novis cumulentur, intolerandum haberi. 9. Igitur monenti cuidam, 'longe plus tributorum vectigaliumque ex tanto imperio redigi posse;' respondit, 'etiam olitorem se odisse, qui radicitus exscinderet olera, quæ carpere debuisset.' 10. Dascyleum præsidio Persarum teneri audiverat; eo Parmenionem misit,[f] quem oppidani statim receperunt; cum audito Macedonum adventu, Persæ excessissent: ipse Sardes processit,[g] caput omnium, quæ præfectis oræ maritimæ Persarum reges parere jusserant. 11. Jamque haud amplius septuaginta stadiis ab urbe aberat; cum ad eum Mithrenes venit, cui tutelam arcis Sardianæ

[c] Strab. l. l.
[d] Diod. Sic. XVIII. p. 629.
[e] Arrian. I. 18.
[f] Id. l. l.
[g] Id. l. l. Plut. Alex. p. 673.

Darius crediderat, cum principibus Sardianorum, urbem arcemque, et pecuniam, quæ in ea custodiebatur, traditurі. 12. Quibus benigne exceptis ad Hermum fluvium progreditur,[h] viginti fere stadiis ab urbe distantem: ibi castris positis, Amyntam Andromenis filium ad recipiendam arcem præmittit. 13. Ea præcelso loco sita, difficili undiquaque aditu, adversus quamcumque vim teneri potuerat, etiamsi muros, qui triplici munimento illam circumibat, abfuisset. Ergo felicitati suæ gratulatus, quod amplissimas res animo volventem, arx munitissima longa obsidione non implicasset, Jovi Olympio templum ibi ponere decrevit.[i] 14. Cumque solicite circumspiceret, quinam locus accipiendæ sedi maxime opportunus foret, confestim exorta vehemens tempestas, multo imbre partem arcis perfudit, ubi vetus Lydorum regia fuerat. Eam itaque sedem nutu Deorum destinari credens, 'templum ibi constitui' jussit. 15. Arci deinde Pausaniam ex amicorum cohorte præponit; attributis Argivorum auxiliis; ceteras sociorum copias cum Cala et Alexandro Æropi filio in Memnonis præfecturam immittit: vectigalibus tributisque colligendis Niciam quendam præficit; Asandrum Philotæ filium Lydiæ, quibus finibus Spithridates tenuisset: dati ad id equites cum expeditis cohortibus, quot in præsentia suffecturi putabantur. 16. Lydos omnes suis legibus libere uti permisit; et quia Sardianos Dianæ, quam 'Coloënem' vocant,[k] cultui deditos cognoverat, illius templo jus asyli gratificatus est. Mithrenen honorifice secum habuit, ut ejus exemplo et alios ad proditionem illiceret: procedente tempore et Armeniam homini regendam commisit.[l] 17. Ceterum repertis in arce libellis, in quibus inter cetera perscriptæ erant largitiones, ob bellum Macedonibus in Græcia conflandum a satrapis factæ, cognovit Demosthenem eam ob causam magnum auri pondus accepisse;[m] cujus etiam epistolæ ibi servabantur. 18. Sed quia pace cum Atheniensibus inita transacta res erat, nihil ea de re palam conquestus est; ceterum intentiore cura agitandum censuit, quomodo adversus efficacem viri eloquentiam Athenæ in officio continerentur, sua defectione universam Græciam in partes tracturæ: nemo occurrebat Phocione dignior, cujus mira innocentia, et ob constantiam virtutis honorata paupertas erat. 19. Eum ergo, primum ob usum, deinde ut hominis magnanimitatem multis

[h] Arrian. l. l.
[i] Id. l. l.
[k] Strab. XIII. p. 626.
[l] Curt. v. 1. 44.
[m] Diod. Sic. XVII. p. 564. Plut. Demosth. p. 855.

experimentis cognovit, admiratione virtutis ita coluit, ut cum post eversum Darii imperium animo elatus, neminem jam salute dignaretur, ad quem scribebat; eximium eum honorem duobus tantum, Antipatro et Phocioni habuerit.[a] 20. Constat huic aliquando centum talenta dono misisse regem:[o] deinde optionem fecisse inter quatuor haud ignobiles Asiæ urbes unam eligendi. Cius, Elæa, Mylassaque et Gergetho fuere: quidam ultimo loco Patara nominant. 21. At ille nihil horum accepit: sed ne tanti regis amicitiam fastidiose sprevisse videretur, petiit, 'ut Echecratides sophista, et Athenodorus Imbrius, cum Demarato et Spartone Rhodiis,' qui in arce Sardiana captivi tenebantur, 'custodia liberarentur.'[p] 22. Sed hæc in sequens tempus excurrere: tum ad Ephesum itum est,[q] quam accepto cladis Persicæ nuntio præsidiarii deseruerant, duabus Ephesiorum triremibus avecti. Erat inter eos Amyntas Antiochi filius,[r] qui ex Macedonia profugerat, nulla quidem injuria affectus, sed quod periculum a rege metueret: quem quia invisum exosumque habebat, illius animum ex suo metiebatur. 23. Quarto postquam Sardibus movisset die, Ephesum introiit Alexander: restitutisque exulibus, qui paucorum dominatione pulsi fuerant, rempublicam populo tradidit. Ille libertatis diu desideratæ compos, eos qui Memnonem advocavissent, quique templum Dianæ spoliassent, inque eo Philippi statuam dejecissent, aut Heropythi monumentum effodissent, quod liberatori civitatis in foro positum fuerat, ad supplicium poscit.[s] 24. Ex quibus Pelagon cum fratre Syrphace et patruelibus, ex ipsa æde in quam confugerant, rapti sunt, statimque lapidibus obruti. Jamque in cædes et injurias ibatur; cum Alexander inhibita vulgi licentia, ulterius eo de negotio inquiri, aut cuique molestiam exhiberi vetuit: id optimis quibusque saluti fuit; quos per causam veri fictive criminis, ipsorum dignitas aut opulentia, furibundæ plebis odiis avaritiæque objecisset. 25. Inter hæc Magnetes et Tralliani legatos mittunt, imperium accepturi:[t] eo 'Parmenione cum quinque peditum millibus, equitibusque ducentis ire' jusso: Alcimalum cum paribus fere copiis circum Æolicas Ionicasque Persici juris urbes mittit. 26. Utrique injunctum, 'ut abolito paucorum domi-

[a] Plut. Phocion. p. 749.
[o] Ælian. Var. Hist. I. 25.
[p] Id. l. l.
[q] Arrian. I. 18.
[r] Id. l. l. Curt. III. 11. 18.
[s] Arrian. l. l.
[t] Id. I. 19.

natu, popularem ubique statum introduceret.'[u] quippe multitudinem suis rebus studere compererat: obque eam rem tyrannos a barbaris impositos, per quos coërceretur. 27. Per eos dies, dum Ephesi commoratur Alexander, ut ex instantibus curis recrearet animum, frequenter in officinam Apellis ventitavit,[v] a quo uno effigiem suam penicillo exprimi volebat: tanto favore complexus, ut dilectissimam pellicum, amore ejus deperire sentiens artificem, dono dederit. 28. Pancasta vocabatur, ex Larissa nobili Thessaliæ urbe genus ducens: amabatque eam rex ardenti affectu, ob formæ pulchritudinem; et quoniam adolescenti prima mulierum ad libidinem placuerat. 29. Hoc ut magnanimitatem Alexandri non dedecet, ita non crediderim, 'in officina imperite multa disserentem ab Apelle mordaci dicterio repressum fuisse:'[x] nam id neque majestati tanti regis, neque modestiæ pictoris, hominis non stupidi nec indocti, convenisset: et Alexander liberalibus studiis ab extrema ætate imbutus, etiam de artibus quas non calleret, haud inepte judicare didicerat. 30. Illud propius vero est, quod alii tradiderunt, 'quendam ex Ephesiæ Dianæ sacerdotibus, quos Megabyzos appellari mos erat, reprehensum:' cum quidem ei diceret Apelles,[y] 'quoad tacuisti, aurum hoc atque purpura venerabilem te faciebant imperitis; at nunc de rebus quas non intelligis incipientem loqui etiam pueri rident qui colores terunt.' 31. In ea urbe longe celeberrimam ædem, ut supra relatum est,* Herostratus incenderat. Ea tum summa Ephesiorum cura maximisque impensis instaurabatur.[z] 32. Quorum studiis juvandis Alexander 'tributa, quæ Persis dare consueverant,[a] Dianæ pendi' jussit: confirmavitque jus asyli, quod antiquitus etiam Liberum patrem Herculemque servavisse cognoverat;[b] addito etiam spatio, ut quaquaversum in unius stadii amplitudinem extenderetur. 33. Postea quoque, cum Asiam perpacasset, scripsit Ephesiis, 'se omnes sumtus, qui in id ædificium facti essent, restituturum; quique porro requirerentur, præbiturum de suo: ita tamen ut ipsius nomen instaurato operi inscriberetur:'[c] 34. idque deprecati sunt Ephesii: quo tempore, quia Alexandro petenti aliquid denegare ar-

[u] Id. l. l.
[v] Plin. Hist. Nat. xxxv. 10. 25.
[x] Ælian. l. l. II. 3.
[y] Id. II. 2.
* Vid. supr. I. 1. 24.
[z] Strab. XIV. p. 640.
[a] Arrian. I. 18.
[b] Tacit. Annal. III. 61. fin.
[c] Strab. l. l. Pausan. VII.

duum erat, legatus eorum ad adulationem confugit, qua maxime expugnabilem norat, dixitque 'dedecere culmen ipsius, si Diis aliquid consecraret, cum ipse Deus esset: nam eum honorem ab hominibus haberi potiori naturæ.' 35. Ea gloriæ contentio inter maximum regem et unam civitatem fuit: obtinuerunt Ephesii; et maluerunt ingenti pecunia carere, quam instaurati templi titulo regi cedere. 36. Nam quantos in id opus sumtus contulerint, vel ex una tabula æstimare licet, quam ibi dedicaverunt, viginti talentis auri redemtam. Alexander erat, fulmen tenens, quem inimitabili dexteritate Apelles expresserat;[d] quatuor tantum coloribus usus, quo majus peritis miraculum esset.

VII. 1. Sub idem tempus antiqui splendoris sedem Smyrnæi receperunt, postquam Lydorum armis excisa vetere Smyrna,[a] quadringentos per annos vicatim habitavissent. Restituit eam rex viginti ferme stadiis a solo antiquæ urbis, somnio monitus.[b] 2. Solebat Alexander, cum a majoribus negotiis vacaret, otium venando eximere: forte exercito corpore fessus in Pago monte obdormiverat: ibi per quietem visus est audire Nemeses (quarum in proximo fanum erat) imperantes, 'ut eo ipso loco urbem conderet, inque eam Smyrnæos deduceret.' 3. Id insomnium mox Clarii Apollinis oraculum confirmavit, Smyrnæis consulentibus 'prospere cessuram migrationem' promittens. Ita fundamenta novæ urbis imperio regis jacta sunt; absolutæ gloriam Antigonus tulit, cum ipsum paulo post Alexander Lydiæ Phrygiæque, et vicinis regionibus, præposuisset. 4. In Smyrnæo sinu Clazomenii habitant, qua angustissimum est solum; quod, procurrentes in mare terras per sexaginta ferme stadia continenti annectens, peninsulæ speciem efficit.[c] 5. Alterum isthmi latus ex adverso Clazomeniorum Teos occupat: in extremo peninsulæ cornu Erythræ sunt; tum quoque fatidicis mulieribus inclytæ:[d] juxta quas mons altissimus, Mimas, insulæ Chiorum oppositus mare prospectat; deinde paulatim depressior haud procul angustiis Clazomeniorum in æquales campos desinit. 6. Eam loci naturam contemplatus Alexander, fascibus intercisis auferre continenti decrevit, ut Erythris et Mimanti mare circumfunderet,[e] ac superiorem inferioremque sinum conjungeret.

[a] Plin. l. l. 33.
[b] Pausan. VII. Aristid. Orat. conf. et Strab. l. l.
[c] Plin. l. l. v. 29. 31.
[d] Pausan. VII.
[e] Plin. l. l.

7. Id unum regi ex sententia successisse negant,[f] cum ceteros ejus conatus fortuna enixe juvaret: abiitque res in religionem, 'nec fas esse mortalibus' existimatum est, 'mutare faciem, quam natura locis indiderit:' utique postquam alios similia molitos ubique successus destituit. 8. Clazomenas tamen mole duorum stadiorum aggesta continenti junxit, quas olim metu Persarum Clazomenii in insulam transtulerant.[g] Sed hæc quidem opera regiis præfectis commissa sunt. 9. Ipse, sacrificiis Ephesi magnifice celebratis, in honorem Deæ cum universo exercitu, qui aderat, in armis decurrit;[h] postero deinde die cum peditatu quem secum habebat, assumtis Thracum equitibus, et quatuor amicorum turmis, inter quas et regia erat, Miletum contendit. 10. Quippe Hegesistratus præsidii præfectus, literis ad eum missis, spem deditionis fecerat:[i] sed postquam Persarum classem in propinquo versari cognoverat, mutata sententia oppidum Dario conservare nitebatur. 11. Nam et commeatuum telorumque, et si qua alia ad tolerandam obsidionem requiruntur, magnam habebat copiam; et propugnatorum multitudine abundabat: quia Memnon,[k] cum ex prælio Miletum perfugisset, multis ibi suorum relictis præsidium firmaverat. 12. Igitur infesto agmine suggressus, exteriorem urbem, ut ipsi vocabant, ex itinere cepit: nam oppidani militesque, ne vires spargerent, in interiorem urbem concesserant, auxilium suorum, quod haud procul abesse rebantur, opperituri. 13. Verum vanam expectationem fecit Macedonicæ classis adventus,[l] quæ Nicanore duce Laden insulam supra Miletum sitam occupavit: deinde cum jam hostium classis ad Mycalen montem hæreret, ipsum Milesiorum portum ingressa Persici auxilii spem oppidanis ademit. 14. Neque prohibebant barbari, quanquam numero navium longe præstarent: quippe paulo minus quadringentis habebant, cum Nicanor tantum sexaginta supra centum adduxisset.[m] 15. Interea Glaucippus princeps civitatis ad Alexandrum missus, petito, 'ut urbem et portus Macedonibus Persisque communes esse pateretur,'[n] triste responsum retulerat, 'Non se venisse in Asiam, ut acciperet quod alii concederent; sed ut quisque haberet quod ipse reliquisset: itaque scirent omnium fortunarum arbitrium meliori permittendum;

[f] Pausan. II. Herod. I. 174.
[g] Plin. l. l.
[h] Arrian. I. 19.
[i] Id. l. l.
[k] Diod. Sic. XVII. p. 678.
[l] Arrian. l. l.
[m] Id. l. l.
[n] Id. I. 20. Senec. Epist. 53. 10.

aut in proximam lucem de eo certandum esse.' 16. Sed qui in civitate erant, primum invadentium impetum fortiter retuderunt, cæsis inter alios duobus Hellanicæ filiis, quæ nutrix Alexandri fuerat, et Clitum,[o] qui rege servato eximium decus meruit, fratrem habebat. 17. Sed cum dolore iraque incensi hostes machinis admotis magnam murorum partem dejecissent, jamque in oppidum irrupturi viderentur, conspectisque in portu Macedonum triremibus, novus terror ingrueret; pars scutis[p] incubantes in parvam insulam urbi objacentem enataverunt, alii scaphis conscensis, cum idem molirentur, in ipso portus aditu ab hostium navigiis intercepti sunt. 18. Alexander, oppido in potestatem redacto, contra eos qui insulam tenebant naves expediri jussit, quibus impositæ proris scalæ ferebantur, ut in abruptam insulæ oram, velut in muros hostilis oppidi, transcenderet miles. 19. At cum mercenarios Græcos, qui eo confugerant, quamvis haud plures trecentis essent, ultima pati paratos conspiceret, misertus virorum fortium, et qui pro fide in eos, a quibus conducti erant, haud procul exitio abessent, iis pepercit, et 'secum militare' jussit.[q] 20. Barbaros in urbe deprehensos in servitutem redegit; Milesiis, qui superfuerant, libertatem restituit, ob veterem urbis gloriam.[r] Tantum enim aliquando opibus gloriaque Miletus floruerat, ut per vicina maria supra septuaginta colonias deduxerit:[s] 21. multis quoque civibus nobilis, qui in sacris certaminibus palmam adepti, patriæ celebritatem auxerant: nam ejusmodi victoriæ, more quodam Græcorum, inter prima virtutis decora censetur. 22. In quem jocatus Alexander, magna multitudine statuarum conspecta,[t] 'Ubi erant istorum lacerti,' inquit, 'cum Persarum jugum recepistis?' quippe vir strenuus, et ad bellandi usum cuncta referens, ignominiosum ducebat, debitum seriis certaminibus robur, ad voluptatem inertis vulgi, inani ostentatione consumere. 23. Interea milites, quia vi introitum erat, obvia quæque diripientes, ad fanum Cereris pervenerant:[u] quod cum exspoliaturi quidam irrupissent, ignis ex penetralibus ædis repente emicans sacrilegorum oculos extinxit. 24. Hic etiam progenitorum suorum monumenta Alexander reperit, inspecto fonte, cujus aqua ex ipso scaturiginis labro hausta salsum

[o] Curt. VIII. 2. 8.
[p] Arrian. I. 20.
[q] Id. l. l.
[r] Arrian. l. l. Diod. XVII. p. 573.
[s] Strab. p. 635. Plin. I. 29. 15.
[t] Plut. Apophth. c. 37.
[u] Valer. Max. I. 1. Extern. 5.

saporem habet, eadem dulcissima, cum profluxit in rivulos.[v] 'Achilleum' Milesii nominant, inque eo lustratum heroëm rumor tenuit, cum Strambelum Telamonis filium Lesbiis auxilium ferentem oppressisset. 25. Apud Milesios Didymei Apollinis oraculum erat,[x] divitiis famaque celebre. Id tum Seleucus, cujus maximæ post Alexandrum opes fuere, de reditu in Macedoniam consuluisse dicitur,[y] et responsum accepisse, 'ut, Europa valere jussa, Asiam complecteretur.' 26. Aliud subinde miraculum attentum habuit regem, cujus curiosum ingenium, et cognoscendi avidum, novitate rerum mire afficiebatur. 'Amatum a delphine puerum ex Iasso,'[z] quod haud procul Mileto in insula situm oppidum est, acceperat, 'ejusque vocem agnovisse piscem, et quoties evocaretur, vehi cupientem excepisse dorso.' Igitur gratum acceptumque Neptuno hominem interpretatus rex, sacerdotio ejus Dei illum præfecit.

VIII. 1. Occupata hunc in modum Mileto, cum adhuc barbarorum numerosa classis in mari vagaretur, et fiducia multitudinis suæ, quodque peritia rei nauticæ Macedonas anteiret, hostem ad navale prælium provocaret, obque ipsum urbis portum, in quem naves suas abduxerat rex, frequenter obversaretur; 2. Alexander Philotam cum equitatu et tribus peditum cohortibus ad Mycalen montem mittit, ubi Persicarum navium statio erat, ut exscendere volentes summoveret, neque aquari lignarive, aut cetera necessaria e terra petere, permitteret. 3. Ea res barbaros in maximas angustias conjecit: obsessis similes hærebant in portu, neque terram ubi volebant capere, aut necessariis rebus refici, poterant: itaque consilio habito, Samum averterunt cursum,[a] petitoque inde commeatu, Miletum revecti ante ostium portus instructa acie constiterunt. 4. Inter hæc, quinque Persarum naves in portu quodam, qui inter parvam illam insulam, de qua supra dictum est, et stationem Macedonicæ classis medius erat, multa hostium navigia conspicati, plenis velis eo ferebantur: nam maximam sociorum navalium partem ob varios usus abesse conjecerant; vacuarumque navium haud difficilem occupationem fore arbitrabantur. 5. At rex, iis qui aderant celeriter in decem triremes impositis, 'obviam ire hostibus' jubet: illi tum numero navium, tum inopinata re perterriti, cum ultro se peti conspicerent ab iis quos imparatos oppressuri venerant, terga

[v] Athenæus II. 6. Parthenius in Eroticis.
[x] Strab. XIV. p. 634.
[y] Appian. Syriac. fin.
[z] Plin. l. l. IX. 8. 10.
[a] Arrian. I. 20.

vertunt: una tamen navis, quæ Iassios vehebat, deprehensa est; ceteræ velociores ad suam classem effugerunt: ita nullo eorum quæ intenderant effecto, Mileto discessum est. 6. Alexander, cum suam classem neque hostili parem, et ad alios usus supervacuam sibi cerneret, multique et graves ad eam sumtus requirerentur, dimittere eam statuit;[b] paucis navium retentis, quibus ad obsidiones urbium machinæ tormentaque portarentur. 7. Dissuaserat illud Parmenio, monueratque ut navali prælio contenderetur.[c] 'Macedonibus enim victoribus magnum ad cetera emolumentum accessurum esse: at victos nihil sane amissuros; nam imperium maris jam tum esse penes Persas; et littora facile tutaturos, qui pedestribus copiis plus possent;' 8. quoque expeditius quod videbatur obtineret, idem qui consilium dederat, 'exequi illud paratum' ostendebat, 'conscensisque navibus quam rex jussisset discriminis partem capessere.' Confirmabatur etiam augurio, quod superioribus diebus a tergo regiæ classis aquila in littore consistens apparuisset. 9. Contra Alexander 'falli Parmenionem' asseverabat,[d] 'qui paucas suorum naves tantæ hostium multitudini, imperitosque remiges et rudes classiarios, exercitatissimis hominibus, reique nauticæ peritissimis, objiciendos duceret: 10. se quidem virtuti suorum non diffidere, ceterum scire illam in navalibus pugnis minimum conferre ad victoriam: multo enim plura ventorum fluctuumque ludibriis permitti, quæ gubernatorum atque remigum peritia vitaret, aut suis partibus opportuna redigeret: nec in ipsarum navium constructione nihil aut parum situm: 11. ita Macedonum conatus vanos fore, cum eos barbari impune aut eludere, aut etiam, si casus daretur, opprimere possent. 12. Neque vero exiguum id detrimentum futurum: totam Asiam arrecturam animos, si inter initia belli clades accepta foret. Plerosque mortalium ita comparatos esse, ut eum rerum eventum expectandum putent, quem ex principio successuum spe aut formidine præceperunt. Et ne de Asia dubitemus,' inquit, 'quis mihi præstabit Græcos in fide mansuros, si felicitatem illam expiravisse credant, quam, si verum amamus, unam in nobis reverentur? 13. Plane ad fortunam meam pertinere arbitror, quod aquila pone classem conspecta est, idque boni successus omen accipio: sed hoc manifesto promittit augurium, nos hostium na-

[b] Id. 1. 21. Diod. Sic. XVII. p. 578.
[c] Arrian. 1. 19.
[d] Id. l. l.

ves e continenti expugnaturos esse; nam præsaga victoriæ ales, non in navibus, sed in littore constitit; nec magis eventum, quam locum ostendit belli. 14. Nam si, ut cœpimus, maritimas urbes nostri juris efficimus, Persarum classis ultro dilabetur: neque enim supplementum, aut commeatus, aut securæ etiam stationes in promtu erunt; et si hæc adimas, quo plus in mari habent virium, eo celerius consumentur. Atque sic implebimus fidem vaticinii, quod æreæ tabulæ inscriptum nuper ex quodam in Lycia fonte ebullivisse comperimus,[e] instare terminum Persici imperii.' 15. Ita dissoluta classe, Pontum adjacentesque Ponto regiones prætoribus suis subjugandas reliquit; ipse institutum iter prosecutus, in Cariam movit:[f] nam 'eo magnam vim hostium confluxisse' cognoverat. 16. Quippe Halicarnassus natura loci munitissima, duplicique arce tuta,[g] spem præbebat Macedonem, torrentis more ruentem, ea urbe tanquam crepidine opposita coërceri posse. Maxima in Memnone spes erat, qui omnia ad ferendam obsidionem opportuna summa cura præparabat.[h] 17. Nuper enim a Dario maritimæ oræ totiusque classis prætor creatus erat. Nam homo callidus temporumque prudens, cum se, omnes Persicos duces bellicis artibus superantem, unam ob causam infra meritum honorari intelligeret, quod Græcus genere, et olim Macedonicæ regiæ hospes de proditione suspectus haberi poterat; uxorem suam liberosque ad Darium misit,[i] quasi de securitate illorum solicitus, revera ut his velut obsidibus fiduciam regis obligaret. 18. Ceterum Alexander, Cariam introgressus, omnia inter Miletum et Halicarnassum oppida brevi in potestatem redegit. Pleraque enim Græcis incolis habitabantur, quibus immunitatem suasque leges restituere consueverat, 'ob liberandos eos in Asiam venisse' professus.[k] 19. Neque minorem mox a barbaris iniit gratiam, comiter excepta Ada,[l] regii generis muliere, quæ iter per ea loca facientem convenerat, illiusque fidem implorans 'in regnum restitui' oraverat. Nam Hecatomnus Cariæ rex tres filios habuit, duas filias: ex quibus maximus natu Mausolus Artemisiam duxerat: minor ex sororibus Ada fratri Hidrieo nupsit. 20. Sed Mausolo quidem soror eademque conjux successit, more gentis, quo in

[e] Plut. Alex. p. 673.
[f] Arrian. I. 21. Diod. XVII. p. 574.
[g] Strab. XIV. p. 657. Vitruv. II. 8. Diod. l. l.
[h] Diod. l. l. Arrian. I. 21.
[i] Diod. l. l.
[k] Id. l. l.
[l] Id. l. l. Strab. l. l. Arrian. I. 24.

matrimonium regnumque sociari fas est iisdem parentibus genitos: at postquam Artemisia desiderio defuncti extabuit, Hidrieus regno potitus, et sine sobole mortuus, Adæ reliquit imperium. 21. Hanc Pexodarus expulit, qui unus de Hecatomni filiis supererat: et quanquam is decessisset, exclusa manebat; quia Orontobaten nobilem Persam Pexodarus generum asciverat, ut in novo et vi parto imperio illius opibus et gratia protegeretur: atque ille, extincto socero, velut dotale regnum retinebat. 22. Eam injuriam deplorans mulier, simul Alindis deditis, (munitissimum id castellum erat,) impetravit, ut nomen filii, quod deferebat, lubens acciperet; strenuamque ei operam ad antiquæ dignitatis decus mature recipiendum polliceretur. Neque promisso fides defuit: expugnataque deinde Halicarnasso, totam illi Cariam parere jussit.[m] 23. Interim fama benigne exceptæ reginæ per omnem illum tractum diffusa multas civitates Alexandro conciliavit; nam pleræque a necessariis aut familiaribus Adæ tenebantur: ii per legatos obtulerunt aureas coronas, 'futurosque in fide ac potestate regis, et imperata facturos,' promiserunt.[n] 24. Dum hæc ita geruntur, exquisitæ artis saporisque cibos atque bellaria solicite confici curabat Ada, eaque cum ipsis coquis et cupediariis regi dono mittebat; tanquam benemerenti gratiam relatura, si muniis armorum fessum fatigatumque Asiatici luxus deliciis exciperet.[o] 25. At ille prudens intemperantiam gulæ seria tractanti intempestivam esse, benevolentiæ quidem muliebri comiter gratias egit; ceterum 'non attinuisse,' respondit, 'ut pro ipso solicita esset, meliores habente coquos, quibus ipsum olim pædagogus suus Leonidas instruxisset; ad prandium iter antelucanum, ad cœnam frugale prandium.'

IX. 1. Jam tota ferme Caria in ditionem Alexandri concesserat; sed caput regni Halicarnassus firmo præsidio tenebatur. Itaque diuturnam obsidionem fore conjectans, 'commeatum, et machinas quæ ad oppugnationem pertinerent, navibus eo deportari' jubet; ipse cum pedestri exercitu quinto ab urbe stadio castra communit.[p] 2. Deinde muros adortum, juxta portam qua Mylassa iter est, improvisa oppidanorum eruptio excepit: sed Macedonibus fortiter conserentibus manum, quibusdam suorum amissis haud magno negotio rejecti sunt. 3. Pauci deinde dies

[m] Arrian. l. l.
[n] Diod. l. l.
[o] Plut. Alex. p. 677.
[p] Arrian. l. l. Diod. l. l.

intercesserant; cum Alexander, objecta spe Myndensium oppido per proditionem potiundi,[b] nocte intempesta cum parte copiarum proficiscitur. Sed nihil quoquam movente, admota gravi armatura murum suffodi imperat: neque enim scalas aut machinas attulerat, cum oppugnandi consilio urbem non accessisset. 4. Et illi quidem, una turrium dejecta, nihil tamen aperuerunt loci, quo intra perrumperent: nam forte ita prociderat turris, ut quam murorum partem stans protexerat, non minus ruina sepiret; 5. civesque summa ope resistebant: et ab Halicarnassensibus adjuvabantur, quos, audito vicinæ civitatis periculo, maritimo itinere Memmon summiserat. Ita conatus Macedonum irritus fuit. 6. Alexander, ad obsidionem Halicarnassi reversus, ante omnia fossam triginta maxime cubitos latam, altam quindecim, quam hostes pro urbe duxerant, expleturus, tres testudines apparat,[c] quibus protectus miles materiam terramque sine noxa congereret. 7. Æquata fossa, 'turres machinasque, quibus muri sternuntur, admoveri' jussit. Jamque strata mœniorum parte, qua ruinæ viam aperiebant, in urbem penetrare nitebantur; sed hostes, cum ob multitudinem integri subinde fessis succederent, ducumque præsentia ad omnia audenda confirmarentur, strenue repugnabant. 8. Luce per varia certamina consumta, cum diurno labore fatigatos hostes Memnon segnius custodias agere crederet, cum valida manu prorumpit oppido, ignemque operibus injicit. Sed Macedonibus ad incendium concurrentibus, cum hi extinguere flammas conarentur, illi augerent, et prohibentibus vim intentarent, acre prælium coortum est: 9. quippe Macedones, robore virtutis et assuetudine periculorum longe præstantes hostibus, numero apparatuque Persarum urgebantur: et quia haud procul muris res gerebatur, ballistis catapultisque per mœnia dispositis eminus impetiti, inulta vulnera accipiebant. 10. Atrox inter hæc utrimque clamor, hortantium suos, increpantium adversos, tum sauciorum et morientium gemitus, inter nocturnas tenebras omnia terrore tumultuque impleverant: augebantur hæc vocibus ceteræ multitudinis, quæ, dum alii pugnant, operi intenta, muris, qui pulsu machinarum corruerant, reparandis occupabatur. 11. Tandem acrius annisi Macedones hostem intra mœnia redegerunt, centum septuaginta interfectis, inter quos et Neoptolemus,[d] qui cum Amynta fratre ad

[b] Arrian. l. l.
[c] Diod. l. l. Vitruv. x. 20. et 21.
[d] Arrian. l. l. Diod. XVII. p. 575.

Darium perfugerat, occubuit. 12. Macedonum non quidem ultra sedecim perierunt, sed trecenti ferme vulnerati sunt; quia nocturna pugna fuerat, neque adversus cæcos ictus et incidentia temere tela quicquam satis provideri potuerat. 13. Post aliquot deinde dies, levis et ludicra res ingenti certamini causam præbuit, orto initio a duobus veteranis ex Perdiccæ agmine.[e] Ii contubernales cum essent, unaque genio indulsissent, ut fit inter sermones familiares, jactantia militari sua fortia facta vicissim extollentes, altercari cœperant, uter alteri anteferretur; 14. cum alter eorum, 'quid inani strepitu verborum fœdamus honestissimam contentionem?' inquit: 'non cui lingua, sed cui dextra sit melior, hoc agitur: et adest occasio: ea optime de controversiis nostris judicabit: age, si vir es, et exeuntem sequere.' 15. Vino et ambitione incaluerant; itaque privato consilio arma capiunt, et ad muros, juxta arcem quæ Mylassis obversa est, excurrunt. Horum temeritate animadversa, statim ex oppido globus hostium effunditur. Illi firmato gradu certamen conserunt: propius incurrentes gladiis excipiunt, in recedentes tela conjiciunt: 16. sed adversus multos, et ex superiore loco dimicantes, haud diu impunita duorum audacia fuisset, nisi, conspecto ipsorum periculo, commilitonum pauci primo, deinde alii atque alii laborantibus subvenissent: eodem modo et oppidanis subinde ad locum ubi pugnabatur confluentibus. 17. Ita nunc his, nunc illis robore numeroque superioribus, varie pugnatum est; donec Alexander, cum manu quæ circa ipsum erat progressus, metum hostibus incussit, statimque intra munimenta compulsi sunt: nec multum abfuit, quin hostes simul irrumperent. 18. Forte enim intentis omnibus in ea quæ ante urbem gerebantur, mœnia negligenter servari contigerat: et duæ turres cum continenti murorum parte crebris arietum ictibus cesserant; tertia quoque laxata jam et concussa compage, fodientibus haud in longum resistere potuisset. 19. At quia tumultuarium id prælium, neque universus exercitus instructus fuerat, opportunitas ejus rei e manibus amissa est. 20. Alexander, quanquam ea res opinione Græcorum de victoria concedentis videretur,[f] corpora suorum, qui sub ipsis mœnibus oppetierant, induciis postulatis ab hoste, repetere, quam inhumata dimittere maluit. 21. At qui cum Persis erant, Ephialtes et Thrasybulus Athenienses,[g] cum plus apud

[e] Arrian. I. 22.
[f] Justin. VI. 6. fin.
[g] Diod. l. l.

ipsos odium adversus Macedonas, quam humanitatis ratio valeret, negabant 'indulgendum hoc esse infestissimis hostibus.' 22. Non tamen permoverunt Memnonem, quin 'Græcorum moribus indignum esse' diceret, 'sepulturam invidere cæsis hostibus. Armis et viribus in adversos et obsistentes utendum: neque contumeliis pugnandum in eos, quos bonis malisque nostris sua dies exemisset.' 23. Sane, præter alias Memnonis virtutes, etiam moderatio ejus insignis fuit: neque enim per vecordiam conviciis insectari hostem pulchrum ducebat; sed virtute et consiliis vires illius animosque contundere. 24. Igitur cum aliquando in agmine quendam ex mercenariis nonnulla contumeliose et petulanter in Alexandrum jacientem audisset,[b] conversa hasta hominem pulsans, 'non te conduxi,' inquit, 'ut malediceres Alexandro, sed ut adversus illum dimicares.'

X. 1. Interea obsessi, summo studio securitati suæ providentes, pro diruto muro alium interiorem ex cocto latere eduxerunt,[a] non recta regione, sed in nascentis lunæ figuram sinuatum: eaque res, cum inter multos distributum munus esset, celerrime confecta est. 2. Hunc murum Alexander postero statim die machinis quassare cœpit, quo minore negotio recens adhuc opus labefactaret: in eo labore occupatis Macedonibus, iterum ex urbe valida eruptio facta est:[b] cratiumque quibus opera tegebantur nonnihil, et unius turris ligneæ partem flamma comprehendit: 3. ne ad cetera opera transiret incendium, Philotas et Hellanicus obstiterunt, quibus in eam diem machinarum custodia cesserat: et Alexander mature conspectus tantum trepidationis injecit hostium animis, ut omissis facibus, quibus armati procurrerant, quidam etiam arma jacientes, effusa fuga oppidum repeterent. 4. Inde vim facile propellebant, adjuti commoditate loci, quem multo æquiorem obtinebant; et quia murus, sicut diximus, ita constructus erat, ut quamcumque partem invasisset hostis, non a fronte tantum, sed ex utroque laterum missilibus appeti posset. 5. Posthæc Persarum duces, cum omnia sibi in dies arctiora esse viderent, constaretque non abscessurum Macedonem donec urbis potiretur, de summa rerum consilium habebant:[c] ibi Ephialtes, vir animi corporisque robore in paucis conspicuus, incommoda longa obsidionis disseruit: 6. negabatque 'expectandum, donec paulatim accisis viribus

[b] Plut. Apophth. c. 12.
[a] Arrian. l. l.
[b] Id. l. l.
[c] Diod. l. l.

exhausti fractique cum ipsa urbe in victoris arbitrium concederent; sed, dum aliquid virium superesset, cum robore conductitii militis erumpendum, et alacribus animis cum hoste confligendum esse. 7. Consilium suum, quo in speciem audacius esset, eo plus in exequendo facilitatis habiturum: hostibus enim alia omnia expectantibus, et adversus casum de quo nihil dubitarent imparatis, superfusum iri suos.' 8. Neque Memnon, quanquam cauta consilia speciosis præferre solitus, restitit; nam etiamsi nihil novaretur, nulla propinqua auxilii spe, tristem obsidionis exitum fore prospiciebat; et, ut in tanto discrimine, non inconsultum rebatur, experiri virum acrem, et qui velut instinctu quodam ad extrema audenda ageretur. 9. Igitur Ephialtes, duobus millibus ex omni mercenariorum numero delectis, 'faces mille parare' jubet, 'primaque luce adesse, et armatos expectare imperium.' Cœpta die cum Alexander iterum muro lateritio machinas admovisset,[d] instarentque Macedones operi, Ephialtes porta subito patefacta dimidium suorum immittit cum facibus, ipse cum ceteris denso agmine subsequitur, ut hostes incendium prohibituros summoveret. 10. Alexander, intellecto quid ageretur, aciem celeriter instruit, subsidia delecto milite firmat: 'cumque alios ad extinguendum ignem ire' jussisset, in eos qui cum Ephialte advenerant impetum facit. 11. At ille insigni corporis robore, quotquot conferre pedem audebant, obtruncans, suos voce, nutu, et inprimis exemplo ad virtutem animabat: neque parum molestiæ e muris exhibebatur hosti: quippe turrem centum cubitorum obsessi erexerant, tormentisque commode dispositis hastas et saxa jaculabantur. 12. Inter hæc ex diversa parte urbis (ipsi 'Tripylon' vocabant) duce Memnone alius oppidanorum globus,[e] qua minime expectabatur, erupit: tantusque tumultus incessit castris, ut ipse etiam rex consilii incertus efficeretur.[f] Sed animi magnitudine, et opportunis imperiis omnia pericula propulsabat; et fortuna in tempore subvenit. 13. Igitur et qui machinas incenderant, a Macedonibus qui ibi curabant, quique a rege missi subsidio venerant, cum magna clade repulsi sunt; et Memnonem Ptolemæus excepit Philippi filius, regii corporis custos, præter propriam manum Addæi Timandrique cohortibus stipatus:[g] 14. eaque parte egregie vicerunt Macedones, quanquam Ptolemæum Addæumque, et sagittariorum ducem

[d] Arrian. 1. 23.
[e] Id. l. l.
[f] Diod. l. l.
[g] Arrian. l. l.

Clearchum cum quadraginta ferme manipularibus amisissent; et hostes cum tanta trepidatione recesserunt, ut angustum pontem, quem ad fossam superandam construxerant, multitudo festinantium ruperit, iis qui superstiterant in præceps devolutis: 15. ex quibus nonnulli a suis conculcati interierunt; alios Macedones ex superiore loco telis confixere: multi, quibus ista calamitas pepercerat, sub ipsa urbis porta necem invenerunt: quippe exteriis omnibus, metuentibusque ne una Macedones irrumperent, porta præpropere occlusa, magnam oppidanorum partem ad exitium hosti tradidit. 16. Inter hæc Ephialtes, non spe magis quam desperatione formidabilis, cum regiis ferociter dimicabat: et ancipitem fecisset victoriam, ni laborantibus suis seniores Macedonum mature succurrissent.[h] Ii in castris habebantur immunes operum periculorumque, nisi ubi necessitas exigeret, cum stipendiis præmiisque nihilominus perfruerentur: meruerant eum honorem fortibus factis, et sub superioribus regibus ipsoque Alexandro bellicis laboribus ætate exacta. 17. Ii cum suos periculis territos detrectare pugnam, et receptui locum circumspicere intelligerent, Atharia quodam duce,[i] in primam aciem provolant; accensoque quod elanguerat prælio, juniores conviciis et pudore flagitii ad resumendos animos compellunt. 18. Ita simul acerrimo nisu incumbentibus omnibus, cum æmulationem suam hostium damnis exercerent, momento temporis inclinata fortuna; Ephialtes cum plurimis fortissimisque suorum cæsus,[k] reliqui in urbem repulsi sunt. 19. Introierant etiam Macedonum multi, et oppidum vi capiebatur; cum receptui cani rex jussit; sive ut urbi parceret,[l] sive præcipiti jam in vesperam die, noctem, et occultas ignotis locis insidias metuebat. Hoc prælium præcipuas obsessorum vires consumsit. 20. Igitur Memnon re cum Orontobate qui urbem tenebat, ceterisque ducibus deliberata,[m] nocte intempesta turrim ligneam et porticus, ubi tela servabantur, incendunt, ædificiisque muro vicinis ignem supponunt: quo celeriter concepto, cum et ex porticibus turrique flamma vento agitata accederet, late fuderunt incendium. 21. Oppidanorum militumque validissima pars arcem in insula sitam occupavit; alii in Salmacidem se contulere:[n] alterius arcis id nomen, inditum a fonte, qui ibi est, vul-

[h] Diod. l. l. p. 576.
[i] Curt. v. 2. 6. et VIII. 1. 36.
[k] Diod. l. l.
[l] Arrian. l. l.
[m] Id. l. l. Diod. l. l.
[n] Vitruv. II. 8.

gatissimæ famæ. Reliquam multitudinem resque pretiosas duces avexerunt in Con insulam.[o] 22. Alexander indicio transfugarum, et objecta oculis specie, quæ in urbe gesta fuissent cognitis, quanquam media nocte, Macedonas 'in urbem irruere, et quos incendium angentes deprehendissent, interficere; si qui domi se continerent, ab eorum cæde temperare' jubet. 23. Luce oborta arces a Persis et mercenariis insessas contemplatus, cum obsidionem earum longi operis futuram suspicaretur, neque pretium putaret, capite gentis expugnato, duabus arcibus assidentem, agendi tempus per otium et inertiam terere; 24. urbem ipsam exscindit,[p] arces muro fossaque circumseptas Ptolemæum observare jubet,[q] quem cum tribus millibus peregrinorum militum, et equitibus ducentis ad Cariam tuendam relinquebat. Is non longo post tempore, copiis cum Asandro Lydiæ prætore conjunctis, Orontobaten acie vicit:[r] et Macedonibus, ira tædioque diuturnioris moræ, oppugnationi acriter incumbentibus, arces in potestatem redactæ sunt. 25. At rex Phrygiam continentesque provincias animo complexus,[s] Parmenionem cum amicorum turmis et auxiliariis equitibus, Thessalisque quibus Alexander Lyncestes præerat, Sardes mittit; 'ut inde in Phrygiam irrueret, venturoque exercitui commeatum et pabulum ex hostico pararet:' data ad hoc plaustra, quæ simul ducerentur. 26. Cum deinde multos Macedonum, paulo ante eam expeditionem ductis uxoribus, desiderium earum impatienter ferre cognovisset;[t] Ptolemæum Seleuci filium corporis custodem iis præfecit, 'domumque deducere' jussit, 'cum uxoribus hybernaturos:' duo quoque ex ducibus Cœnos atque Meleager ob eandem causam una profecti sunt. 27. Id regi magnæ apud milites commendationi fuit, promtioresque deinde eos ad longinquam militiam reddidit, cum sui rationem habitam viderent, sperarentque deinceps etiam ad suos visendos subinde commeatum impetraturos esse. 28. Ducibus injunctum est, 'ut interim, dum in Macedonia morarentur, strenue delectus agerent; quantasque maximas possent equitum peditumque copias, cum iis qui tum abibant, sub initium veris adducerent.'[v] 29. Animadverso autem exercitum Asiaticis moribus infici, magnamque

[o] Diod. l. l.
[p] Id. l. l.
[q] Arrian. l. l.
[r] Curt. III. 7. 4. Arrian. II. 5. Strab. XIV. p. 657.
[s] Arrian. § 25.
[t] Arrian. l. l.
[v] Id. l. l.

vulgo per castra impudicorum multitudinem haberi, probrosos omnes conquiri jussit, et in parvam quandam Ceramici sinus insulam seposuit: hæsitque infamia loco, et ob ejus rei memoriam Cinædopolis appellatur.[x]

XI. 1. His ita gestis, insistens consilio suo, ut omni maritima ora sui juris effecta classem hostium inutilem redderet,[a] Hyparnis receptis, quæ arcem tenentes mercenarii dediderant, in Lyciam contendit. 2. Ibi pacta cum Telmissensibus amicitia, Xanthoque flumine transmisso, cognominem amni urbem, Pinaraque et Patara, nobilia iis regionibus oppida, cum aliis minoribus circiter triginta, in fidem accipit: rebusque satis in præsens compositis, in Myliada procedit. 3. Phrygiæ Majoris portio Mylias est; sed Persarum regibus placuerat Lyciæ eam contribui.[b] Eam dum recipit, affuere Phaselitarum legati, amicitiam orantes, aureamque coronam hospitale donum afferebant: idem petebant multarum urbium oratores ex inferiore Lycia. 4. Itaque rex, præmissis quibus oppida sua Phaselitæ Lyciique traderent, paucis post diebus Phaselin profectus est: oppugnabant illi tum maxime validum præsidium, quod in ipsorum ditione Pisidæ construxerant, multasque inde injurias intulerant accolis: id adventu Alexandri brevi captum fuit. 5. Apud Phaselitas plusculos dies, ut seque et exercitum reficeret, quieti dedit: invitabat etiam tempus anni; quippe media jam hyems difficiles progredienti vias effecerat. 6. Ibi per hilaritatem et epulas laxato animo, cum statuam Theodecti a civibus suis in foro positam vidisset, ut a cœna temulentus surrexerat, saltabundus eo processit, frequentesque ei coronas injecit.[c] Nam Theodecten, cum Aristotelem una audiret, familiarem gratumque habuerat. 7. Sed otiosos juvenilis animi lusus atrox a Parmenione nuntius cito discussit. Comprehenderat ille Persam quendam, Asisinem nomine, a rege Dario palam quidem ad Atyziem Phrygiæ satrapam missum;[d] sed cum occultis mandatis, 'ut Alexandrum Lyncesten captata occasione secreto conveniret, eique, si destinata effecisset, Macedoniæ regnum et mille insuper auri talenta polliceretur.' 8. Nam is, cum Amynta transfuga scelesto consilio inito, occidendi regis partes sibi sumserat. Oderat eum tum aliis de causis, tum quod Heromenem et Arrabæum, fratres

[x] Plin. Hist. Nat. v. 31. 11.
[a] Arrian. I. 25.
[b] Id. l. l.
[c] Plut. Alex. p. 674. Suidas voc. Θεοδέκτης.
[d] Arrian. I. 26.

hujus Alexandri, inter paternæ necis conscios supplicio affecisset. 9. Et quanquam ipse pœna exemtus, multisque postea honoribus ornatus, non simplex beneficium regi deberet, insita animo ferocia et dominandi cupidine nihil nefas putabat, per quod ad regnum via sterneretur. 10. Re in consilium deducta,[e] 'facilitatem regis' arguebant amici, 'quod hominem in manifesto maleficio deprehensum non modo punire non sustinuisset, verum etiam præmiis et honoribus auctum optimæ equitatus parti præposuisset. Quem deinceps ei fidum futurum, si præter impunitatem propior amicitiæ gradus, maximæ dignitates, honorificæ præfecturæ, parricidii merces essent? 11. Igitur mature emendandum, quod nimia lenitate peccatum esset: priusquam ille, consilium emanasse sentiens, Thessalorum mobiles animos ad res novandas induceret. Non contemnendum esse periculum, quo majus ne excogitari quidem possit: neque spernenda Deorum ostenta, qui regem de cavendis insidiis evidenter monuissent.' 12. Nuper enim,[f] dum Halicarnassum obsidens, post longos magnosque labores meridiatione reficitur, hirundo, nota auspiciis avis,[g] magno cum garritu, circum caput quiescentis volitaverat, et modo in hoc, modo illud lectuli latus se demiserat, turbulentiorem solito cantum exorsa. 13. Et rex quidem defatigato corpore non penitus excussit somnum, sed tamen avem continuo strepitu molestam sentiens, manu obiter repulit. Illa adeo non exterrita est, ut etiam in ipsius capite consederit, neque prius strepere desierit, quam ab experrecto demum abacta est. 14. Idque sic interpretatus fuerat Aristander, ut 'instare periculum' diceret 'ab amico regis; sed insidias in occulto non mansuras: hoc enim monere naturam avis, quæ præ ceteris homini familiaris, eademque supra modum garrula esset.' 15. His itaque diligenter expensis, cum indicium Asisinis cum vatis responso convenire cerneret, meminissetque se matris literis anxie monitum, 'ut ab hoc homine sibi caveret,'[h] nihil ultra differendum ratus, quid fieri vellet Parmenioni significat: nam, ut diximus, cum ipso in Phrygiam iverat Lyncestes Alexander. 16. Sed ne quo casu consilium regis parum in tempore proderetur, literas scribi non placuit; sed per hominem fidum atque honoratum mandata perferri: electus est Amphoterus Crateri

[e] Id. l. l.
[f] Id. l. l.
[g] Ælian. Hist. Anim. x. 34.
[h] Diod. l. l. p. 678.

frater,[i] qui cum Macedonicum habitum Phrygio mutasset, assumtis Pergensibus aliquot itineris gnaris, ad Parmenionem occultus penetrat. 17. Ita Alexander comprehenditur: et cum ob veterem suam familiæque dignitatem et gratiam diu dilatus esset, tertio post anno, dum a Philotæ conscüis supplicium sumitur, societate criminis, et pœna sontium in exitium abreptus periit.[k] 18. Regi ex Phaselide moventi, supra detectas insidias, propitius numinis favor alio statim beneficio patuit.[l] Parte exercitus ad Pergensium urbem per montes præmissa, ceteros ipse per littus ducebat, qua Climax mons, Pamphylio mari imminens,[m] angustam euntibus semitam relinquit, quoties mare tranquillum est; at cum æstus incubuit, fluctibus operitur, idque hyeme frequens et prope perpetuum est. 19. At Alexander, nihil æque ac moram metuens, exercitum per æqua, per iniqua, eodem ardore atque impetu rapiebat. Continui per eos dies austri flaverant, qui mare in littus propellentes omnia itineris vestigia altis paludibus opplent: assiduæ etiam magnæque pluviæ, ut ventis istis spirantibus solet, ruebant: 20. sed adventante Alexandro subito exortus aquilo cœlum purgavit imbribus, undas rejecit in mare, et Macedonibus transitum aperuit.[n] Sic quoque unius diei itinere per incerta vada emergendum fuit, aqua ad umbilicum ferme pertingente.[o] 21. Tantam in periculis Alexandri fiduciam, ut ab ipsius ingenio profectam non dubito, ita frequentibus prodigiis et ominibus auctam confirmatamque fuisse crediderim; postquam decreto numinis clarissimis maximisque rebus se destinari conjecit. 22. Adhuc in Macedonia degenti species humana augustior apparuisse dicitur,[p] monentis 'ut ad evertendum imperium Persicum quamprimum in Asiam sequeretur:' atque in memoriam insomnii revocatum esse regem, cum in Phœnice res gereret; obvio Judæorum sacerdote, in quo recognovit ornatum, quem pridem in objecta imagine per quietem viderat. 23. Nam inter obsidionem Tyri vicinis regibus populisque deditionem et delectus imperaverat: sed Judæi, qui Hierosolyma famosam urbem tenebant, fœdus cum Dario causati, Macedonum amicitiam detrectabant. 24. Eam gentis contumaciam puniturus, in Judæam infesto agmine perrexit.[q] At Hiero-

[i] Arrian. I. 26.
[k] Diod. l. l. p. 604. Curt. VII. 1. 8.
[l] Arrian. I. 27.
[m] Strab. XIV. p. 666.
[n] Arrian. l. l.
[o] Strab. XIV. p. 667.
[p] Joseph. Antiq. XI. 8.
[q] Id. l. l.

solymitani, ut regis iram lenirent, cum uxoribus liberisque supplices in occursum venientis effunduntur. Sacerdotes primi ibant tenuissima bysso amicti: hos deinde populus candido et ipse vestitu sequebatur. Agmen ducebat Iaddus summus sacrorum antistes cum solenni ornatu. 25. Appropinquantis pompæ venustatem speciemque miratus rex, equo desiliens, solus processit, adoratoque Dei nomine, quod aureæ laminæ insculptum cidaris pontificia præferebat, ipsum quoque reverenter salutavit. 26. Improvisa res omnium qui cum eo advenerant animos in stuporem dedit. Judæi ex propinqui exitii metu non in spem incolumitatis modo, sed inopinatæ gratiæ fiduciam erecti circumibant regem, laudes gratulationemque et vota miscentes. 27. Contra Syrorum reguli, qui ob crebras acerbasque cum Judæis simultates Alexandrum secuti fuerant, inimicorum suppliciis, ut rebantur, infesti animi libidinem expleturi, stupebant; dubii verane essent quæ intuerentur, an aliquod oculorum ludibrium vana imagine sopitos sensus falleret. 28. Neque minus Macedonas insolentia spectaculi suspensos habuit: donec propius accedens Parmenion interrogare ausus est, 'quid ita externis cærimoniis honorem deferret, quem a tam fœda gente etiam recipere vix tanto rege dignum esset.' Atque ille insomnium suum retulit. 29. Deinde urbem ingressus in pulcherrima æde ritu recepto sacrum Deo fecit, et dona templo intulit. Inspexit etiam sacros gentis codices, quibus continebantur diu ante perscripta vaticinia: inter quæ Tyrum Macedonibus cessuram,[r] et Persas a Græco quodam debellatum iri clare significabatur.[s] 30. Eum se fore interpretatus, Judæis concessit, 'ut domi forisque suis legibus ritibusque libere uterentur; et quia septimum quemque annum agriculturæ exsortem agunt, etiam tributorum ista portione solverentur.' 31. Naturam quoque regionis admiratus, quæ, aliis fructibus inter præstantissimas dives, opobalsamum sola producit, Andromachum iis regionibus præposuit: quem Samaritani, perpetui Judæorum hostes, paulo post atrociter necaverunt.[t] Sed hæc quidem post Tyrum Gazamque expugnatas gesta sunt: nos per occasionem præcepimus.

XII. 1. Ceterum angustiis ad mare Pamphylium superatis, Alexander Pergis profectus in itinere obvios habuit Aspendiorum legatos,[a] ex principibus civitatis: ii petentes, 'ne præsidium reci-

[r] Iesaias XL. 5.
[s] Daniel. VIII. 21.
[t] Curt. IV. 8. 9.
[a] Arrian. I. 27.

pere cogerentur, quinquaginta talenta in stipendium militum, et quantum equorum tributi nomine regi Persarum alere consueverant,' promiserunt. 2. Inde rex ad Sidetas, qui Melanem amnem accolunt, progressus est; Cumæorum ex Æolide genus, sed sermone barbaro: nam Græcus exoleverat, non diuturnitate temporis, ut accidit; verum 'majores suos, ut in eas regiones venerunt, repente oblitos patriæ linguæ, novam et antea inauditam sonuisse' memorabant.[b] 3. Side recepta, quæ Pamphyliæ Metropolis erat, Syllium ibatur,[c] tutum natura situs oppidum, et tam peregrino milite, quam barbarorum accolentium firma manu egregie munitum. Ea res, et quia 'Aspendios rebellare' nuntiabatur, avertit iter: Aspendumque ductus est exercitus.[d] 4. Illi subita Macedonum irruptione territi, desertis quæ in plano erant ædificiis, in arcem concessere. Alexander, vacua urbe potitus, sub ipsa arce castra communit; et cum peritissimos architectos haberet, apparatu oppugnationis obsessos ad pacem prioribus conditionibus repetendam compulit. 5. Nihil ad majora properanti optatius accidere potuisset, quam loci haud contemnendi longa obsidione non detineretur; ne tamen impunita defectorum temeritas esset, 'potissimos civium obsides tradi, pecuniæque imperatæ nec exsolutæ summam duplicari' præcepit: adjectum est, 'ut satrapæ, quem Alexander præfecisset, obedirent, annua Macedonibus tributa solverent, et de agro,' unde vicinos vi ejecisse arguebantur, 'judicio contenderent.'[e] 6. His ita gestis remensus iter, quod ad Pergamum oppidum ferebat, inde perrexit in Phrygiam. Sed per ista loca ducenti superandæ erant angustiæ, quas juxta Telmissum, urbem Pisidarum, duo montes ex adverso concurrentes efficiunt;[f] ita strictis faucibus, ut portarum similitudinem referant: easque barbari armata manu utrimque insederant. 7. Alexander in ipso aditu castra poni jubet, ratus, quod evenit, Telmissenses castris locatis periculum differri credentes non diu hæsuros in angustiis, sed modico in illis relicto præsidio ceteros in urbem recessuros esse. 8. Igitur occasione haud segniter usus, protinus sagittarios et funditores, quodque ex gravi armatura maxime expeditum erat, inducit; et præsidio barbarorum deturbato, ante ipsam urbem castra collocat. 9. Ibi legatos Selgensium audit,[g] qui ob vetustas

[b] Id. l. l.
[c] Id. l. l.
[d] Id. l. l.
[e] Id. l. l.
[f] Id. l. 28.
[g] Id. l. 29.

cum vicinis Telmissensibus simultates, quanquam ejusdem nationis essent, amicitiam ac auxilia offerebant regi. Quibus perbenigne exceptis, ne in obsidione unius urbis tempus tereret, Sagalassum castra movit; validam urbem et juventutis robore firmatam: cum enim omnes Pisidæ bellicosi sint, Sagalassenses præ ceteris pugnaces habentur. 10. Ii, cum etiam a Telmisso fœderatæ sociæque copiæ venissent, viris magis quam mœnibus confisi, in vicino colle instruxerant aciem; et præmissos ab Alexandro velites opportunitate loci adjuti repulerant: sed Agriani resistebant, quis propinqua jam Macedonum phalanx, et ante prima signa rex conspectus audaciam addiderat. 11. Maximus militi labor fuit per ardua conniti: postquam æquioribus paulo locis consistere datum est, semermum montanorum vulgus haud ægre disjecere. Ex Macedonum ducibus Cleander desideratus est,[h] cum viginti ferme militibus; barbarorum ad quingentos cecidere: ceteros expedita fuga, et locorum notitia protexit. 12. Fugientibus tamen institit rex contentione quanta poterat tam grave agmen: eodemque impetu urbs eorum capta est. Per cetera deinde Pisidiæ munita loca circumtulit bellum: quorum nonnulla pugnando cepit; alia conditionibus in fidem venerunt. 13. Telmissum expugnatam, ob pertinaciam civium, solo æquavit;[i] populo libertatem ademit; et paulo post, cum aliis quibusdam Pisidiæ civitatibus, Celænarum præfecturæ contribuit. 14. Pacatis hunc in modum asperrimis nationibus, in Phrygiam processit,[k] qua Ascanius lacus est, cujus aqua sua sponte concrescens necessitate salis e longinquo petendi solvit accolas. 15. Dum ea geruntur, Memnon suarum partium reliquiis undique collectis, ut inhærentem Asiæ Alexandrum extorqueret, ad bellum Græciæ Macedoniæque inferendum cogitationes convertit.[l] 16. Quippe Darius in hoc uno spem reponens, qui victoris impetum sua virtute suaque prudentia diutissime ad Halicarnassum moratus esset, summæ rerum præfecerat eum, magnamque pecuniæ vim transmiserat. 17. Itaque mercenariorum manu quanta poterat conducta, cum trecentarum navium classe libero mari vagabatur;[m] et quæ tantis conatibus adversa vel æqua futura essent solerti æstimatione pensabat. 18. Interea locis quæ minus anxie custodieban-

[h] Id. I. I.
[i] Suidas voc. Τελμισσεῖς.
[k] Arrian. I. 30.
[l] Id. II. 1.
[m] Diod. I. 1. p. 577.

tur occupatis (inter quæ et Lampsacus fuerat) insulas aggressus est, quibus Macedones, quanquam utrimque continenti potirentur, ob inopiam navium auxilium ferre non poterant. 19. Juvit consilium ducis animorum mira ubique dissensio; cum, aliis ad Alexandrum libertatis auctorem res trahentibus, non deessent qui Persicis opibus aucti propriam sub veteribus dominis potentiam, quam liberata republica eandem omnium æqualitatem mallent. 20. Igitur Athenagoras et Apollonides ex Chiorum optimatibus,[n] re cum Phisino Megareoque, et aliis suæ factionis hominibus communicata, Memnonem arcessunt. Ita Chius proditione capitur, et præsidio ibi collocato, urbanarum rerum administratio Apollonidi sociisque traditur. 21. Inde Lesbum petens Antissam, Pyrrham et Eressum nullo negotio capit;[o] Methymnæ Aristonicum tyrannum imponit,[p] totamque insulam, excepta Mitylene nobilissima urbe, in potestatem redigit. 22. Ea multis diebus obsidionem constanter pertulit: nec ab ipso Memnone capta est. Ille enim, cum jam magnis operibus urbem circumvallasset, et occluso portu, naviumque stationibus per opportuna loca dispositis, ne qua subsidio venientibus aditus pateret, providisset; pestilenti morbo correptus, præclaram Persarum spem, irreparabili cum ipsorum damno, deseruit.[q] 23. Sed, cum se jam morti vicinum intelligeret, Pharnabazo sororis suæ filio, quem Artabazo pepererat, imperium suum tradidit, donec Darius, re comperta, aliter statueret.[r] 24. Hic cum Autophradate classis præfecto munia partitus, eo tandem obsessos adegit, ut, securo præsidii discessu pacto, columnas, quis fœderis cum Alexandro leges insculptæ erant, subverterent, Darioque fidem polliciti, dimidiam exulum suorum partem reciperent.[s] 25. At Persæ non integra fide pactis stetere; sed, introductis in urbem militibus, Lycomedem Rhodium præesse jusserunt: Diogeni, qui ob studia in Persas exulaverat, patriæ tyrannis tradita est. Pecunia deinceps privatim ab opulentissimo quoque per vim ablata: neque eo minus imperatum tributum, quod commune Mitylenæorum penderet.[t]

[n] Arrian. II. 1. et III. 2. Curt. IV. 5. 15.
[o] Diod. l. l.
[p] Curt. IV. 8. 19.
[q] Diod. l. l. et Arrian. l. l.
[r] Arrian. l. l.
[s] Id. l. l.
[t] Id. l. l.

Q. CURTII RUFI,

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI REGIS MACEDONUM,

LIBER III.

ARGUMENTUM.

Cap. I. Celænarum urbe et arce recepta, Gordium primariam Phrygiæ urbem Alexander ingreditur, fatalique nodo Gordii soluto obviam Dario ire statuit. II. Exercitus Persici lustratio; de quo cum Darii jussu Charidemus Atheniensis verum liberumque protulisset judicium, capite mulctatus est. III. Pharnabazus Memnoni, orræ maritimæ præfecto, succedit. Darii somnium; ejusque varia interpretatio. Ordo Persarum agminis, orto sole demum procedentis: tum copiarum Alexandri descriptio. IV. Desertas ab Arsane, Darii præfecto, Ciliciæ fauces Alexander opportune occupat. V. Cum in Cydnum Alexander abluendi corporis gratia intempestive descendisset, gravissimo morbo corripitur. VI. Philippus medicus, cum Alexandrum in pristinam valetudinem mox restituisset, divinis fere honoribus ab exercitu afficitur. VII. Vegetior factus, Cilicia omni subacta, Darium, Euphraten transgressum, aggredi cogitat, Sisinemque Persam, imprudentia delinquentem, occidi jubet. VIII. Darii ante pugnam consilia et ingressus in Ciliciam; tum exercitus Persici consternatio, proximæ internecionis præsagium. Propius uterque exercitus ad alterum progreditur. IX. Utriusque exercitus membra præcipua, eorumque collocatio. X. Alexandri oratio ad milites. XI. Pugna cruenta, in qua 100000. peditum ac 10000. equitum Persarum cecidisse narrantur; reliquis fusis fugatisque. XII. Castra Persarum cum ingenti præda capta. Matris et uxoris Darii necnon aliarum captivarum luctum levat Alexander. XIII. Darii gazam immensam cum ingenti nobilium numero Parmenioni perfidus Damasci præfectus tradit.

MIDAS,
Ex Sponii Miscellaneis p. 130.

NUMMI,
Ex Morelli Specim. Tab. XI.

1. 1. Inter hæc Alexander, ad conducendum ex Peloponneso[a] militem Cleandro cum pecunia misso, Lyciæ Pamphyliæque[b] rebus compositis, ad urbem Celænas[c] exercitum admovit. 2. Mediam illa tempestate interfluebat Marsyas[d] amnis, fabulosis Græcorum carminibus inclytus. 3. Fons ejus, ex summo montis cacumine excurrens, in subjectam petram magno[e] strepitu aquarum cadit:

De numero incipientis libri non consentiunt codd. Dan. et Put. præferebant: *Q. C. R. de gestis A. M. R. Mac. liber secundus incipit;* Pith. *Quinti Curtii rufi hystoriarum Alexandri Magni Macedonis liber tertius incipit feliciter;* Fauch. *Q. C. R. de gestis Alex. M. Regis Macedonum liber tertius incipit, primus et secundus deest;* Bong. 2. *Curtii Rufi hist. incipit lib. tertius;* Pal. 1. *Q. Curtii Rufi Historiarum Alex. Macedonis fragmentum primi libri incipit;* Pal. 2. Leid. et Voss. 1. *Liber Quinti Curtii de Rebus Alexandri Macedonis incipit feliciter;* Ald. *Fragmentum Q. Curtii de rebus Alexandri Regis Macedonum liber tertius;* Voss. 2. sine ullo librorum vel auctoris indice est.—1 Pal. 1. Leid. et Voss. 1. 2. *Peloponneso;* Pal. 3. et Ed. pr. *peloponeso.* Bong. 1. 2. Fauch. Dan. Put. Pith. *Oleandro* pro *Cleandro.* Dan. Voss. 1. et Pal. 3. *Licie;* Voss. 2. *Livie;* Pith. *Lytiæ.* Voss. 1. *Pamphuliæ;* Pall. 1. 2. 3. Bong. Elz. Venett. Mer. Junt. Frob. Bas. et Lugd. *Pamphiliæque.* Voss. 1. *Cælenas;* Pall. 1. 2. 3. Dan. Bong. Elz. Mer. et Voss. *Celenas.* In Pal. 3. *admovit* est in litura.—2 *Media i. t. mania interfluebat* Leid. Voss. 1. 2. Ed. pr. Venet. Rom. Vet. an. 1474. Mediol. Veron. Junt. Bas. Argent. Ald. Colin. Gryph. Mart. et Tell. *mania* omittunt omnes Palatini; unde lectionem nostram exsculpsit Joan. Adam. Schragius, probante Gronovio in Obss. II. 12. eumque secuti sunt Freinsh. Schef. Cellar. Pitisc. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Bothe. In Pal. 2. τὸ *mania* suppletur a m. sec. *Marsus* Pall. 1. 2. 3. Dan. Bong. 1. 2. Put. Pith. Leid. et Voss. 1. 2. *Marsia* Mer. et Frob. *Marsias* Amst. 1639. *Marsya* Ald. Colin. Gryph. et Bas.—3 Pro *excurrens* Heinsius

NOTÆ

[a] *Peloponneso*] Peloponnesus, Græciæ peninsula maxime Australis, a Pelope Rege, Tantali filio, nomen habet, quasi Πέλοπος νῆσος, Pelopis insula. Hodie *Morea* vulgo nuncupatur.

[b] *Lyciæ Pamph.*] Lycia et Pamphylia finitimæ in Asia regiones, ad illum Mediterranei maris tractum, qui Rhodum inter et Cyprum extenditur. Maxima Lyciæ pars *Mentesceli* Turcis vocatur: Pamphylia cum Ciliciæ occidua parte *Caramaniam* hodiernam efficiunt.

[c] *Celænas*] Erant tum temporis Celænæ urbs ampla et frequens ad Mæandri et Marsyæ fontes; postea locus oppidi nomenque mutatum, cum Antiochus Soter novam urbem molitus, quam de suæ matris Apamæ nomine 'Apameam' nominavit, eo Celænarum incolas transtulit, decimo circiter ab Celænis milliari, ad eundem Marsyam, non procul ostiis quibus in Mæandrum se exonerat.

[d] *Marsyas*] Prope Celænas in monte fons est, ubi Marsyas Satyrus cum Apolline tibiarum cantu certare ausus, ab eoque victus, et pelle exutus, vicino fluvio nomen dedit.

[e] *Magno*] Ea utique causa est cur apud Herodotum 'Catarrhactes' appelletur.

inde diffusus circumjectos rigat campos, liquidus et suas duntaxat undas trahens. 4. Itaque color ejus placido mari similis locum poëtarum mendacio fecit:[a] quippe traditum est, 'Nymphas[f] amore amnis retentas in illa rupe considere.' 5. Ceterum quamdiu intra muros fluit, nomen suum retinet: at cum extra munimenta[g] se evolvit, majore vi ac mole agentem undas[b] 'Lycum'[h] appellant. 6. Alexander quidem urbem destitutam a suis intrat:[c] arcem[i] vero, in quam confugerant, oppugnare adortus, caduceatorem præmisit, qui denuntiaret: 'ni dederent, ipsos ultima esse passuros.' 7. Illi caduceatorem[j] in turrim, et situ et opere

[a] *Occasionem dedit fabulis poëtarum.*
[b] *Majore impetu atque copia volventem undas.*
[c] *A civibus desertam urbem ingreditur.*

conj. *decurrens.* Theocr. et Voss. 2. *irrigat campos.* Bong. 1. *liquidas duntaxat, &c.*—4 Voss. 2. *Nimfas.* Theocr. et Frob. *retentas, illa rupe,* omissa præpositione.—5 Pall. 1. 2. 3. omittunt *muros.* Pal. 1. habet: *ac cum extra.* Pal. 2. Bong. et Voss. 1. 2. *Licum.*—6 Pith. Pall. 2. 3. et Bong. 1. 2. *ab suis.* Pall. 1. 2. Mer. Frob. Bas. Veron. et Tell. *adorsus.* Pal. 3. et Elz. *ni dederint, ipsos, &c.* Bong. 2. *ni sese ducem;* Venet. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. et Argent. *ni se dederent;* Voss. 2. *ni dederent sese;* Udal. Florent. Sigeb. Const. Veron. et edd. recentt. *ni dederent ipsos, &c.* probante Heinsio. —7 Dan. Pal. 1. Bong. et Leid. *in turrem.* Leid. *opere multo;* Bong. 1. o.

NOTÆ

[f] *Nymphas*] Fingunt poëtæ ex Nympharum et Satyrorum lacrymis Marsyam deflentium extitisse fluvium, qui propterea dictus sit 'Marsya,' sive 'Marsyas.' Ovid. Met. VI.

[g] *Extra munimenta*] Non Celænis sed Apamea egressum rapidius ferri docet Strabo lib. XII.

[h] *Lycum*] Notatur hic ab omnibus error Curtii, quod Marsyam cum Lyco ejusdem Phrygiæ Majoris fluvio confundit. Hic enim ex Cadmo monte ortus, non Apameam, ut Marsyas, sed Laodiceam alluit, et aliquanto infra Marsyam in Mæandrum cadit.

[i] *Arcem*] Sita fuit arx illa in eo monte unde Marsyas oritur, et ad cujus radicem urbs ipsa Celænarum fuit. Ait enim Xenophon ipsa ex arce oriri Mæandrum. Unum porro Mæandri atque Marsyæ fontem esse scribit Maximus Tyrius, testis oculatus.

[j] *Caduceatorem*] A 'caduceo' dicti sunt 'caduceatores.' Erat autem 'caduceus,' sive 'caduceum,' virga geminis implicata serpentibus spiratim inter se nexis, qua Mercurius tanquam sceptro usus fingitur, tum ad alia multa, tum ad lites componendas; ut satis credibile sit ex Moyse Mercurium, ex illius virga, in serpentem conversa, hujus caduceum ab Græcis fabulatoribus esse factum. Etsi autem 'caduceum' pro symbolo pacis habitum, tamen 'caduceatores' non conciliandæ modo paci, verum etiam denuntiando, si opus foret, bello missos esse locus hic indicat. Nisi

multum editam, perductum, 'quanta esset altitudo, intueri' jubent, 'ac nuntiare Alexandro,' non eadem ipsum et incolas æstimatione munimenta metiri :[d] 'se scire inexpugnabiles esse; ad ultimum,[k] pro fide morituros.' 8. Ceterum ut circumsideri arcem, et omnia sibi in dies arctiora viderunt esse,[e] 'sexaginta dierum inducias' pacti, 'ut, nisi intra eos auxilium Darius[l] ipsis misisset, dederent urbem;' postquam nihil inde præsidii mittebatur, ad præstitutam diem permisere se regi. 9. Superveniunt deinde legati Atheniensium, petentes, 'ut capti apud Granicum[m] amnem redderentnr sibi.' Ille 'non hos modo, sed etiam ceteros Græcos restitui suis jussurum' respondit, 'finito Persico[n]

[d] *Diversis judiciis ipsum ac cives æstimare arcis munitiones.*
[e] *Omnes commeatus ipsis quotidie magis ac magis deficere.*

multum editu; Dan. o. *multum aditam;* Heinsius pro *altitudo* conj. *altitudine.* Bong. 1. *non se clam ipsum;* Pal. 2. *non eadem ipsos.* Pall. 1. 2. 3. Bong. 1. et Voss. 2. *extimatione.* Pal. 2. *munimenti.* Pal. 3. a m. pr. *expugnabiles;* Leid. et Ald. *inexpugnabiles.* Voss. 2. *pro fide esse morituros.*—8 Pal. 3. *circumsederi.* Bong. *esse viderunt: quadraginta dierum.* Pal. 3. a m. pr. *induciis.* Voss. 2. *ni se intra;* Pall. 2. 3. *nisi inter;* Leid. et Voss. *nisi ipse.* Dan. Pith. Fauch. Bong. 1. 2. Leid. et Voss. 1. *Dareus.* Mer. Ald. Frob. et Bas. *se misisset.* Sebesius malebat: *dederent arcem,* quod nec Freinshemio displicet; Cunzius vero: *dederent eam,* vel *se.* Merc. Frob. et Basil. *postea quam.* Fauch. *permiserunt se.*—9 Leid. et Put. *inde legati.* Paulo post *etiam* deest in Palat. 3. Pro *restitui* unus Palat. et Bong. 1. habent *restituere.* Palatt. 1. 2. Bong. 1. Frob. Basil. et Col. *justum;* codd. Modii, et Voss.

NOTÆ

forte diversa caduceatoris ac fecialis munera uni commissa homini dixeris, qui, ut habet proverbium, 'Altera manu caduceum, altera hastam præferret.'

[k] *Ad ultimum*] Denique, si quid secus fortuna tulerit, pro fide suo Regi servanda morituros esse.

[l] *Darius*] Quia Darius esset, vide sis Supplem. lib. II. cap. 1. et infra cap. 6. et 35.

[m] *Granicum*] Granicus, hodie *Lazzara*, Troadis seu Minoris Phrygiæ fluvius, ex Ida monte oritur, et in Propontidem se effundit. Hic primum devicti ab Alexandro Persarum duces, cum ipsum transitu prohibere conarentur. Supplem. lib. II. c. 5. Captos in eo prælio Græcos milites, qui in exercitu Persico militaverant mercede conducti, Alexander in Macedoniam miserat. Hos sibi restitui petebant Athenienses: quod ab Alexandro factum suo loco videbimus.

[n] *Persico*] De Persia dicemus ad lib. V. cap. 13. De Persarum imperio vide Suppl. lib. II. cap. 1. et lib. IV. De bello Persico, quaque fortuna hactenus gestum, Suppl. lib. II.

bello.' 10. Ceterum Dario imminens, quem nondum Euphraten[o] superasse cognoverat, undique omnes copias contrahit; totis viribus tanti belli discrimen aditurus. 11. Phrygia[p] erat, per quam ducebatur exercitus; pluribus vicis, quam urbibus frequens. 12. Tunc habebat quondam nobilem Midæ[q] regiam; 'Gordium' nomen est urbi, quam Sangarius[r] amnis interfluit, pari intervallo Ponticoˢ et Cilicio mari distantem. 13. Inter hæc maria angustissimum[t] Asiæ spatium esse comperimus, utroque in arctas fauces[u] compellente terram.[f] Quæ quia continenti adhæ-

f Utroque mari coarctante terram in angustum isthmum.

2. in margine *iussurum*.—10 *Dario imminens de Alexandro cura erat, quem* Palatt. 2. 3. Voss. 2. Ed. pr. Venett. Mediol. Veron. et Mer. *Dareo imminens, quem* Theocr. Dan. Put. Pith. et Bong. 1. 2. *Alexandro imminens de Dario cura erat, quem* Ald. Colin. Gryph. Basil. et Col. *vero Dareo im. de A. cura erat, quem* unus codex Snakenburgii. Vide Var. Not. *Euphratem* Bong. et Voss. 2. *Euphratem* vulgg. edd. *Euphraten* Dan. Palatt. 1. 2. Leid. et Voss. 1.—11 Bong. *Phrigia;* Voss. 1. 2. *Frigia.* Dan. omittit *τὸ pluribus.* Palat. 3. *viribus frequens.*—12 Bong. Leid. et Voss. 1. *nobilem quondam.* Dan. *Mediæ;* Ald. *Mydæ.* Palatt. 1. 2. Bong. 1. Voss. 2. Ed. pr. Venett. Mediol. Veron. Col. et Ald. *civitatem regiam: τὸ civitatem* non habetur in Bong. probantibus Modio et Cuno. *Cordium* Dan. et Leid. *Corduum* Fanch. *egradium* Voss. 2. et in marg. *cordium.* Voss. 1. *amnis interfluit;* nonnulli codd. *præterfluit.* 'Parum interest, utrum legas *interfluit*, an *præterfluit*.' Schmieder. *Cilico* Palatt. 1. 2. 3. Col. Voss. 2. et Dan. a m. pr. *Cylico* Bong. 1.—13 Mer. *compellente terra.* Palatt. 1. 2. *qua continenti.* Heins. conj. *tenui id*

NOTÆ

[o] *Euphraten*] De hoc fluvio lib. v. cap. 1.

[p] *Phrygia*] Phrygia duplex fuit, Magna et Parva. Hæc ad Hellespontum posita, cujus pars Troas: illa intra terras, Galatiam, Lydiam, atque Lycaoniam, &c. complectens. Strabo lib. xii. De ista modo mentio.

[q] *Midæ*] Midas ille Phrygiæ Rex, poëtarum fabulis celebratus.

[r] *Sangarius*] Ita Strabo; ex quo refelluntur qui Gordium ad Marsyam, aut ad Mæandrum collocant, ne non vere dixisse videatur Curtius, 'pari intervallo' dixitum ab utroque mari, Euxino et Cilicio. Neque enim æqualitas illa distantiæ cum optimorum Geographorum rationibus satis convenit. 'Sangarius' porro, qui hodieque *Sangari*, ex Adoreo monte fluens per Phrygiam, longis anfractibus in Pontum Euxinum volvitur; non, ut habet Livius, in Propontidem.

[s] *Ponticо*] Ponticum mare. Pontus est Euxinus, hodie *Mer Noire*. *Cilicio*] Quod Ciliciam alluit, hodie *Golfe de Satalie.*

[t] *Angustissimum*] Neque hoc peritiorum Geographorum tabulis consentaneum, quæ vix usquam majorem exhibent Asiæ illius latitudinem, quam qua Gordium urbem Ponticum inter et Ciliciam mare collocant.

[u] *Arctas fauces*] 'Arctas fauces' vocat atque 'tenue discrimen,' quæ,

Q. CURT. *pag.* 155.

NODUS JUGI.



PLAUSTRUM ET JUGUM,
Ex Columna Traj. Tab. XLI.

ret, sed magna ex parte cingitur fluctibus, speciem [v] insulæ præbet; ac nisi tenue discrimen objiceret, maria, quæ nunc dividit, committeret.[t] 14. Alexander, urbe in suam ditionem redacta, Jovis templum intrat. Vehiculum, quo Gordiam [w] Midæ patrem vectum esse constabat, aspexit, cultu haud sane a vilioribus vulgatisque usu abhorrens.[h] 15. Notabile erat jugum astrictum compluribus nodis in semet ipsos implicatis et celantibus nexus. 16. Incolis deinde affirmantibus, 'editam esse oraculo sortem, Asiæ [x] potitu-

[t] *Nisi breve terrarum spatium interponeret.*
[h] *Forma et ornatu non discrepans a vulgaribus plaustris.*

discrimen. Dan. Palat. 1. Leid. et Voss. *obiceret;* Theocr. *objiceretur.* Palatt. 1. 2. non habent *maria;* Bong. Leid. et Voss. 1. 2. *quæ nunc div. maria;* Palatt. 1. 2. *divideret.*—14 Bong. *in dicionem;* Palatt. 1. 2. 3. et Bong. 2. *in ditionem;* Leid. et Voss. 2. *in ditionem suam.* Pith. non agnoscit *Jovis.* Leid. *intra;* Bong. *intrans.* Nonnulli codd. pro *Vehiculum* exhibent *currum.* Leid. Voss. 1. et Dan. *Cordium.* Mer. Bas. et Col. omittunt τὸ *Midæ.* Voss. 2. *cultus;* Pal. 3. *cultu aspexit.* Ed. pr. Venett. Mediol. Veron. et Mer. *vulgatisque usibus;* Ald. *vulgatisque curribus;* Bong. *vulgatisque currubus.* Erasmus malit: *vulgatisque visu;* Rutgers. *vulgatique usus;* Heinsius: *vulgarisque usus.*—15 Voss. 2. Theocr. Ed. pr. Venett. Mediol. Veron. Bas. et Col. *vinculum;* alii *jugum;* unde Schefferus legit: *Notabile erat jugi vinculum:* Arrian. II. 3. τοῦ ζυγοῦ τῆς ἁμάξης τὸν δεσμὸν dicit. Pal. 1. et Bong. 1. *cum pluribus nodis.*—16 Dan. *æditum esse;* Bong. Leid. et Voss. 1. *editum*

NOTÆ

Strabone teste, tria stadiorum millia complectuntur, hoc est, trecenta et septuaginta quinque milliaria.

[v] *Speciem*] Nempe Cilicio Pamphylioque mari ad Meridiem; ad Oceanum Ægæo, Hellesponto, Propontide, Bosphoro Thracio; ad Septemtrionem Ponto Euxino alluitur; ad Ortum continenti adhæret nobilissima peninsula; quam posteriores 'Natoliam' dixerunt, quasi 'Anatoliam,' quod Græcis ad Orientem obversa sit. Est enim ἀνατολή, *Oriens.* Ceterum etsi comparata cum Asia Majore dici Minor Asia possit, tamen hoc Asiæ Minoris nomine veteres eam ejus partem proprie vocarunt, quæ Phrygia, Mysia, Lydia, Æolide, Ionia, Caria, Doride continebatur.

[w] *Gordiam*] Gordii historiam paucis accipe. Consulentibus oraculum Phrygibus de remedio comprimendæ civilis discordiæ, responsum est Rege opus esse; eum legerent, quem primum inde egressi plaustro insidentem obvium habuissent. Exeuntibus occurrit Gordius tennis fortunæ homo, cum conjuge filioque Mida plaustro invectus: hunc continuo Regem salutant, et in Jovis templum deducunt, ubi currum inexplicabili vinculo insignem Deo sacravit, memor aquilam Jovis volucrem olim arantis jugo constitisse; quo signo futurum sibi regnum portendi, a puella Telmissensi edoctus, illam uxorem acceperat. Arrianus tamen non Gordio, sed Midæ, regnum eo, quo scripsimus, casu delatum narrat.

[x] *Asiæ*] Majorem intellige, quæ trium orbis nostri partium maxima

rum, qui inexplicabile vinculum solvisset,' cupido incessit animo sortis ejus implendæ.[i] 17. Circa regem erat et Phrygum turba et Macedonum;[y] illa expectatione suspensa, hæc solicita ex temeraria regis fiducia. Quippe serie vinculorum ita astricta, ut, unde nexus inciperet quove se conderet, nec ratione nec visu percipi posset, solvere aggressus injecerat curam, ne in omen verteretur irritum inceptum.[j] 18. Ille nequaquam diu luctatus cum latentibus nodis, 'Nihil,' inquit, 'interest quomodo solvantur:' gladioque ruptis[z] omnibus loris, oraculi sortem vel elusit[a] vel implevit.

[i] *Cepit ejus animum desiderium implendi oraculi.*

[j] *Metum attulerat Macedonibus, ne conatus ejus, si irritus esset, in præsagium infaustum acciperetur.*

esse. Leid. *vinculum solvisset.* Col. Bong. et Pal. 2. *sortis ejus impende;* Voss. 1. *s. e. explende.*—17 *Circa regem erant* Ald. *illa expolitore* Pal. 2. et Bong. *explicabile* Bong. intra lineas; *expectatione* ad marg. *explicatione* Palat. 1. sed cum rasura; *ex deplicatione* Voss. 2. *solicitata* Bong. 1. *sollicita et ex* Voss. 1. *solicita de temeraria* conj. Heinsius. *Quippe series v. erat ita* Ed. pr. Venett. et Mediol. *Quippe seriem v. ita astrictam* Modius ex conjectura. 'Minore negotio ponas *astrictas*, verbum *series* plurali dictum numero accipies, ut apud Suetonium.' *Bothe. Quippe series vinculorum ita astricta* Freinsh. Cellar. Loccen. Snak. Barb. Cunz. Bip. et Both. *Quippe serie v. ita astricta* nonnulli codd. cum edd. Veron. Mait. Teli. &c. *non ratione* Bong. 1. *perspici posset* Dan. Leid. Voss. 1. Ed. pr. Venett. et Mediol. *injecerat solvere aggresso curam ei ne* Dan. et Pal. 3. *injecerat solvere aggresso curam ei ne mane verteretur* Pal. 1. *ne inane verteretur* Voss. 2. Veron. Mer. et Bong. 1. *solvere aggresso injecerat c. ne* Ald. Frob. Basil. Col. Freiush. Cellar. et Snak. *mane verteretur* Pal. 2. et intra lineas *omen;* Bong. Voss. 1. 2. Ed. pr. et Venett. *solvere aggressus injecerat curam ei ne;* Veron. *s. aggressus i. c. ne.* 'Lectiones a codd. oblatas sequi non dubitavi.' *Schmieder.* Vide Not. Var.—18 *Ille nequiquam* Bong. et Leid. *Ille nequicquam*, vel *nequidquam* Voss. 1. et Theocr. *Ille nequaquam diu luctæ* Col. *solvatur* multæ edd. *solvantur* Leid. Voss. 1. 2.

NOTÆ

est; et quam solam deinceps Asiam simpliciter appellabimus cum Curtio.

[y] *Macedonum*] Macedonia olim 'Emathia,' paternum Alexandri nostri imperium, cujus limites erant Orientem versus Ægæum pelagus; ad Meridiem Thessalia cum Epiro; ab Occasu Ionium mare, et Illyrici pars; a Septemtrione Thracia. Pars ejus occidua, quæ Ionium mare attingit, hodie *Albania* est.

[z] *Gladioque ruptis*] Etsi Curtio major auctorum numerus assentitur, tamen Aristobulus, Alexandri comes, apud Arrianum tradit non aliter solutum vinculum, quam exemto paxillo ligneo, cui per temonem trajecto astrictum erat: ipse Arrianus rem in medio relinquit; satisfactum tamen oraculo dicit, idque excitatis ea nocte tonitruis declaratum.

[a] *Vel elusit*] 'Elusit,' si arte explicari, non resecari oportebat: 'implevit,' si quocumque tandem modo dissolvi satis fuit.

19. Cum deinde Darium, ubicumque esset, occupare statuisset;[a] ut a tergo tuta relinquèret, Amphoterum classi ad oram Hellesponti,[b] copiis autem præfecit Hegelochum, Lesbum[c] et Chium et Con præsidiis hostium liberaturos. 20. His talenta[d] ad belli usum quingenta attributa: ad Antipatrum et eos, qui Græcas urbes tuebantur, sexcenta missa: ex fœdere naves sociis imperatæ, quæ Hellesponto præsiderent. 21. Nondum enim Memnona[e] vita excessisse cognoverat, in quem omnes intenderat curas; satis gnarus, cuncta in expedito fore, si nihil ab eo moveretur.[f] 22. Jamque ad urbem Ancyram[f] ventum erat, ubi numero

[a] *Prior aggredi decrevisset.*
[f] *Omnia facilia fore, modo nihil ab isto tentaretur.*

Ald. Frob. Bas. Lugd. et Col.—19 *Darium regem* Mer. Ald. Frob. Bas. Col. et Voss. 2. *regem* non habetur in Bong. Ed. pr. Venett. et Veron. *esset* deest in Pal. 3. *ad horam H.* Pal. 3. et Bong. 1. Mox Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 2. *Hægel;* Elz. et Amst. *Egelochum;* Mer. Bas. et Col. *Egelogum;* Pal. 2. *Hegilogum;* Pal. 1. *Hegelotum;* Bong. 1. et Voss. 2. *Hegelogum.* Leid. *Coonque et Con;* Voss. 1. Dan. Pall. 1. 2. 3. Bong. 1. et Voss. 2. *Choumque et Con;* Elz. *et Coum;* Mer. *et chyum coumque;* Frob. Bas. et Col. *Coumque;* Lugd. et Amst. *Lesb. Chium et Con.* Dan. *præsidiis istium*, superscripto *o.*—20 Mer. Pall. 1. 2. B. 1. *tribuit;* Voss. 2. *attribuit.* Dan. Pal. 2. Voss. 2. *DC. missas ex f. naveis soc. imp. quæ;* Fauch. *sexc. missas ex f. n. imperat eque;* Bong. 2. et Voss. 1. *imperat æque;* Bong. 1. *DC. missas ex f. n. soc. imperatæ quæ;* Bas. et Col. *missæ ex fœdere: naves sociis imperat.*—21 *Nundum enim Memnonem* Pith. *Nenonem* Fauch. *intenderet* Dan. Pal. 1. 2. et Voss. 1. *intenderat* Pal. 3. sed subditis punctis literis *in.* Bong. 1. *expedita.* —22 Bong. 1. *Ancyram venerunt.* Pal. 1. *Paphagoniam.* Leid. pro *Eneti*,

NOTÆ

[b] *Hellesponti*] Hellespontus, hodie fretum *Gallipoli*, Ægæum mare Propontidi committens, Asiam ab Europa dirimit, qua angustissimus est Sestos et Abydum, septem octove, non amplius, stadiorum intervallo. Dictus ab Helle Phryxi sorore in eo summersa. Ab ipso autem vicina regio, qua maxime Propontidem spectat, Hellespontus quoque appellata.

[c] *Lesbum*] Lesbos, hodie *Metelino;* Chios, hodie *Scio;* Cos, hodie *Lango;* nobilissimæ tres Ægæi maris insulæ ad oram Asiæ. Eas Alexander post victoriam ad Granicum ditionis suæ fecerat; sed a Memnone receptæ præsidiisque firmatæ fuerant.

[d] *Talenta*] De talento inferius ad caput ultimum hujus libri.

[e] *Memnona*] Memnon Rhodius, ob insignem rei militaris peritiam, hujus belli summam a Dario administrare jussus, trecentarum navium classe comparata, Lesbo, Chio, et Co receptis, dum maxime bellum in Macedoniam transferre parat, morbo extinguitur; cum eoque Persarum fortuna concidit.

[f] *Ancyram*] Ancyra, hodie *Anguri;* urbs in ea Magnæ Phrygiæ parte

copiarum inito, Paphlagoniam [g] intrat: huic juncti erant Eneti, unde quidam Venetos [h] trahere originem credunt: 23. omnisque hæc regio paruit regi: datisque obsidibus, 'tributum, quod ne Persis quidem tulissent,[m] pendere ne cogerentur,' impetraverunt. 24. Calas huic regioni præpositus est: ipse, assumtis qui ex Macedonia nuper advenerant, Cappadociam [i] petiit.

II. 1. At Darius, nuntiata Memnonis morte haud secus quam par erat motus, omissa omni alia spe, statuit ipse decernere:[o] quippe quæ per duces suos acta erant, cuncta damnabat; ratus, pluribus curam, omnibus abfuisse fortunam. 2. Igitur castris ad Babylonem [a] positis, quo ma-

[m] *Quod ne ipsis quidem Persis solverant.*
[o] *Bellum per se gerere.*

habet *Vineti*; Dan. et Bong. 1. *Vincti*, et a m. sec. *Veneti*; Pith. Fauch. et Voss. 2. *Venati*. Alii codd. *Heneti*. Pal. 1. *unde quidem*. Leid. *Venesti* pro *Venetos*. Voss. 2. *originem putant*.—23 Leid. *Omnis hæc regio*. Pal. 1. omittit *tributum*; Bong. 1. *trib. q. ne ipsis q. tulisset*; Dan. Pal. 2. Leid. et Voss. 2. *quidem Persis*.—24 Mer. Bas. Col. et Pal. 1. *Chalas*; Pal. 1. *adsumptis ex Macedonia advenerant*.

1 Nonnulli *mœstus* pro *motus*. Dan. *acta erant*. Fauch. *damnabat cuncta*; Pal. 1. Leid. et Voss. 1. *ubique dampnabat*; Pal. 2. et Col. *cuncta damnabat*. Bong. 1. *pluribus curantibus*; Leid. *pluribus curus*. Bong. Leid. et Voss. 1. *afuisse*.—2 Leid. *Babylona*; Voss. 1. et Bong. 2. *Babylonam*; Voss. 2. Veron. Mer. Ald. Col. Maitt. et Tell. *Babyloniam*; Freinsh. Cellar. Amstel. 1629. 1688. Snak. Barb. et recentt. *Babylonem*; et ita Tell. in Erratis. Mer.

NOTÆ

quam deinde a Gallis occupatam, Galatiam, et Gallogræciam dicimus; hodie *Chiangari*.

[g] *Paphlagoniam*] Paphlagoniam a Meridie terminat Galatia, ab Oceano Bithynia, a Septemtrione Euxinus, ab Ortu Cappadocia.

[h] *Venetos*] Ab his Henetis originem ducere Venetos Adriatici accolas, præter Curtium, Livius et Plinius tradunt. Eos quippe, excisa Troja, cui suppetias tulerant, una cum Antenore in intimum Adriatici maris sinum penetrasse, ibique sedes posuisse; ac 'Venetos' pro 'Henetis' appellatos esse consueto Latinorum more, qui præfixum Græcis dictionibus digamma Æolicum ϝ sæpe in V commutant, faciuntque ex ϝέσπερος, *Vesperus*; ex ϝῆρ, *Ver*; ex ϝενετοί, *Veneti*. Strabo tamen ad Gallos Venetos originem illorum referendam putat, idque aliorum Italiæ populorum exemplo probat, genus ex Gallis nomenque trahentium.

[i] *Cappadociam*] Hæc ab Occidente Galatiam et Lycaoniam attingit, a Meridie Ciliciam, ab Ortu Euphratem, a Septemtrione Euxinum Pontum. Fuit ejus pars minor Armenia, de qua ad lib. v. cap. 1. Turci hodie *Tocat* appellant.

[a] *Babylonem*] Babylon et Babylonia, lib. v. cap. 1.

jore animo capesserent bellum, universas vires in conspectum dedit: et circumdato vallo,[b] quod decem millium armatorum multitudinem caperet, Xerxis[b] exemplo[c] numerum copiarum iniit. 3. Orto sole ad noctem agmina, sicut descripta erant,[e] intravere vallum: inde occupaverunt emissa Mesopotamiæ[d] campos: equitum peditumque propemodum innumerabilis turba, majorem quam pro numero speciem gerens.[d] 4. Persarum erant centum millia: in quibus eques triginta millia implebat. Medi[e] decem equitum, quinquaginta millia peditum habebant. 5. Barcanorum[f] equitum duo millia fuere; armati bipennibus levibusque scutis cetræ[g] maxime speciem reddentibus:[e] peditum de-

[b] *Planitie vallo clausa.* [c] *Eo ordine quo distributa erant.*
[d] *Major adhuc apparens quam reipsa erat.*
[e] *Cetræ propè formam referentibus.*

capesceret; Ald. Frob. Bas. et Col. *capesseret.* Voss. 2. et Pal. 1. *conspectu.* Voss. 1. *decem armatorum;* Lugd. Amst. et Amst. 1629. *decies centum millium.* Ald. et Voss. 2. passim *Xersis.* Dan. Put. Fauch. Bong. 1. 2. et Leid. *init* pro *iniit.*—3 Theocr. *ad noctem usque.* Leid. *discripta.* Voss. 2. *occupaverant;* Put. Pith. Fauch. et Bong. 2. *emissa occupaverant.* Voss. 2. *Messopotamiæ.* Dan. Col. Pith. Fauch. Leid. Bong. et Amst. *ferens* pro *gerens;* unde Heinsius conj. *ferentes.*—4 Bong. 1. 2. Pall. 1. 2. 3. Leid. Voss. 1. Freinsh. Cellar. Saak. Cunz. Bip. Bothe, alii: *in quis.* Dan. Fauch. Bong. 2. Leid. et Voss. 1. omittunt τὸ *millia;* Voss. 2. semper *milia.* Mox pro *habebant* Bong. 2. *habebat.*—5 Veron. Leid. Elz. Mer. Ald. *Bactrianorum;* Voss. 2. *Bartanorum;* Bong. 2. Pall. 1. 2. 3. *Bactanorum;* Bong. 1. *Barcanorum.* Mer. *Armenii* pro *armati;* Pal. 1. *armata;* Pal. 2. *armata satis,* et additum margini *scutis.* Freinsh. conj. *brevibusque scutis.* Frob. Bas. et Voss. 2. *celte maxime;* Bong. *maxime cetræ;* alii: *cetræ maximæ.* Pal. 3. *speciem odentibus.* Leid. *decem equitum pari armatu;* Bong. *d. mil. equitum pari armatu;* Ald. *d. m. pari ar-*

NOTÆ

[b] *Xerxis*] Vide Suppl. lib. II. cap. 1. et infra cap. 10.

[c] *Exemplo*] Ita enim Xerxes in Dorisco Thraciæ campo totum exercitum per myriades sibi succedentes ex ordine numeraverat. Vide Herodot. et Aristid. Orat. 13. Quorum suffragio refelluntur qui hoc loco *decies, aut sexies centenum millium* scribendum putarunt.

[d] *Mesopotamiæ*] Ubi sit, et unde dicta, lib. V. cap. 1. Hic porro animadvertere licet qua orationis varietate optimus historiæ scriptor in describendo variarum gentium numero, cultu, ordine, fastidium vitarit. Quod aliis quoque locis mira arte præstitit.

[e] *Medi*] Media lib. V. cap. 8.

[f] *Barcanorum*] Barcani, Hyrcani, Derbices, qui et Dercebii, Asiæ gentes, ad Australe Caspii maris littus incolunt. De Caspio mari et Hyrcania lib. VI. cap. 4.

[g] *Cetræ*] Cetra scuti lorei genus variis gentibus varia usitatum forma,

cem millia pari armatu sequebantur. 6. Armenii[h] quadraginta millia miserant peditum; additis septem millibus equitum. Hyrcani egregii, ut inter illas gentes,[f] sex millia expleverant, equis militatura. 7. Derbices quadraginta millia peditum armaverant; pluribus hærebant ferro præfixæ hastæ, quidam lignum igni duraverant:[g] hos quoque duo millia equitum ex eadem gente comitata sunt. 8. A Caspio[i] mari octo millium pedester exercitus venerat; ducenti equites cum his erant. Ignobiles aliæ gentes duo millia peditum; equitum duplicem paraverant numerum. 9. His copiis triginta millia Græcorum mercede[j] conducta, egregiæ juventutis, adjecta sunt. Nam Bactrianos[k] et Sogdianos et Indos ceterosque Rubri maris accolas, ignota etiam ipsi gentium nomina, festinatio prohibebat acciri. 10.

f Strenui, quantum in illis nationibus esse possunt.

g A plerisque gerebantur hastæ ferro armatæ: quidam contos igne induratos attulerant.

---

matu; Pall. 1. 2. et Bong. *d. m. pari arcu;* Pal. 3. *d. m. pari actura.*—7 Ald. *Armeni.* Bong. *miserant millia;* Leid. Pith. Bong. 2. et Fauch. omittunt *millia.* Pal. 1. *septem milium;* Leid. omittit *millibus.* Dan. Leid. et Voss. 1. *egregium.* Iidem codd. cum Voss. 2. hanc et sequentem periodum ita conjungunt: *additis equitibus militatura idem vicies quadragena ped. mil. arm.* neque aliter Pith. Put. Fauch. et Bong. 1. 2. nisi quod omittunt *millia;* Pall. 1. 2. 3. *additis equitibus militatura idem vicies quadraginta ped. mil. armati erant;* Col. et Veron. *equis militatura iidem vicies q. mil. ped. armati erant.* Vid. Not. Var.—7 Voss. 2. pro *hærebant* exhibet *erant;* Bong. 2. et Pal. 2. *habebant.* Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *præfixæ astæ.*—8 Bong. 1. *octo millia.* Multæ edd. etiam Freinsh. Cellar. Barb. Cunz. et Both. *venerat; ducenti equites.* Cum *his erant ignobiles, &c.* Veron. Maitt. et Tell. ut in textu. Vide Not. Var. *cum hiis* Bong. 1. *Ignobilis* Voss. 2. *aliæ gentes* Theocr. Pith. et Pal. 2. *Asice gentes* Bong. 1. et Pal. 1. *paraverat* Pal. 2.—9 Bong. Leid. Voss. 1. 2. et Amst. omittunt *sunt;* Ald. habet: *sunt: nam Arachosios;* Bong. 1. *sicut nam Bactrianos et Segodianos;* Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. 2. Leid. et Voss. 1. *Socdianos;* Pal. 3. *Sobdianos;* Voss. 2. *Sochianos.* Pal. 3. *etiam*

NOTÆ

ut mirum non sit in eo describendo auctores non convenire. Apud Latinos pro eodem 'pelta' sumitur.

[h] *Armenii*] De Armenia utraque lib. v. cap. 1.

[i] *Caspio*] Mare Caspium sive Hyrcanum lib. vi. cap. 4.

[j] *Mercede*] Nimirum reliquæ gentes in exercitu Persarum militantes alebantur: illæ quidem a Rege, sed sine stipendio, nisi quantum ex hostium quisque spoliis colligere potuerat.

[k] *Bactrianos*] Bactriani lib. viii. c. 4. *Sogdianos*] Sogdiana lib. viii. cap. 10. *Indos*] India lib. viii. cap. 9. *Rubri*] Mare Rubrum lib. viii. cap. 9.

Nec quicquam illi minus, quam multitudo militum defuit; cujus tum universæ aspectu admodum lætus, purpuratis solita vanitate spem ejus inflantibus; conversus ad Charidemum Atheniensem, belli peritum et ob exilium infestum Alexandro, (quippe Athenis jubente eo[1] fuerat expulsus,) percontari cœpit: 'satisne ei videretur instructus ad obterendum hostem?' 11. At ille et suæ sortis et regiæ superbiæ oblitus: 'Verum,' inquit, 'et tu forsan audire nolis; et ego, nisi nunc dixero, alias nequicquam confitebor.'[h] 12. Hic tanti apparatus exercitus, hæc tot gentium et totius Orientis excita sedibus suis moles, finitimis potest esse terribilis; nitet purpura auroque, fulget armis et opulentia, quantam qui oculis non subjecere, animis concipere non possunt. 13. Sed Macedonum acies, torva sane et inculta, clypeis hastisque immobiles cuneos et conserta robora virorum tegit.[i] Ipsi 'phalangem'[m] vocant peditum stabile agmen. Vir viro, armis arma conserta sunt: ad nutum monentis intenti, sequi signa, ordines servare didicere. 14.

[h] *Frustra aperiam.* [i] *Macedonum exercitus feroci vultu, veste aspera, teget variosis et clypeis agmina sua immota, et robustissimos viros inter se cohærentes.*

---

ipsa, et correctum *ipsis;* Bong. 1. *ipsarum.*—10 *Ne quidquam* Voss. 2. *cujus universæ, &c.* Pall. 1. 2. Col. Bong. 1. et Voss. 2. *cujus tum universo* Bas. *purpuratus* Leid. pro quo in Pal. 3. *præparatis.* Mer. Bas. Col. *conversus ad Caïdemum;* alii *Eudemum;* codd. Freinshemii *Caridemum.* Pal. 3. *obterrendum;* Bong. 1. *opterendum;* Voss. 2. *ad obterendum instructus hostem.*—11 Bong. 2. Bas. et Col. *suæ fortis.* Leid. et Voss. 1. *et tu forsitan.* 'Rectius videtur *audire nolis*, quod respondeat sequenti *confitebor.*' Bothe. Ald. *necquicquam.* Pal. 3. *ne quisquam;* alii *nequaquam.*—12 Voss. 2. *Hi tanti.* Bong. 1. *apparati.* Pal. 1. *extitata sedibus.* Theocr. *finitimis tuis.* Multæ edd. cum codd. nonnullis: *purpura aurumque;* Udal. Bong. et unus Modian. *purpura auroque;* quomodo edidere Freinsh. Cellar. Pitisc. Snak. Tell. Barb. Bip. Cunze, et Bothe. *fulget gemmis et op.* conj. Freinsh. *fulget et armis op.* Snak. *non subjecere a. c. n. possent* Mer. *possint* Ald. *n. subjecerint a. c. n. possent* Frob. Bas. et Col. *non subicere animis conc. possunt* Pal. 1. *non subgicet animo non c. possunt* Pal. 3. *non subjucere amis conc. possunt* Bong. 1.—13 Amst. *torva s. et inclyta.* Mer. Ald. Frob. Bas. Lugd. Colvius. et Amst. *conserta.* Pro *tegit* Elz. *reget;* Voss. 1. 2. Mer. Ald. Frob. Bas. Lugd. Colvius, et Amst. *teget.* Mox Pal. 3. *arma conferta sunt.* Pal. 2. *monentis interriti;* Bong. 1. *morientis interriti;* Voss. 1. *monentis intentis æqui.*

NOTÆ

[1] *Jubente eo*] Quamvis enim reliquis Atheniensium oratoribus, quos dedi sibi postulaverat, Demadis precibus mitigatus, veniam dedisset, unum tamen Charidemum exceperat, quem exulare voluit.

[m] *Phalangem*] Infra ad cap. 9.

Quod imperatur, omnes exaudiunt: obsistere, circumire, discurrere[n] in cornu,[o] mutare[p] pugnam, non duces magis quam milites callent.[j] 15. Et ne auri argentique studio teneri putes, adhuc illa disciplina paupertate magistra stetit:[k] fatigatis humus cubile est: cibus quem occupant satiat:[l] tempora somni arctiora quam noctis sunt. 16. Jam Thessali[q] equites et Acarnanes[r] Ætolique,[s] invicta bello manus, fundis credo et hastis igne duratis repellentur? pari robore opus est: in illa terra, quæ bos genuit, auxilia quærenda sunt: argentum istud atque aurum ad conducendum militem mitte.' 17. Erat Dario mite ac tractabile ingenium,

[j] *Milites non minus quam duces sciunt gradum sistere, circumvenire hostem, ad alterum cornu transire, situm pugnandi mutare.*

[k] *Illa militaris vitæ forma hactenus viguit paupertatis studio.*

[l] *Cibo, quem forte nanciscuntur, contenti sunt.*

Bong. Leid. et Voss. 1. 2. *ordines s. didicerunt.*—14 Voss. 2. Mer. Ald. Frob. Bas. Pall. 1. 2. 3. et Bong. 1. *in cornua.* Vide Not. Var.—15 Bong. *Ac ne*; Leid. *At auri*; Voss. 2. *Æs auri.* Pal. 1. omittit *studio.* Bong. 1. *paupertate magistri.* Mox Dan. Pall. 1. 2. 3. Bong. 1. Leid. Voss. 2. Venett. Veron. Mer. Ald. et Bas. *occupati parant, satiat*; Heinsius conj. *quem occupant imparatum.* Bong. 1. *nocti sunt.*—16 Voss. 2. Mer. et Col. *Acharnanes Etholique*; Bas. *Achamanes Etholique.* Pal. 1. *juncta bello*, et in marg. *intenti*; Bong. 1. *invicta belli.* Cornerus conj. *invicta ferro manus*, probante Freinshemio. Mer. *crebro* pro *credo*; Leid. *astis* pro *hastis.* Bong 1. *repellantur.* Paulo post Pith. omittit *atque aurum.* Bong. 1. *militem mittit.*—17 Ed. pr. Venett.

NOTÆ

[n] *Discurrere*] Quomodo igitur paulo ante 'immobiles' vocat 'cuneos,' et 'stabile agmen,' si 'discurrere in cornu, circumire,' &c. didicere? Facilis ratio; quam immobilis hostibus phalanx, tam ad ducum imperia mobilem se atque expeditam præbebat.

[o] *In cornu*] Tota phalanx in duo cornua dividebatur. Horum alterum si firmari oporteret duplicatis in fronte ordinibus, eo ex ultimis, qui a tergo erant, series aliquot summittebantur. Atque hoc est 'in cornu discurrere.' Vel sic accipe ut lib. VIII. cap. 12. 'Discedere in cornua.'

[p] *Mutare*] Mutatio pugnæ fit cum vel singuli in dextrum latus, in sinistrum, in tergum obvertuntur, vel tota acies circumagitur, servata singulorum inter sese dispositione.

[q] *Thessali*] Thessalia, Græciæ latius sumtæ regio, inter Helladem sive Achaiam, Macedoniam, Epirum, et Ægæum mare sita erat. Eam Macedonum Reges sibi subjecerant, unde præcipuum Macedonici equitatus robur.

[r] *Acarnanes*] Infra cap. 6.

[s] *Ætoli*] Ætolia Majoris Achaiæ regio fuit maxime occidua; a Meridie Maliacum sinum habet, ab Ortu Locridem, a Septentrione Epirum, ab Occidente Achelœum fluvium, quo dirimitur ab Acarnania.

Q. Curt. *pag.* 162.

THESSALICUS EQUUS.

THESSALI EQUITES.

Ex Begeri Thes. Numism. Palat. p. 262. *et Goltzii Græcia Tab. XXI.*

nisi [suam] naturam plerumque fortuna corrumperet. Itaque veritatis impatiens hospitem ac supplicem, tunc maxime utilia suadentem, 'abstrahi' jussit 'ad capitale supplicium.' 18. Ille ne tum quidem libertatis oblitus, 'Habeo,' inquit, 'paratum mortis meæ ultorem: expetet pœnas mei consilii spreti is ipse, contra quem tibi suasi. Tu quidem, licentia regni tam subito mutatus, documentum eris posteris, homines, cum se permisere fortunæ, etiam naturam dediscere.'[m] 19. Hæc vociferantem, quibus erat imperatum, jugulant. Sera deinde pœnitentia subiit regem, ac 'vera dixisse'[t] confessus, 'eum sepeliri' jussit.

III. 1. Thymodes erat, Mentoris filius, impiger juvenis: cui præceptum est a rege, 'ut omnes peregrinos milites,' in quis plurimum habebat spei, 'a Pharnabazo acciperet;' opera eorum usurus in bello: ipsi Pharnabazo tradit imperium,[s] quod ante Memnoni dederat. 2. Anxium de instantibus curis agitabant etiam per somnum species im-

[m] *Tu, quem regia potestas tam cito mutavit, exemplo tuo posteros docebis, homines etiam suæ indolis oblivisci, cum se prospera fortuna efferri passi sunt.*

Mediol. Vet. 1474. Veron. aliæ: *nisi suam naturam;* Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. et Leid. *suam* omittunt. 'Modius maluit: *nisi etiam naturam.* Ego *suam*, quod a duobus codd. abest uncis inclusi.' *Schmieder.* Perizon. in Sanct. Minerv. p. 12. 1. non dubitat scripsisse Curtium: *nisi sua plerumque naturam fortuna corrumperet.* Ita quoque Bothe. Cuns. vero: *ni ipsam naturam, &c.* Mox Pith. *autem maxime;* Leid. *tunc cum maxime;* Fauch. et Bong. 1. 2. *cum maxime.*—18 Bong. 1. *expectet pœnas.* Bong. et Leid. *consilii mei.* Bong. 2. Pall. 1. 2. et Bas. *spreti ipse, &c.* omisso τῷ *is.* Mox Leid. Bas. Erasm. alii: *regni subito*, deleta particula *tam.* Nonnulli codd. Raderi: *etiam a natura desciscere.*—19 Dan. Put. Pith. et Fauch. *quibus imperatum erat;* Bong. 2. Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *erat.* Dan. Mer. Ald. Bas. Pal. 1. et Col. *subit regem;* Voss. 1. *subit pœnitentia regem.* Voss. 2. *ac v. d. confexus.* Bong. Leid. et Voss. 1. 2. *sepeliri eum jussit.*

1 Dan. Put. Pith. Bong. 1. 2. Mer. Leid. et Voss. 1. *Thimodes;* Ald. ex Arriano, ut videtur, *Thymondas;* Bas. Col. et Erasm. *Timodes;* Voss. 2. et Pal. 2. *Thimocles.* Ald. Bas. &c. *in queis;* sed codd. constantissime *quis.* Pal. 2. *haberet spei.* Mer. Bong. 2. et Pal. 2. *Pharnobaro;* Frob. Bas. Col. Leid. et Voss. 1. *Farnabazo;* Voss. 2. *Farnaboro.* Tell. *tradidit.* Put. Leid. et Voss. 1. 2. *quod antea Memnoni.*—2 *Anxium Dei instantibus* Dan. et Pall. 1. 2. *Anxium dein instantibus* conj. Heinsius. Frob. *agebant etiam.* Pal. 1. *ani-*

NOTÆ

[t] *Dixisse*] Charidemum; sed hæc Darii pœnitentia post cladem Issicam nata solum videtur.

[s] *Imperium*] Maris oræque maritimæ, cujus Satrapæ Sardibus in Lydia sedem habuere.

minentium rerum: sive illas ægritudo, sive divinatio animi præsagientis arcessit.[a] 3. Castra Alexandri magno ignis fulgore collucere ei visa sunt: et paulo post Alexander adduci ad ipsum in eo vestis habitu,[b] quo ipse fuisset: equo deinde per Babylonem vectus, subito cum ipso equo oculis esse subductus. 4. Ad hæc vates varia interpretatione curam[c] distrinxerant. Alii 'lætum id regi somnium esse' dicebant; 'quod castra hostium arsissent, quod Alexandrum, deposita regia veste, in Persico et vulgari habitu perductum esse vidisset.' 5. Quidam contra augurabantur: 'quippe illustria Macedonum castra visa[b] fulgorem Alexandro portendere: quem regnum Asiæ occupaturum esse, haud ambi-

[a] *Darium solicitum curis præsentium rerum etiam futuræ cladis imagines in somnis turbabant: sive solicitudo, sive vaticinatio mentis præsentientis futura, illas excitat.* [b] *Quæ igne fulgentia apparuerant.*

mi p. arcessit; Heumanno placuit *arcessiit.*—3 Bong. *fulgore conluere.* Leid. Venett. Mediol. Vet. 1474. Veron. Mer. Ald. Frob. Bas. et Col. *et p. p. Alexandrum.* Voss. 2. *adduci ad eum.* Modius: *in eo habitu*, omisso illo *vestis.* Ed. pr. Venett. Vet. 1474. Mediol. Rom. Mer. Ald. Frob. Bas. et Col. *quo ipse fuisset, cum appellatus esset rex: equo, &c.* Dan. Leid. et Voss. 1. *Babylonam;* Veron. Venett. Mer. Frob. Basil. et Col. *Babyloniam;* Voss. 2. *Babiloniam;* ceteri *Babylonem.* Pro *vectus*, quod habet Bong. *vectum* exhibent Venett. Veron. Mer. Frob. Bas. et Col. *victum* Pal. 1. *subductum* Venett. Veron. Dan. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Ald. Frob. Pall. 1. 2. et Col. *subjectum* Bas.—4 Voss. 2. Theocr. et vulgg. *distraxerant;* Mer. Pith. Frob. Bas. et Pall. 1. 2. *distraxerunt.* Mox pro *arsissent, quod* Scheff. mavult: *arsisse, et quod;* et pro *perductum esse*, quod habet Bong. Heinsius *perductum ad se;* Ald. Mer. Frob. Bas. et Col. *productum esse.*—5 *Quidam non ita aug.* Voss. 2. Ed. pr. Venett. Mediol. Vet. 1474. Veron. Rom. Ald. Colin. Gryph. Bas. Maitt. Amst. Amst. 1629. Tell. &c. *Quidam ita aug.* Pal. 1. *Quidam non aug.* Bong. Leid. et Voss. 1. *quippe industria* Bong. Pal. 2. et Voss. 1. *quippe interusta* Pal. 1. Mox Bong. Pall. 1. 2. Leid. et Voss. 1. *quodve regnum A. occupare habuisset, haud ambigua rei;* Mer. *quæ r. A. occupare habuissent: h. a. rei;* Ald. Bas. et Col. *quæ r. A. occupare habuisset, h. a. rei;* Voss. 2. *quemve r. A. occupare habuisse h. ambigue rei.* Acidalius legi vult: *occupaturum haud ambigue;* Shefferus: *quum regnum A. occupare* (i. e. in eo esse, ut occupet) *habu-*

NOTÆ

[b] *Habitu*] Vulgarem illum fuisse habitum cum mox addat, satis indicat non Ochi Regis fratre natum fuisse Darium, quod prodit Diodorus, sed ex Astanda, seu regio veredario, Regem esse factum, quod cum Strabone et Justino Plutarchus docet. Eodem pertinere videtur et illa pars somnii, quo Alexandrum veredarii habitu per Babylonem equo vectum videret.

[c] *Curam*] Darii solicitudinem auxerant, ipsius animum contrariis interpretationibus in varias distrahendo partes. Legunt alii *distraxerant*, quod non minus placet.

gere;[d] quoniam in eodem habitu Darius fuisset, cum appellatus est rex.' 6. Vetera quoque omina, ut fit, solicitudo revocaverat:[e] 'Darium enim in principio imperii vaginam acinacis[e] Persicam jussisse mutari in eam formam,[f] qua Græci uterentur; protinusque Chaldæos[g] interpretatos, imperium Persarum ad eos transiturum, quorum arma esset imitatus.' 7. Ceterum ipse et vatum responso,[h] quod edebatur in vulgus, et specie, quæ per somnum oblata erat, admodum lætus, castra ad Euphraten moveri jubet. 8. Patrio more Persarum traditum est, orto sole demum procedere, die jam illustri.[d] Signum e tabernaculo regis buccina[i] dabatur; super tabernaculum, unde ab omnibus

[c] *In mentem reduxerat.* [d] *Luce jam aperta.*

esse id haud ambiguæ rei.—6 Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Veron. aliæ vett. *omnia, ut fert sollicitudo revocaverant. Recensebant enim Darium in principio, &c.* Frob. Ald. Mer. *omina;* Voss. 1. *om'a;* Voss. 2. et Dan. *ut fere,* et in marg. *fert;* Mer. Bas. Pall. 1. 2. et Col. *ut fert;* Pith. *ut fieri solet;* Fauch. Bong. 1. et Leid. *ut fere.* Voss. 2. Mer. Frob. Bas. et Col. *revocaverant.* Bong. Pall. 1. 2. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Bas. et Col. *Recensebant enim Darium in pr.* Theocr. et Frob. *Rec. e. D. pr.* Lectio nostra Palmerio et Modio debetur. Pro *acinacis* Mer. *acynacis;* Pal. *armatis;* Col. *acinatis.* Pal. 2. *in eam fortunam.*—7 Pith. et Fauch. *et ipse et vatum;* Pal. 1. *ipse et natum.* Bas. et Col. *quod ædebatur.* Pal. 1. *et spe;* Pal. 2. *et speciem.* Voss. 1. *ad domum lætus.* Leid. *Euphratem;* Voss. 2. *Eufraten movere jubet.*—8 Nonnullæ edd. vett. *quod traditum est;* unde Acidalius conj. *Castra ad E. movere jubet, patrio m. P. quo t. est, orto s. d. procedere, die jam illustri. Signum e tabernaculo regis buccina dabatur: super, &c.* Bothe vero totum h. l. ita scribendum censet: *Ceterum ipse nec specie, quæ per somnum oblata erat, nec vatum responso, quod*

NOTÆ

[d] *Haud ambigere*] Ipsos vates minime dubitare quin, &c. nisi malis cum Acidalio legere: *haud ambigue.*

[e] *Acinacis*] Acinaces Persis usitatum ensis genus a fine modice reflexi; quem non longum fuisse Josephus indicat Antiq. lib. XX. cap. 7. nisi forte alio Parthi, alio veteres Persæ utebantur.

[f] *In eam formam*] Non multum igitur absimilem fuisse necesse est Græco gladio Persicum acinacem, quando utrique vagina eadem aptari potuit. Atqui Darius post pugnam Issicam gladios hastasque majores fabricari jussit, teste Diodoro; ratus ea de causa vicisse Macedonas quod longioribus uterentur. 'Formam' igitur crediderim cum Freinshemio hic sumi pro exteriori vaginæ specie atque ornatu.

[g] *Chaldæos*] Chaldæi Babyloniorum sapientes, somniorum interpretatione præsertim, atque inspectione stellarum futura vaticinari soliti.

[h] *Vatum responso*] In eam scilicet partem interpretantium, quæ Dario favere videbatur.

[i] *Buccina*] Buccina incurva, aut etiam in sese æreo circulo reflexa;

conspici posset, imago Solis[j] crystallo inclusa fulgebat. 9. Ordo autem agminis erat talis: Ignis,[k] quem ipsi 'sacrum' et 'æternum' vocabant, argenteis altaribus præferebatur. Magi[l] proximi patrium carmen canebant. 10. Magos trecenti et sexaginta quinque juvenes sequebantur, puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero: quippe Persis quoque in totidem[m] dies descriptus est annus. 11. Currum[n] deinde Jovi sacratum albentes vehebant equi: hos eximiæ magnitudinis 'equus,' quem 'Solis' appellabant, sequebatur: aureæ virgæ et albæ vestes regentes equos adornabant. 12. Haud procul erant vehicula decem, multo auro argentoque cælata. Sequebatur hæc equitatus duodecim gentium, variis armis et moribus.

---

edebatur in vulgus, admodum lætus castra ad E. moveri jubet. Patrio more, &c. Pro *procedere: die*, quod habet Beng. *procedente die* exhibent Voss. 2. Elz. Mer. Ald. Bas. Pall. 1. 2. et Col. *Bucina dabatur* Leid. Voss. 1. et Dan. Mox pro *posset* Dan. et Pall. 1. 2. *possit.* Leid. et Voss. 1. 2. *cristallo.*—10 Leid. Dan. Mer. Beng. 2. Bas. Pall. 1. 2. 3. et Col. *puniceis amiculis.* Voss. 2. *in totidem diebus.*—11 'Fuit cum existimarem legendum esse: *Currum deinde Soli sacratum*, ex Justino I. 10. 5.' *Freinsh.* 'Glossema puto *equus.*' Bothe.—12 Beng. *Aut procul.* Voss. 2. *comitatus* pro *equitatus.*—13 Nonnulli codd.

NOTÆ

tuba directa. Quanquam sæpe confunduntur.

[j] *Imago Solis*] Ex auro, ut credibile est, quod repercussis solis radiis speciem veri solis haberet, signumque profectionis esset iis, qui buccinam propter fremitum exaudire non potuissent.

[k] *Ignis*] Ignem a Persis pro Deo habitum, pariter ut Solem, nemo nescit. Ejus perpetuo alendi cura Magis credita, unde æternum dixere. Mortuo tamen Rege extinguebatur. Diod. Sic. lib. XVII. Hunc ignis alendi morem Romani quoque imitati.

[l] *Magi*] Persarum sapientes iidem atque sacrorum antistites. Sed hoc sectæ proprium nomen præstigiatoribus deinde omnibus ac maleficis commune effecit pessimarum artium usus, quas Magorum plerique traditas a Zoroastre coluerunt; unde Magicæ artes appellatæ.

[m] *In totidem*] At non illi perinde ut Romani quarto quoque anno diem unum, quem bissextilem dicimus, intercalare consueverant; sed, ut apud Ægyptios, expleto quadriennio anni caput diem unum in anno Juliano anticipabat; et in annis 1641. dies illius pervagatus omnes, pristinam ad Epocham redibat. Petav. de Doctrina Temp. lib. II. et lib. VII. cap. 17.

[n] *Currum*] Et hoc patrio Regum Persarum more, cujus auctor fuisse Cyrus scribitur a Xenophonte, nunquam ut prodirent in publicum, nisi curribus Solis atque Jovis præeuntibus. Albis equis vehi, summi apud veteres honoris argumentum.

13. Proximi ibant quos Persæ 'Immortales'[o] vocant; ad decem millia: cultus opulentiæ barbaræ non alios magis honestabat: illi aureos torques, illi vestem auro distinctam habebant, manicatasque[p] tunicas, gemmis etiam adornatas. 14. Exiguo intervallo, quos 'cognatos regis'[q] appellant, decem et quinque millia hominum. Hæc vero turba, muliebriter propemodum culta,[s] luxu magis quam decoris armis conspicua erat. 15. 'Doryphori'[r] vocabantur proximum his agmen, soliti vestem excipere regalem, hi currum regis antcibant, quo ipse eminens vehebatur. 16. Utrumque currus latus Deorum simulacra ex auro argentoque expressa decorabant: distinguebant internitentes gemmæ jugum; ex quo eminebant duo aurea simulacra cubitalia,

[s] *Vestita fere mulierum more.*

immortales. Voss. 1. 2. et Leid. *decem milia.* Leid. *opulentiæ barbarettæ*, vel *barbaricæ.*—14 Leid. *quos c. r. appellabant.*—15 Bong. Voss. 1. et Leid. *Doryphoræ;* Pal. 1. *Doriferæ;* Mer. *Diriphoræ;* Voss. 2. *Dorifore;* Frob. Col. et Amst. *Doriphori.* Pal. 2. *vocabatur.* Mer. *vestem accipere.* Mox Voss. 1. *antehibant.*—16 Pal. 2. omittit *internitentes*, relicto vacuo spatio; Frob. Elz. Bas. et Col. *intervenientes.* Voss. 2. non habet *cubitalia.* Dan. Pall. 1. 2.

NOTÆ

[o] *Immortales*] Erant hi Persici roboris exercitus, ex fortissimis ac nobilissimis quibusque conflatum, quos idcirco Immortales vocitabant, quia seu vulnere seu morbo pereuntibus novi continuo succedebant, nusquam imminuto decem millium numero.

[p] *Manicatas*] Pertinet hoc ad luxum et mollitiem Persarum, cum sint alioqui parum aptæ militibus manuleatæ tunicæ; certe apud Romanos veteres flagitii loco erat si quis manicatus incederet; postmodum tamen inclinante jam Rep. mutatisque moribus, probro ducebatur, si quis honeste loco natus non manicata tunica usus esset.

[q] *Cognatos regis*] Vix est ut quis credat tantam cognatorum multitudinem Dario esse potuisse. Itaque Brissonio valde assentior, nomen hoc non generis, sed honoris fuisse, neque cognatos extitisse reipsa, sed pro cognatis habitos. Nec tamen nullos fuisse putaverim in tanta multitudine Regis consanguineos, cum ipse Curtius paulo infra ducentos alios 'propinquorum nobilissimos,' ad utrumque regii currus latus collocarit, quos utique propinquorum nobilissimos non diceret, si præter eos propinqui forent nulli.

[r] *Doryphori*] Sic dicti quasi Hastigeri, a δόρυ et φέρω: iidem et 'Melophori,' quod aurea mala hastis præfixa haberent. Legebantur illi ex toto Immortalium numero, proximi Regi satellites.

quorum alterum Nini,[s] alterum Beli gerebat effigiem. Inter hæc auream aquilam pinnas extendenti similem sacraverant. 17. Cultus regis inter omnia luxuria notabatur:[f] purpureæ tunicæ medium albo intextum erat: 18. pallam auro distinctam aurei accipitres, velut rostris inter se corruerent,[g] adornabant, et zona aurea muliebriter cinctus acinacem suspenderat, cui ex gemma erat vagina. 19. 'Cidarim'[t] Persæ regium capitis vocabant insigne; hoc cærulea fascia albo distincta circumibat. 20. Currum decem millia hastatorum sequebantur: hastas argento exornatas, spicula[u] auro præfixa gestabant. 21. Dextra lævaque regem ducenti ferme nobilissimi propinquorum comitabantur. Horum agmen claudebatur triginta millibus peditum, quos equi regis quadringenti sequebantur. 22. Intervallo

f Luxu notabilis erat supra cetera ornatus Darii.
g Quasi rostro se invicem appeterent.

Leid. et Voss. 1. 2. *alter in alterutrum belli*; Mer. Frob. Bas. Lugd. Col. et Amst. *alter in alterum belli*; alii: *alterum in alterum belli*; Ald. Amst. 1639. 1688. aliæ: *alterum pacis, alterum belli*; Theocr. *alterum murus alterum belli speciem gerebat*; margo ed. Gryph. ap. Schmieder. *alterum Mortis*. Ed. Augustina: *gerebant*; Leid. Dan. et Pal. 2. omittunt: *gerebat effigiem*. Nomina *Nini* et *Beli*, quorum hic princeps Deorum Babyloniæ, ille conditor regni Assyriorum fuit, debes Scaligero in Add. ad Emend. Temp. p. 751. Mox Dan. Put. Mer. Pith. Ald. Fauch. et Bong. 2. *pennas*; Pal. 1. 2. et Voss. *plumas*.—17 Dan. Leid. et Voss. 1. *luxoris*; unde Heinsius conjectabat *luxuriosa*. Vulgg. *medium album intextum*. Cellar. cum Salmas. Exercit. Plin. p. 497. scribit: *medium albo intextum*; sic etiam habet Leid. agnoscente Heinsio.—18 Bong. *aurei anciptires*. Dan. Ald. Pall. 1. 2. Leid. et Voss. 1. 2. *concurrerent*. Schefferus mavult: *e zona cinctus, &c.* Pal. 2. *cinctus acinacem expenderat*. Leid. et Voss. 1. *vagina erat*.—19 Pal. 1. *Ciclarim*; vulgo *Cydarim*. Bong. *capitis regium*; Leid. et Voss. 1. *vocabant capitis regium*. Freinshemius vult *vocant*, improbante Scheffero. 'In marg. ed. Gryph. bene conj. *vocant*.' Schmieder. Lipsius ad Tacit. Ann. VI. 37. hæc: *hoc cærula fascia, &c.* sana esse negat. Vide Not. Var.—20 Voss. 2. *argenteo exornatas spiculo, &c.* Pal. 2. *præfixas*, subdito literæ *s* puncto.—21 Bong. 2. *triginta peditum millibus*; Bong. 1. omittit *peditum*.—22 *Intervallo* deest in Pal. 1.

NOTÆ

[s] *Alterum Nini*] Sic egregie a Scaligero emendatum, cujus conjecturam et sensus probat, et ipsa veterum librorum scriptura adjuvat. Belus idem qui Nemrod Babylonici, Ninus Assyrii regni conditor, quo ex utroque Persicum coaluerat.

[t] *Cidarim*] Cidaris seu tiara Regum Persicorum propria, superne in mucronem turbinata desinebat: cæteri reflexo in frontem apice gestabant.

[u] *Spicula*] Hastis præfixa erant spicula aurea, vel inaurata.

deinde unius stadii [v] matrem Darii Sysigambim currus vehebat: et in alio erat conjux: turba fœminarum reginas comitantium equis vectabatur. 23. Quindecim inde, quas 'armamaxas' [w] appellant, sequebantur: in his erant liberi regis et qui educabant eos, spadonumque grex, haud sane illis gentibus vilis. 24. Tum regiæ pellices trecentæ sexaginta vehebantur, et ipsæ regali cultu [x] ornatuque. Post quas pecuniam regis sexcenti muli et trecenti cameli vehebant; præsidio sagittariorum prosequente. 25. Propinquorum amicorumque conjuges huic agmini proximæ; lixarumque et calonum greges vehebantur. Ultimi erant cum suis quisque ducibus, qui cogerent agmen, leviter armati.[a] 26. Contra si quis aciem Macedonum intueretur, dispar facies erat: equis virisque non auro, non discolori veste, sed ferro atque ære fulgentibus. 27. Agmen et stare paratum et sequi: nec turba, nec sarcinis prægrave: intentum ad ducis non signum modo, sed etiam nutum; et castris

[a] *Postremi ibant levis armaturæ milites, ut agmen urgerent, ac dilabi prohiberent.*

Sisimgambim exhibet Pith. *Sisigambim* Leid. et Voss. passim. Ap. Diodor. Sic. XVII. p. 581. *Σισύγαμβις* vocatur. Mox Mer. *vectabantur.*—23 Leid. Voss. 1. Bong. Mer. Col. et Pal. 2. *armaxanes;* Pal. 1. *armanaxes;* Voss. 2. *armanexas.* Leid. Voss. 1. 2. Ald. Lugd. et Amst. *appellabant.* Leid. *qui educebant,* omisso *τῷ et;* Voss. 1. et Ald. *educebant;* Dan. *ducabant,* superscripto *e;* alii: *quæ educabant.*—24 *Tunc* Bong. *pelices* Leid. et Voss. 1. 2. *et sexaginta* Bong. et Leid. *et ipse* Bong. 1. et Bas. *et ipsi* Bong. 2. Mox Pal. 1. *sagiptariorum pro sequente;* Mer. Ald. Bas. et Col. *sagittariorum persequente.* —25 Voss. 1. *huic agmini proxime.* 'Omnis locus Heumanno sic videtur legendus: *Prop. a. c. h. a. proximæ vehebantur. Lixarum et calonum greges ultimi erant, &c.* Debebat pergere: *cumque suis quisque ducibus, q. c. a. leviter armati.* Sed non persuadeor.' *Schmieder.*—26 Ed. pr. Venett. Mediol. Veron. Rom. Vet. 1474. Ald. ceteræ: *dispar acies erat;* et ita scripti codd. 'Lego *dispar facies erat* cum Scheffero et Burmanno.' *Schmieder.* His etiam consentit Heumannus. Cf. IV. 13. 28. Pal. 2. *viris non auro;* Voss. 2. *virisque non aureo;* Vulgg. *virisque non aurea.*—27 Dan. et Leid. *subpetebat.*—28 Voss.

NOTÆ

[v] *Stadii*] Stadium passus continet centum viginti quinque. Ab *ἵστημι, sto,* ductum est *στάδιον,* quod Hercules, ut ferunt, simile spatium pedibus uno spiritu emensus, constiterit. Inde factum ut athletarum Olympicorum curriculum stadio definitum fuerit.

[w] *Armamaxas*] Lecticæ opertæ genus, quo Persarum fœminæ vectari solitæ.

[x] *Regali cultu*] Uno scilicet diademate Regis uxor a pellicibus distinguebatur.

locus, et exercitui commeatus suppetebant. 28. Ergo Alexandro in acie miles non defuit. Darius, tantæ multitudinis rex, loci, in quo pugnavit, angustiis redactus est ad paucitatem, quam in hoste contemserat.

IV. 1. Interea Alexander, Abistamenes[a] Cappadociæ præposito, Ciliciam petens cum omnibus copiis, regionem, quæ 'castra Cyri' appellatur, pervenerat; stativa ibi habuerat Cyrus,[b] cum adversum Crœsum in Lydiam[c] duceret. 2. Aberat ea regio quinquaginta stadia ab aditu, quo Ciliciam intramus: 'Pylas' incolæ dicunt arctissimas fauces, munimenta, quæ manu ponimus, naturali situ imitante. 3. Igitur Arsanes, qui Ciliciæ præerat, reputans

---

2. *miles in acie.* Amst. 1629. 1688. aliæ vett. *Darius autem tantæ, &c.* Voss. 2. *angustiæ.*

1 *Abistamenes Capadociæ* Leid. *Abbistamene Cappadociæ* Voss. 1. *ab Istamene C.* Voss. 2. *ab Histamene Capadocie* Dan. *ab Histamene Cappadocie* Bong. *Aristamene Cappadociæ* Ald. et Bas. *Cappadocie* non habetur in Col. Gronov. ad Arrian. II. 4. 2. Curtium reliquisse putat: *Interea Abicta magnæ Cappadociæ, &c.* Vide Strab. XII. p. 534. *iciam petens* Dan. *Lyciam petens* Venett. Mediol. Veron. et Mer. *ciam petens* Pith. *etiam petens* Fauch. Bong. 2. et Voss. 1. *liciam petens* Pall. 1. 2. *ciam petens* Bong. 1. superscripto *cili.* Theocr. Venett. Mediol. Veron. et alii nonnulli codd. *in regionem;* sed τὸ *in* non agnoscunt Dan. Mer. Frob. Bas. Pall. 1. 2. Leid. Voss. 1. 2. et edd. recentt. *appellant* Mer. et Col. *appellantur* Bas. et Erasm. *pervenerat* deest in Dan. et Pall. 1. 2. Mox Venett. Mediol. Veron. Rom. Vet. 1474. Bas. Argent. Ald. Colin. Gryph. Erasm. Maitt. ceteri: *in Lydiam exercitum duceret;* Voss. 1. 2. *in Iidiam duceret;* Dan. Pall. 1. 2. Leid. et edd. post Freinsh. *in Lydiam duceret.*—2 Leid. *quinquaginta stadiis.* Voss. 2. *ab eo aditu quo, &c.* Voss. 1. *Cyliciam.* Voss. 1. 2. *Pilas.*—3 Multi codd. cum

NOTÆ

[a] *Abistamene*] Sabactem Arrianus eum appellat, quem Alexander Cappadociæ parti a se domitæ præfecit; neque enim occupavit totam, et illa ipsa quam occupavit non diu in fide mansit.

[b] *Cyrus*] Hic potior omnibus visa Arriani sententia, Cyrum, cujus hoc loco stativa ponit Curtius, Minorem appellantis, eum videlicet qui cum fratre Artaxerxe Mnemone de regno Persico dimicavit. Neque enim Cyrus Major, dum adversus Crœsum Lydiam peteret, hac iter habuisse usquam legitur; Minor autem ex eadem Cappadocia Ciliciam petens, antequam eadem fauces, quas hic Alexander, intraret, castra in planitie habuisse scribitur a Xenophonte. Cyrus Persarum Rex primus Crœsum Lydorum Regem ultimum quomodo vicerit, vide Justin. lib. 1.

[c] *Lydiam*] Asiæ proprie dictæ regio fuit Mediterranea, inter Phrygiam Majorem ab Ortu ac Septentrione; Mysiam, Æolidem, et Ioniam ab Occasu; et Cariam a Meridie. Ejus fluvii celebres Hermus et Pactolus, ad quem urbs regia Sardis. Lydorum imperium a Cyro eversum totam eis Halyn fluvium regionem Asiæ complectebatur. Lib. IV. cap. 5.

quid initio belli Memnon suasisset, quondam salubre consilium sero exequi statuit: igni ferroque Ciliciam vastat, ut hosti solitudinem faciat: quicquid usui esse potest, corrumpit; sterile ac nudum solum, quod tueri nequibat, relicturus. 4. Sed longe utilius fuit, angustias aditus, qui Ciliciam aperit, valido occupare præsidio, jugumque opportune itineri imminens obtinere; unde inultus subeuntem aut prohibere aut opprimere hostem potuisset.[a] 5. Nunc paucis, qui callibus præsiderent, relictis, retro ipse concessit, populator terræ, quam a populationibus vindicare debuerat. Ergo, qui relicti erant, proditos se rati, ne conspectum quidem hostis sustinere valuerunt; cum vel pauciores locum obtinere potuissent. 6. Namque perpetuo jugo montis asperi ac prærupti Cilicia includitur: quod cum a mari surgat, veluti sinu quodam flexuque curvatum, rursus altero cornu in diversum littus excurrit.[b] 7. Per hoc dorsum, qua maxime[d] introrsum mari cedit,[c] asperi tres

[a] *Occupare impendentem viæ montem, ex quo impune hostem arcere, aut obruere potuisset ascendentem.*

[b] *Altero extremo partem ejusdem littoris longe distantem attingit.*

[c] *Qua longius intra terras a mari recedit.*

Voss. 1. Ald. et aliis vett. *Arsames*, ut ap. Eusebium, Arrianum, et Æschylum in Prolog. Pers. *Arsemes* Leid. *Aroanes* Freinsh. Cellar. Tell. Pitisc. Scheff. Snak. Barb. Maitt. Bip. Cunze, et Bothe. Et ita scribitur ap. Herod. 1. 189. *quid in initio Memno suasisset* Pall. 1. 2. et Pith. *quid in initio belli Memno suasisset* Bong. 2. Leid. et Voss. 1. *quid in initio Memno statuisset* Pal. 2. *quod initio Memno suasisset* Bong. 1. *quoddam salubre consilium* Veron. Mox Leid. et Voss. 2. *potest esse.*—4 Pal. 2. *angustum aditum*, et in marg. *angustias aidtum.* Leid. *opportuna itineri;* Voss. 1. *eportune itineri.* Col. *in vultus* pro *inultus.* Col. et Frob. *subeuntem prohibere;* Pal. *subeuntem hostem aut perhibere aut o. potuisset;* alii: *sub h. aut prohibere aut o. p.*—5 *Nam paucis* Pal. 1. *Tunc* vel *Tum* in aliis; *Hic paucis* Theocr. *qui collibus* Pal. 1. *popolationibus* Leid. *populatoribus* Voss. 2. præpositio *a* deest in Mer. Bas. Pall. 1. 2. et Col. *vindicare debebat* Leid. et Voss. 2. *v. debebant* Voss. 1. Mox Dan. Pith. Fauch. Bong. 1. 2. Pall. 1. 2. et Leid. *nec conspectum;* Mer. Ald. Bas. et Col. *nec aspectum;* Frob. *ne aspectum.* Leid. et Voss. 2. *sustinere valuerunt;* Voss. 1. *s. valuere.* Voss. 2. *obtinere non potuissent;* multi codd. *optinere.*—6 Bong. Leid. et Voss. 1. *a mari adsurgat;* Theocr. et Voss. 2. *a m. assurgat.* Mer. *flexuque;* Dan. *rursus altero*, et a m. sec. correctus *rursus.*—7 Leid. Voss. 1. 2. Dan. Fauch. et Pall. 1. 2. *introrsus mari cedit;* Pith. *mari cedit in-*

NOTÆ

[d] *Qua maxime*] Atqui et Amanicæ et Syriæ portæ ad mare pertinent, ut ex Strabone liquet, ad utrasque stationem navium esse affirmante, lib. XIV.

aditus[e] et perangusti sunt: quorum uno Cilicia intranda est, campestris eadem, qua vergit ad mare, planitiem ejus crebris distinguentibus rivis: Pyramus[f] et Cydnus incluti amnes fluunt. 8. Cydnus non spatio[g] aquarum, sed liquore memorabilis:[d] quippe leni tractu[c] e fontibus labens, puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt, qui placide[h] manantis alveum turbent. 9. Itaque incorruptus idemque frigidissimus, quippe multa riparum amœnitate inumbratus,[f] ubique fontibus suis similis in mare evadit. 10. Multa in ea regione monumenta, vulgata carminibus, vetustas exederat. Monstrabantur urbium sedes, Lyrnessi[i] et Thebes;

[d] *Non latitudine alvei, sed limpitudine aquarum insignis.*
[c] *Placido cursu.*
[f] *Umbra arborum ripis imminentium ad amœnitatem tectus.*

trorsus. Leid. *quæ vergit.* Mer. *Pyrrhamus;* Voss. 2. *Piramus;* Pal. 2. *Cygnus.* Pro *fluunt* Heinsius mavult *defluunt.*—8 Pall. 1. 2. *manantem alveum.*—9 *Itaque corruptus* Pal. 2. *Itaque incorruptis idemque frigidissimis* Leid. *multarum riparum amenitudine* Voss. 2.—10 Mer. *vetustis exederat.* Voss. 2. *Monstrabatur.* Leid. *Lirnesi et Thebes Thypontis q. s. et Corycium;* Voss. 2. *Lerniesi et cebesti pontis q. s. et corithium;* Dan. Put. Pith. et Fauch. *Lirnesi et Thebesti: pontis quoque s. et C.* Mer. *Urnesi et Cebesti montis q. s. et Coryci;* Frob. Bas. et Col. *Lyrnessi et Cebeste, sp. quoque et C.* Ald. *Lyrnesi et Cebesti, sp. q. et C.* Pal. 1. *Lirnesi et Tebesti: pontis q. s. et Corycium;* Pal. 2.

NOTÆ

[e] *Tres aditus*] Primus a Septemtrione, quem Alexander ex Cappadocia veniens occupasse supra dicitur; alius quo versus Orientem exitur, per Amanum montem, unde 'Amanicæ pylæ;' tertius ultra Issum, per quem Syria versus Austrum aditur, 'Ciliciæ' vel 'Syriæ portæ.' Strabo ibid.

[f] *Pyramus*] Pyramus, hodie *Malmistra,* oritur ex Cataoniæ campis, transit in Ciliciam per Tauri montis angustias, multâque admiratione digna habet. Vide Strabonem lib. XII. Cydnus ex Tauro monte nascitur, vel, ut alii volunt, renascitur. Turci *Carasu* vocitant.

[g] *Non spatio*] Tamen Xenophon duo jugera latum asserit, hoc est 250. pedes; nisi forte tunc intumuerat, quod ei verno tempore solutis nivibus contingere Solinus tradit. Strabo ibid.

[h] *Placide*] Atqui Strabo rapidissimum vocat.

[i] *Lyrnessi*] Duplex hoc loco error Curtii. Primum enim Lyrnessum et Thebeu Ciliciæ tribuit, quas in Pamphylia versus Lyciam Strabo collocat lib. XIV. Deinde vocat 'monumenta carminibus' (utique Homeri) 'vulgata;' quo pacto utramque confundit cum aliis ejusdem nominis urbibus in Troade ab Achille deletis, quarum incolæ in Pamphyliam profugi istas patriæ suæ cognomines condiderunt.

Typhonis[j] quoque specus et Corycium[k] nemus, ubi crocum gignitur; ceteraque, in quibus nihil præter famam duraverat. 11. Alexander fauces jugi, quæ 'Pylæ'[l] appellantur, intravit. Contemplatus locorum situs, non alias magis dicitur admiratus esse felicitatem suam: 'obrui potuisse vel saxis' confitebatur, 'si fuissent, qui in subeuntes propellerent.' 12. Iter vix quaternos capiebat armatos: dorsum montis imminebat viæ, non angustæ modo, sed plerumque præruptæ, crebris oberrantibus rivis, qui ex radicibus montium manant. 13. Thracas[m] tamen leviter armatos 'præcedere' jusserat, 'scrutarique calles, ne occultus hostis in subeuntes erumperet;' sagittariorum quoque manus occupaverat jugum; intentos arcus habebant, moniti, 'non iter ipsos inire, sed prælium.' 14. Hoc modo agmen per-

Lirnesi et Thebesthi: pontis quos pecus Corintium; Bong. 1. et Voss. 1. *Lirnesi et Thebesti: pontis quoque sp. coruitium.*—11 Dan. Pith. Put. Bong. 2. Leid. et Voss. 1. *quod Pylæ;* Voss. 2. *quæ phile appellatur.* Voss. 2. et Ald. *locorum situm.* Mox verbum *confitebatur* Freinshemio videtur glossema; Curtius enim illud omittere solet. Bong. *qui subeuntes;* Bas. *qui vi subeuntes;* Pal. 1. *qui sub. perpellerent;* Voss. 2. *qui sub. percellerent.*—13 *Trachas* Bong. Leid. et Voss. *scrutarique colles* Pal. 1. *ne occultis* Leid. *manibus occupaverat* Mer. *manus occupabat* Pal. 1. Freinshemius conj. *manu occupaverat.* Pal. 1. *rati* pro *moniti.* Mer. Fauch. Bong. 1. *inter ipsos.*—14 Ed. Col. quam Schragius vidit:

NOTÆ

[j] *Typhonis*] Typhonem poëtæ Gigantum in numero reponunt, quem a Jove ictum fulmine et imposito monte oppressum expirare ignes, ut Enceladum aliosque, fabulantur. Ex eo nata fingendi occasio, quod spiritus ex intimis montium visceribus antrisque erumpentes terram agitent, quandoque et ignes accendant: τύφων enim Græcis *procellosum turbinem* significat.

[k] *Corycium*] Corycus Ciliciæ promontorium cum oppido cognomine ad ejus radicem. Supra urbem viginti a mari stadiis, ubi maxima est Coryci altitudo, in profundissimam seu convallem, seu cavernam dixeris, mons ipse dehiscit, quam crebris asperam saxis, virgultisque consitam, 'Corycium nemus' appellant, ubi crocum gignitur optimum. Per imam ejus partem aditus est ad Typhonis antrum longo et obscuro recessu terribile, in quo demissa omnia confestim exanimari tradunt. Plura vide apud Strab. lib. XIV. et Salmas. ad Solini cap. 38.

[l] *Pylæ*] Id est, portæ, ut supra cap. 4.

[m] *Thracas*] Thracia, cujus incolæ Thraces appellati sunt, a Meridie Macedoniam et Ægæi maris partem attingit, ab Oriente Hellespontum, Propontidem, et Bosphorum, a Septemtrione Mœsiam, ab Occidente montem Hæmum. Hodie *Romaniam* dicunt; in qua Constantinopolis, olim Byzantium.

venit ad urbem Tarson,[a] cui tum maxime Persae subjiciebant ignem: ne opulentum oppidum hostis invaderet. 15. At ille, Parmenione[c] ad inhibendum incendium cum expedita manu praemisso, postquam barbaros adventu suorum fugatos esse cognovit, urbem a se conservatam intrat.

v. 1. Mediam Cydnus amnis, de quo paulo ante dictum est, interfluit, et tunc aestas erat, cujus calor non aliam magis quam Ciliciae[a] oram vapore solis accendit: et diei fervidissimum tempus coeperat; 2. pulvere ac sudore simul perfusum regem invitavit liquor fluminis, ut calidum adhuc corpus ablueret. Itaque veste deposita in conspectu agminis; decorum quoque futurum ratus, si ostendisset suis levi ac parabili cultu corporis[a b] se esse contentum; descendit in flumen: 3. vixque ingressi[c] subito horrore artus ri-

[a] *Exigua et vulgari cura corporis.*

---

tum cum maxime. Leid. et Voss. *subiciebat ignem.* Vide Not. Var.—15 Leid. et Voss. 1. 2. *Permenione;* alii: *Parmanione.* Mox nonnulli codd. *esse cognoverat.*

1 Voss. 2. *Cidnus.* Voss. 2. *tunc aestas,* omisso τῷ *et.* Bong. Leid. et Voss. 1. *tempus exceperat.*—2 Leid. et Voss. 1. 2. *pulvere simul ac sudore;* Bong. *pulvere et sudore simul.* Mox pro *ratus* Dan. *raptus,* sed deleta litera *p.* Voss. 2. *et parabili.* Leid. *contemptum.*—3 Leid. *vixque ingresso.* Pal. 1. et Ald. *hor-*

NOTÆ

[a] *Tarson*] Fuit urbs illa Ciliciae caput, cujus conditorem Tharsum Japheti nepotem facit Josephus, Perseum vel Sardanapalum Solinus, Argivos Triptolemi comites Strabo lib. XVI. Credibile, quod ait Guill. Tyrius, a Tarso primum fundatam cognominatamque; ab aliis vel instauratam, vel amplificatam. Academiam habuit Strabone teste, quae Athenas et Alexandriam superaret. Ex ea prodierunt nobiles Stoici. Nulla re tamen clarior, quam quod Paulum gentium Doctorem orbi dedit.

[c] *Parmenione*] Hic inter Alexandri duces nobilissimus, cujus saepe recurret mentio.

[a] *Quam Ciliciae*] Aestatis in Cilicia fervidissimae caniculam affert Solinus, quod Tauro monti ad Meridiem tota subjecta sit, cujus objectu repercussi Solis radii ardorem congeminant. Atque hoc in reliqua ferme Asia observatur, quam Taurus ita dividit totam, ut qua Meridiem respicit, sole instinet; qua Septemtrionem, frigore horreat.

[b] *Cultu corporis*] Hic 'cultum corporis' cum Freinshemio interpretamur, 'curam' sive 'curationem corporis,' non 'ornatum' ac 'vestitum,' quem ut ostenderet, nihil opus erat in conspectu agminis se exuere.

[c] *Vixque ingressi*] Insinuante se in apertos meatus corporis aqua frigidissima, et calore ad intima se reci-

gere coeperunt: pallor deinde suffusus est, et totum propemodum corpus vitalis calor reliquit. 4. Expiranti similem ministri manu excipiunt, nec satis compotem mentis in tabernaculum deferunt. Ingens solicitudo et pæne jam luctus in castris erat. 5. Flentes querebantur, 'in tanto impetu cursuque rerum,[b] omnis ætatis ac memoriæ clarissimum regem, non in acie saltem, non ab hoste dejectum; sed abluentem aqua corpus, ereptum esse et extinctum. 6. Instare[d] Darium, victorem, antequam vidisset hostem; sibi easdem terras, quas victores peragrassent, repetendas: omnia aut ipsos aut hostes populatos per vastas solitudines, etiamsi nemo insequi velit, euntes fame atque inopia debellari posse. 7. Quem signum daturum fugientibus? quem ausurum Alexandro succedere? Jam ut ad Hellespontum fuga penetrarent,[e] classem,[e] qua transecat, quem præparaturum?' 8. Rursus in ipsum regem misericordia versa; 'illum florem juventæ, illam vim animi, eundem regem et commilitonem, divelli a se et abrumpi,' immemores

[b] *In tam præcipiti rerum secundarum cursu.*
[e] *Deinde quamvis ad Hellespontum fugiendo pervenirent.*

---

rore arctus. Mer. *fusus pro suffusus.* Heinsius legi jubet: *pallore deinde suffusum os est.* Voss. 1. *calor liquit.*—4 Heinsius conj. *pene par luctus.*—5 Leid. *querebantur.* Venett. Veron. et Mer. *victum* pro *dejectum*; Bong. 1. *deictum.* —6 Bong. Leid. et Voss. 1. *quas victoria peragrassent*; unde Schefferus.: *quas victoria peragrassent, fuga repetendas.*—7 Pith. non agnoscit τὸ *succedere.* 'Scribo *penetrarint*, quia sequitur *qua transecant*, non *qua transirent.*' Bothe.—8 *Rursus* Dan. correcto a m. sec. *Rursus*; Voss. 2. *Rursum.* Pro *abrumpi*, (quod exhibent Leid. Voss. 1. 2. et Theocr. et Snakenburgio ita placuit, ut in textum receperit,) *arripi*, vel *abripi*, servant edd. vett. cum Ald. Colin.

NOTÆ

piente, obriguerunt subito nervi, totumque corpus horrore quati, atque contremiscere cœpit. Est apud Arrianum, qui morbi causam ad nimium itineris laborem referat: utrumque simul contigisse facile potest, ut et labor nimius et intempestiva lavatio nocuerint.

[d] *Instare*] Quippe, ut infra Curtius, 'intra quintum diem in Ciliciam fore nuntiabatur,' sed falso; amplius enim quam duos menses hinc ad pugnam Issicam, quæ Darii adventum in Ciliciam exiguo intervallo secuta est, ablisse inferius ostendemus ad cap. 13.

[e] *Classem*] Alexander, victis ad Granicum Persis, classem qua milites in Asiam trajecerat, in Græciam remisit, ficta causa, quod res magnorum esset sumtuum; re vera ut omnem suis fugiendi spem adimeret.

sui[d] querebantur. 9. Inter hæc liberius meare spiritus cœperat:[e] allevabat rex oculos, et paulatim redeunte animo circumstantes amicos agnoverat: laxataque vis morbi ob hoc solum videbatur, quia magnitudinem mali sentiebat. 10. Animum autem ægritudo corporis urgebat;[f] quippe 'Darium quinto die in Ciliciam[f] fore' nunciabatur, 'vinctum ergo se tradi, et tantam victoriam eripi sibi e manibus, obscuraque et ignobili morte in tabernaculo suo extingui se' querebatur. 11. Admissisque amicis pariter et medicis, 'In quo me,' inquit, 'articulo rerum mearum fortuna deprehenderit,[g] cernitis. Strepitum hostilium armorum exaudire mihi videor, et qui ultro intuli bellum, jam provocor.[h] 12. Darius ergo cum tam superbas literas[g] scriberet, fortunam meam in consilio habuit?[i] sed nequicquam, si mihi arbitrio meo curari licet. 13. Lenta remedia et segnes

[d] *Obliti sui ipsorum.* [e] *Respiratio liberior esse cœperat.*
[f] *Mentis anxietas ipsi corpori nocebat.*
[g] *In quo rerum mearum statu adversa fortuna me interceperit.*
[h] *Ego qui prior sum aggressus Darium, nunc ab eo lacessor.*
[i] *Sociam et adjutricem consiliorum habuit.*

Gryph. Bas. Lugd. Freinsh. Cellar. Pitisc. Scheff. Cunze, et Bothe: *abrumpi* etiam Modio, Radero, Freinshemio, allis placuit; idque receperunt Barb. et Bip.—9 Bong. 1. *meare spem cœperat.* Voss. 2. *allevabatque rex.* Mer. laxaque; Leid. *lataque.* Dan. Pal. 1. Leid. Voss. 1. et multæ edd. vett. *ad hoc solum*, quod præfert Scheff. *ob hoc solum* ceteri codd. cum Freinsh. Cellar. Pitisc. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both. utramque particulam, et *ob* et *ad* delent Mod. et Acidal.—10 *Animi* Bong. et Leid. *Animum ægritudo, &c.* codd. Modii. *corpus* Put. Pith. Fauch. Bong. 1. 2. et Leid. *in Cilicia* Bong. Leid. Voss. 1. 2. et Amst. Mox Bong. Leid. et Voss. 1. *ex manibus.*—11 Pal. 1. *pariterque*; Leid. et Voss. 1. *pariter ac.* Paulo post *hostium armorum* in Pal. 1.—12 Theocr. *superbas mitteret literas.* Pal. 1. *ne quicquam*; Leid. et Voss. *nequiquam.* Theocr. *curari licebit.*—13 Bong. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. Amst.

NOTÆ

[f] *In Ciliciam*] Ita optimi Latinitatis auctores, etiam citra motum, 'in' quarto casui junxere. 'In prædonum fuisse potestatem' Cic. 'Facito in memoriam habeas' Plaut. 'Esse in honorem' Terent. Vide A. Gellium. At vice versa 'in' sextum casum, ubi motus est, obtinet quandoque: 'venit in Senatu,' &c.

[g] *Superbas literas*] Eas ipsas forte intelligit, quas suis ducibus jam olim audita Alexandri expeditione scripserat, ut 'insanientem Philippi adolescentulum, verberibus puerilibus graviter cæsum, indutumque post veste purpurea, sibi vinctum traderent, navibusque una cum nautis summersis, omnes ejus milites ad ulteriora maris Rubri transportarent.'

medicos non expetunt[h] tempora mea: *j* vel mori strenue, quam tarde convalescere mihi melius est. Proinde, si quid opis, si quid artis in medicis est; sciant, me non tam mortis quam belli remedium quærere.' [k] 14. Ingentem omnibus incusserat curam tam præceps temeritas ejus: ergo pro se quisque precari cœpere; 'ne festinatione periculum augeret, sed esset in potestate medentium: 15. inexperta remedia haud injuria ipsis esse suspecta, cum ad perniciem ejus etiam a latere ipsius[l] pecunia solicitaret hostis:' 16. (quippe Darius 'mille talenta interfectori Alexandri daturum se' pronuntiari jusserat:) 'itaque ne ausurum quidem quenquam [arbitrabantur] experiri remedium, quod propter novitatem posset esse suspectum.

VI. 1. Erat inter nobiles medicos e Macedonia regem secutus Philippus, natione Acarnan,[a] fidus admodum regi; puero comes et custos salutis datus,[e] non ut regem modo,

j Non petitur præsens rerum mearum status.
[k] *Non tam ad vitandam mortem, quam ad bellum conficiendum, medicinam optare.* [l] *Ipsius familiares.*
[e] *Curator valetudinis ejus adjunctus.*

Theocr. et Gualt. *expectant* pro *expetunt*, probantibus Modio et Radero. Mox Dan. omittit *opis*, suppletur tamen a m. sec. Voss. 1. *remedium quærere.*—14. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. omittunt *ejus.*—15 Bong. 1. *aut injuria.* Pro *ipsis* Fauch. exhibet *illis.*—16 Snak. Cunz. et Both. cum quibusdam vett. *arbitrabitur;* Venett. Mediol. Veron. Bong. Mer. Bas. Lugd. Frob. Voss. 1. Col. Amst. Erasm. Brun. Tell. Pitisc. Cellar. Maitt. Barb. et Bip. *arbitrabantur.* 'Pro *arbitrabatur* cum plurimis codd. scripsi *arbitrabantur;* sed uncis intersepsi vocabulum, jure Freinshemio, ut glossema, suspectum.' *Sehmieder.* 'Expuncto verbo fluit oratio rotundius.' *Cellar.* Bong. 1. *possit esse suspectum.*

1 *Erat inter nobilis* Leid. *medicus* Bong. et Amst. 1629. 1688. quod omittit Pal. 1. *ex Macedonia* Leid. cum nonnullis edd. vett. *sequutos* malebat Sebisius. *Arcanan* Bong. et Leid. *Arcananus* Mer. *Archananus* Pal. 1. *Acharnan* Voss. 2. *fidus admodum: qui regi puero comes, et custos, &c.* conj. Acidal. non improbante Radero, qui tamen proposuit: *custos salutis datus, qui Alexan-*

NOTÆ.

[h] *Non expetunt*] Melius alii forte: *non expectant. Tempora* posuit pro præsenti periculo et instantis videlicet belli necessitate.

[a] *Acarnan*] Acarnania Græciæ regio, quam ab Oriente Achelous fluvius, a Meridie Myrtoum mare, ab Occasu Ionium, a Borea sinus Ambracius et Epirus terminabant. Recentiores *Carniam* vel *Despotatum* nuncuparunt.

sed etiam ut alumnum, eximia caritate diligebat. 2. Is [a]'non præceps se, sed strenuum remedium afferre, tantamque vim morbi potione medicata levaturum esse' promisit. Nulli promissum ejus placebat, præter ipsum,[b] cujus periculo pollicebatur. 3. Omnia quippe facilius, quam moram, perpeti poterat: arma et acies in oculis erant; et victoriam in eo positam [esse] arbitrabatur, si tantum ante signa[c] stare potuisset: id ipsum, 'quod post diem tertium medicamentum sumturus esset,' (ita enim medicus prædixerat,) ægre ferens. 4. Inter hæc a Parmenione,[d] fidissimo purpuratorum,[e] literas accipit, quibus ei denuntiabat, 'ne salutem suam Philippo committeret: mille talentis a Dario et spe nuptiarum sororis ejus[f] esse corruptum.' 5. Ingentem animo solicitudinem literæ incusserant; et, quicquid in utramque partem aut metus aut spes subjecerat, secreta æstimatione pensabat. 6. 'Bibere perseverem?'[g] ut, si venenum datum fuerit, ne immerito quidem, quicquid acciderit, evenisse videatur? Damnem

[a] *Non violentius, sed efficax.*
[c] *An, inquiebat, in bibendæ potionis consilio permaneam?*

drum non ut regem modo, &c. Vide Not. Var.—2 *Is non præcipisse* Leid. *tantam vim* Pal. 1. *tanquam vim* Voss. 2. *totamque vim.* mavult Freinsh. *morbo* Voss. 2. *meditata* Mer. Mox in eodem libro *præterquam ipsi.*—3 Theocr. *positam arbitrabatur,* omisso τῷ *esse.* Pal. 1. *susceperus esset.*—4 Leid. et Voss. 1. 2. *Permenione* passim. Mer. *ditissimo* pro *fidissimo.* Leid. *literis accipit;* Bas. *literas accepit.*—5 Pal. 1. *secreta existimatione,* quod non damnandum putat Schefferus; Voss. 2. *secreta extimatione.*—6 *Bibere ad ultimum* Voss. 2. *quicquid accidere* Bong. 1. *quicquid acciderat* Leid. *Damnemne* Pal. 1.

NOTÆ

[b] *Ipsum*] Alexandrum.

[c] *Ante signa*] Non dubitabat, si modo posset ante primam aciem consistere, fore ut sua præsentia, nutu, voce animati Macedones, vincerent.

[d] *A Parmenione*] Curtio consentiunt ceteri qui hanc attigere historiam; ut vix audiendus sit Seneca, qui has ab Olympiade matre literas Alexandro scriptas prodidit. De 'talentis' infra cap. 13.

[e] *Purpuratorum*] 'Purpurati' procerum ac ducum nobilissimi, quibus hoc indulgebatur singulari Regum favore, ut purpura induerentur, quod alias solis proprium erat Regibus.

[f] *Sororis ejus*] Plutarchus interfectori promissam a Dario filiam scribit.

[g] *Perseverem*] 'Perseverare' hoc loco, non facti sed propositi perseverantiam significat: neque enim adhuc bibere cœperat, sed tantum decreverat.

medici fidem? in tabernaculo ergo me opprimi patiar? At satius est, alieno me mori scelere, quam metu meo.' 7. Diu animo in diversa versato, nulli, quid scriptum esset, enuntiat: epistolamque, sigillo annuli sui impressam, pulvino, cui incumbebat, subjecit. 8. Inter has cogitationes biduo assumto, illuxit a medico destinatus dies, et ille cum poculo, in quo medicamentum diluerat,[d] intravit. 9. Quo viso Alexander levato corpore in cubitum, epistolam, a Parmenione missam, sinistra manu tenens, accipit poculum et haurit interritus; tum epistolam[h] Philippum 'legere' jubet: nec a vultu legentis movit oculos, ratus, aliquas conscientiæ notas in ipso ore posse deprehendere. 10. Ille, epistola perlecta, plus indignationis quam pavoris ostendit: projectisque amiculo et literis ante lectum; 'Rex,' inquit, 'semper quidem spiritus meus ex te pependit, sed nunc vere, arbitror,[e] sacro et venerabili ore trahitur.[i] 11.

[d] *In quo pharmacum miscuerat.*
[e] *Semper quidem vita mea ex tua salute pependit; sed nunc maxime, ut spero, &c.*

Fauch. Venett. Mediol. Veron. Mer. Ald. Bas. et Maitt. *ergo* deest in Venett. Veron. Col. et aliis vett. *patiar? Non. Atqui satius, &c.* Voss. 2. Venett. Mediol. Veron. Vet. 1474. Mer. Ald. Bas. et Col. *patiar? Atqui satius* Frob. *At* non habetur in Bong. Pro *meo* Leid. et Voss. 1. habent *nostro;* Fauch. *vestro;* unde Heinsius conj. *incerto.*—7 Mer. *renunciat.* Pith. *anulo sigilli sui;* Leid. Theocr. et Voss. 1. *sigillo a. s. impresso.* Amst. 1629. et 1688. *cui incubabat.*—8 Pal. 1. omittit *et ille.*—9 Bong. Mer. Pal. 1. Leid. et Voss. 1. 2. *levato corpore in cubile;* Colon. et Modian. *in cubili.* Venett. Veron. Mediol. Vet. 1474. Mer. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Maitt. aliæ: *accepit p. et hausit;* Fauch. et Bong. 1. 2. *hausit.* Voss. 2. *interius* pro *interritus.* Voss. 1. 2. *legere Philippum jubet.* Pal. 1. *avertit oculos;* Scheff. malit: *movet oculos.* Voss. 2. omittit *posse.*—10 'Alii: *vero ab isto sacro,* quæ lectio, mutato τῷ *vero* in *vere,* mire placuit Acidalio et Freinshemio; sed Heumannus veretur ut satis Latine dictum sit 'ab ore trahitur spiritus,' et hoc merito.' *Cunz.* 'Lege: *vere arbitro rei,* vel forte: *veri arbitro.*' Heins. Vide Not. Var. Pal.

NOTÆ

[h] *Tum epistolam*] Plutarchus et Arrianus traditam primum ab eo epistolam narrant, tum legente Philippo hausisse interritum. Valerius Maximus, contra ceterorum fidem, hausto demum pharmaco epistolam porrexisse.

[i] *Ore trahitur*] Sunt qui 'trahendi' verbum ad medicamenti potionem referant, quasi dicat: 'Semper quidem, o Rex, mea vita tuo ex arbitrio pependit; nunc autem spero in isto, quod hauris, pharmaco et tuam salutem et meam contineri.' Sed præterquam quod videtur Alexander, priusquam hæc Philippus dicere potuerit,

Crimen parricidii, quod mihi objectum est, tua salus diluet: servatus a me vitam mihi dederis. Oro quæsoque, amisso metu patere medicamentum concipi venis;[f] laxa paulisper animum,[j] quem intempestiva solicitudine amici sane fideles, sed moleste seduli turbant.' Non securum modo hæc vox, sed etiam lætum regem ac plenum bonæ spei fecit. 12. Itaque, 'Si Dii,' inquit, 'Philippe, tibi permisissent, quo maxime modo animum velles experiri meum; alio profecto voluisses:[e] sed certiore, quam expertus es, ne optasses quidem: hac epistola accepta, tamen, quod dilueras, bibi:[h] et nunc crede,[k] me non minus pro tua fide, quam pro

[f] *Diffundi in venas pharmacum.*

[e] *Si Dii tibi facultatem dedissent eligendi qua ratione potissimum velles meum in te animum explorare; utique alia ratione experiri maluisses, quam qua expertus es.* [h] *Pharmacum quod paraveras hausi.*

1. *verabili ore.*—11 Pro *diluet* Pith. *deluet.* Freinsh. Cellar. Snak. Bip. et Cunz. *amissoque metu;* Amst. 1629. 1688. *omissoque metu;* Lugd. Amst. Barb. et Both. *omisso metu;* Dan. Bong. 1. Leid. Voss. 1. 2. Venett. Mediol. Veron. Mer. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Col. et Pitisc. *amisso metu.* 'Faber, Schefferus, et Heumannus post τὸ *quæsoque* claudunt omnino periodum, et hoc bene, cum conjunctio *que* τῷ *amisso* adhærens in plurimis codd. desideratur.' *Cunz.* Heinsius conj. *ac misso metu.* Pro *laxa* Voss. 2. *lassa.* Mer. *quem mihi solicitudine tempestiva.*—12 Voss. 2 *Filippe.* Pith. Fauch. Leid. et Voss. *quo modo maxime;* Voss. 2. omittit *modo.* Bong. 2. Leid. Lugd. et Amst. *velles animum.* Dan. Pith. Fauch. Leid. et Voss. 1. *alio profectum;* Voss. 2. omittit *profecto;* Heinsius conj. *profecto expertum.* Veron. *voluisses.* Venett. Veron. et ceteræ fere omnes cum multis codd. *sed certiorem;* Leid. et Voss. 1. 2. *sed certiore.* 'Pro vulgato *certiorem*, cum tribus codd. probante Modio et Scheffero, *certiore* scribere malui.' *Schmieder.* 'Scribe: *certiorem quam quo expertus es:* alterum σολοικίζει.' *Bothe.* Mox Theocr. Leid. et Voss. 1. 2. *crede, me;* quod restituit Schmieder. alii *credo, me,* vel *credo, te,*

NOTÆ

poculum ebibisse; certe concinnior est illa quam indicavimus Freinshemii interpretatio, in hunc sensum: 'Semper quidem, o Rex, mea salus in tua incolumitate posita fuit, nunc vero maxime; ita ut isto sacro ore non tibi magis quam mihi vitalem spiritum trahas.'

[j] *Laxa animum*] Ne videlicet animi ægritudo, abductis, ut fit, a stomacho in cerebrum spiritibus, medicamenti vim inutilem, immo noxiam efficiat.

[k] *Crede* [*Credo te*] Etsi commodum habet sensum vulgata hujus loci lectio quam exhibemus, longe tamen illa videtur et reliquæ Alexandri orationi congruentior, et ingenio Curtii dignior sententia, quam Gallicus interpres secutus est, ut dicat: 'Et nunc crede me non minus pro tua fide comprobanda, quam pro mea salute solicitum esse de hujus medicamenti effectu.'

mea salute esse solicitum.' 13. Hæc elocutus dextram Philippo offert. Ceterum tanta vis medicaminis fuit, ut, quæ secuta sunt, criminationem Parmenionis adjuverint.[i] 14. Interclusus spiritus arcte meabat.[j] Nec Philippus quicquam inexpertum omisit:[k] ille fomenta corpori admovit; ille torpentem[l] nunc cibi nunc vini odore excitavit. 15. Atque, ut primum mentis compotem esse sensit, modo 'matris[m] sororumque,' modo 'tantæ victoriæ appropinquantis' admonere non destitit. 16. Ut vero medicamentum se diffudit in venas, et sensim toto corpore salubritas percipi potuit;[l] primo animus vigorem suum, deinde corpus quoque expectatione maturius recuperavit: quippe post tertium diem, quam in hoc statu fuerat, in conspectum militum venit. 17. Nec avidius ipsum regem, quam Philippum intuebatur exercitus: pro se quisque dextram ejus amplexi grates habebant velut præsenti Deo. Namque haud facile dictu est, præter ingenitam illi genti erga reges suos venerationem, quantum hujus utique regis vel admirationi dediti fuerint, vel caritate flagraverint. 18. Jam pridem nihil sine divina ope aggredi videbatur: nam, cum

[i] *Accusationem credibiliorem fecerint.*
[j] *Interclusus halitus ægre commeabat per respirationem.*
[k] *Nihil intentatum reliquit.*
[l] *Et per totum corpus salubris virtus pharmaci diffundi potuit.*

&c.—13 *Hæc locutus* Leid. Voss. 1. 2. et Col. Mox Bong. Leid. Lugd. et Amst. *vis medicamenti.*—14 Pal. 1. *nunc vini nunc cibi.*—15 Lugd. et Amst. *approp. tantæ victoriæ.*—16 Pal. 1. *medicamentum diffudit,* omisso *τῷ se.* Pith. *in toto corpore.* Bong. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. *primum* pro *primo.* Bong. 1. *primo a. victorem sui.* Leid. *exspectationem.* Voss. 2. *recuperant.*—17 Voss. 2. *grates agebant.* Paulo post omnes fere edd. vett. cum Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Freinsh. Cellar. Tell. Pitisc. Snak. Barb. Bip. et Cuna. *hujus quoque;* Bong. Leid. Voss. 1. Theocr. Lugd. Amst. et Both. *hujus utique.* Bong. et Leid. *dediti ei fuerint.*—18 *Jam primum nisi* Leid. omisso *τῷ nihil.* Omnes fere *primum.* Dan. *sane divina,* et correctum *sine,* ut in Fanch. Leid. et Voss. 2. *nisi divina* in multis et scriptis et excusis. [i] Ex multis scripsi: *sine divina ope* pro *nisi d. o.* atque ex Theocr. *Jam pri-*

NOTÆ

[l] *Torpentem*] Cum ita vexaret Alexandrum vis pharmaci, itaque debilitasset initio, ut eum vigor omnis ac spiritus pæne deficeret, Philippus corpori fomenta admovere, ac cibi et vini odore torpentes sensus excitare non destitit.

[m] *Matris*] Olympiadis.

præsto esset ubique fortuna, temeritas in gloriam cesserat.[m] 19. Ætas quoque, vix tantis matura rebus, sed abunde sufficiens, omnia ejus opera honestabat.[n] Et quæ leviora haberi solent plerumque in re militari, graviora vulgo sunt: exercitatio corporis inter ipsos; cultus habitusque paululum a privato abhorrens;[o] militaris vigor: 20. queis ille vel ingenii dotibus, vel animi artibus, ut[p] pariter carus ac venerandus esset, effecerat.

VII. 1. At Darius, nuntio de adversa valetudine accepto, celeritate, quantam capere tam grave agmen[a] poterat, ad Euphratem contendit: junctoque eo pontibus, quinque tamen diebus trajecit exercitum, Ciliciam occupare festinans. 2. Jamque Alexander, viribus corporis receptis, ad urbem

[m] *Temeritas in gloriæ materiam versa erat.*
[n] *Omnia ejus facta commendabat.*
[o] *Non multum a privatorum habitu discrepans.*
[p] *His ille seu veris animi dotibus, seu fictis arte virtutibus effecerat, ut, &c.*

---

dem pro *Jam primum.*' Schmieder. Mer. Ald. Frob. Leid. et Voss. 1. 2. *præsto esset.* Bong. Leid. et Voss. 1. *fortunæ.* Dan. omittit *in* ante *gloriam*, sed suppletur a m. sec. Pro *cesserat* Voss. 2. *incesserat.*—19 Voss. 1. et Erasm. *vix t. natura.* Voss. 1. *sed abundæ.* Omnes fere scripti et excusi *etiam ejus opera;* Leid. et Voss. 1. omittunt *etiam.* 'Verbum *etiam* cum Scheff. et duobus codd. abjeci; præcessit enim *ætas quoque.* At nec reliqua sana sunt. *Ætas* enim *vix* tantis rebus *matura*, sive sufficiens, quomodo eodem tenore *abunde sufficiens* vocari potest? Non juvant codd. non Scheff. *et abunde* legens. Multa possunt conjectari; (ex. c. *haud abunde*, sive *sed utcumque*) at nihil habeo, quod pro vero venditem. Fortasse quibusdam placebit unius cod. lectio *natura* pro *matura*, sexto casu posita pro 'ex lege naturæ,' ut sit sententia: Ætas quoque, ex lege naturæ tantis rebus vix, in Alexandro autem, præcoci ingenio excellente, abunde sufficiens, omnia ejus opera honestabat.' *Schmieder.* Mox Pal. 1. *quæ leviore.* Nonnulli cum Pal. 1. et Bong. 1. omittunt *in re;* Mer. Pith. Bas. Erasm. et Col. *in re m. graviora*, quod recepit Schmieder; *in re m. gratiora* Freinsh. Cellar. Barb. Pitiſc. Bip. alii; et interpungunt post *solent*, non vero post *militari.* Leid. et Voss. 1. *paulum a privato.*—20 Leid. *ingentii dotibus;* unde Heinsius: *ingenitis.* Dan. *ut partem carus.* Leid. Voss. 1. et Dan. *verecundus esset*, et a m. sec. *verendus esset.* 'Forte: *carus suis ac verendus*, vel *verendus.*' Heins.

1 Voss. 2. *adversa nuntio valitudine.* Pal. 1. Bas. Erasm. alii, *quantum poterat tam grave agmen.* Voss. 2. *Eufraten.* Ald. *quinque tantum;* Voss. 2. *quinque eum;* Schmieder legi jussit *quinque tandem.* Heinsius conj. *trajecit vix exercitum.*—2 *Jam Alexander* Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. *Solis* Pal. 1.

NOTÆ

[a] *Grave agmen*] Immenso tum belli tum luxus apparatu, fœminis, ipsa multitudine impeditum, eoque lentius progrediens. *Euphratem*] De Euphrate infra lib. v. cap. 1.

Solos [b] pervenerat: cujus potitus, ducentis talentis nomine mulctæ exactis, arci præsidium militum imposuit. 3. Vota deinde pro salute [a] suscepta per ludum atque otium reddens, ostendit, quanta fiducia Barbaros sperneret. Æsculapio [c] et Minervæ ludos [d] celebravit. 4. Spectanti nuntius lætus affertur ex Halicarnasso, [e] 'Persas acie a suis esse superatos; Myndios [f] quoque et Caunios et pleraque tractus ejus suæ facta ditionis.' 5. Igitur edito spectaculo

[a] *Vota quæ pro recuperanda valetudine fecerat.*

Voss. 2. et Ald. *Solus* Bong. 1. 2. *Solas* Voss. 1. et Leid. et in marg. *Salonas.* Coloniensis cod. vetustissimus: *cujus potentibus expulsis.* Bong. Leid. Voss. 1. Lugd. et Col. *multæ nomine;* Pal. 1. omittit *nomine.* Bong. 1. *arci p. m. posuit.*—3 Voss. 2. *otium recolens.* Freinshemius pro *ostendit*, contra omnes codd. et edd. vett. *ostentui* maluit, commate post *sperneret* interpungens. 'Nihil mutandum est.' *Schmieder.* Dan. *quippe sculapio et Minervæ*, et a m. sec. *Æsculapio;* Voss. 1. *quippe Æsculapio.*—4 Leid. et Voss. 1. 2. *adfertur Alicarnaso;* Bong. *adf. ex Alicarnaxo;* Mer. et Theocr. *adf. ex Halicarnasso;* Frob. Lugd. et Amst. *adf. ex Alicarnasso;* Bas. Erasm. et Col. *adf. a Lycarnasso.* Leid. *aciæ* pro *acie.* Voss. 2. *Mindios;* Mer. Bas. Col. Ald. Erasm. *Canyndios;* codex vetust. ap. Aldum: *Cinnos;* Voss. 2. *Caunnios.*—5 Frein-

NOTÆ

[b] *Solos*] Soli urbs Ciliciæ, a Solone condita et appellata, si Laërtio credimus. Eo loci cum paucos Athenienses secum duxisset, hi sensim a patriæ linguæ puritate inter barbaros descivere, inde σολοικίζειν et σολοικισμὸς, *solœcismus*, pro quovis sermonis vitio. De talentis cap. 13.

[c] *Æsculapio*] Æsculapius Jovis filius, medicinæ auctor idem ac Deus habitus, cui vota pro recuperanda salute nuncupare solenne erat. Minerva ex ejusdem Jovis cerebro nata, armorum et liberalium artium præses, quam præcipuo semper honore Alexander coluit, ut multis infra locis videbimus.

[d] *Ludos*] Usitatum apud antiquos hoc superstitionis genus, ut in honorem Deorum ludos celebrarent, Græci Romanique scriptores passim ostendunt. Hic ab Alexandro Gymnicos simul ac musicos celebratos fuisse ex Arriano discimus: de Gymnicis vide Mercurialem; de Musicis seu theatralibus Jul. Cæsarem Bulengerum.

[e] *Halicarnasso*] Eam urbem Doridis et Cariæ principem in extremo Asiæ angulo, qua Græciæ objacet ad Occasum, magno labore ac periculis captam solo tenus exciderat; arces vero duas in quas Persæ cum mercenariis militibus, duce Orontobate, sese receperant, ne tempus aliis rebus gerendis utile in obsidione tereret, fossa muroque inclauserat, jusso eas observare Ptolemæo. Atque is non longo post tempore, junctis cum Asandro Lydiæ prætore copiis, Orontobatem vicit, arces expugnavit, Myndum, Caunum, aliasque urbes cum insula obtinuit.

[f] *Myndios*] Myndus et Caunus oppida duo Cariæ fuerunt.

ludicro castrisque motis et Pyramo amne ponte juncto, ad urbem Mallon[g] pervenit: inde alteris castris[h] ad oppidum Castabalum.[i] 6. Ibi[j] Parmenio regi occurrit, quem præmiserat ad explorandum iter saltus, per quem ad urbem 'Isson'[k] nomine penetrandum erat. 7. Atque ille, angustiis[l] ejus occupatis et præsidio modico relicto, Isson quoque desertam a Barbaris ceperat. Inde progressus, deturbatis, qui interiora montium obsidebant, præsidiis cuncta firmavit: occupatoque itinere, sicut paulo ante dictum est, idem et auctor et nuntius venit.[b] 8. Isson inde rex copias admovit: ubi consilio habito, 'utrumne ultra progrediendum foret, an ibi opperiendi essent milites novi, quos ex Macedonia adventare constabat;' Parmenio 'non alium locum prælio ap-

[b] *Idem qui rem gesserat, illius gesta nuntium attulit.*

---

shemius τὸ *ludicro* abjiciendum putavit, tanquam interpretamentum vocis præcedentis; sed Berneggerus, Schefferus, et Heumannus τὸ *spectaculo* pro glossemate habet, probante Cunzio. Cf. Liv. I. 5. I. 9. et Curt. IV. 5. 4. Mer. Bas. Erasm. et Col. *Pyrrhamo;* Voss. 2. *Piramo.* Dan. Pith. Bong. 2. et Voss. 2. *Mallum;* Fauch. *Maulum;* Pal. 1. Leid. et Voss. 1. *Malum;* Bong. 1. *Mallom.* Mer. Frob. Lugd. Erasm. Col. et Amst. *inde adeo alteris.* Dan. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Ald. Bas. Pal. 2. et Col. *Castabulum.*—6 Bong. Leid. et Voss. omittunt *quem* ante *præmiserat.* Voss. 2. *Vsson* constanter.—7 Pal. 1. *idem et auctore.*—8 Bong. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. *deinde rex.* Leid. et Dan. omittunt *consilio,* suppletur tamen ab al. m. Fauch. *ibi consilio.* Bong. 1. *opperiundi esset.* Voss. 1. Lugd. et Amst. *novi milites.* 'Verba: *milites novi, quos ex Macedonia adventare constabat,* ex glossa esse videntur; ascripta ab aliquo, qui ad verba: *an ibi opperiendi essent,* supplendum esse

NOTÆ

[g] *Mallon*] Mallon urbem ad Pyramum fluvium Amphilochus et Mopsus Troja profecti condiderant. Amphilocho, ut Heroi, parentavit Alexander; Mallis, quod Argivorum coloni essent, tributa, quæ Persis pependerant, remisit.

[h] *Alteris castris*] Usitata Latinis scriptoribus locutio, ut pro diebus castra numerent; quia singulis diebus, si procederet exercitus, castra metabantur.

[i] *Castabalum*] Strabo, Plinius, Stephanus 'Castabala' numero multitudinis appellant.

[j] *Ibi*] Apud Mallon agenti occurrisse Parmenionem, auctor est Arrianus.

[k] *Isson*] Ingentem urbem Diodorus et Mela, Strabo oppidulum appellat. Stephanus Nicopolim ab Alexandro jam victore dictam asserit; sed Plinius utramque distinguit verius. Ab Isso vicinus ille maris Mediterranei sinus Issicus vocatus.

[l] *Angustiis*] Amanicas Pylas intellige, quas ex urbe Mallo Isson petentibus necessario superandas esse Strabo indicat lib. XIV. easque mari proximas facit. Arrianus easdem 'Assy-

tiorem esse' censebat: 9. 'quippe illic utriusque regis copias numero futuras pares, cum angustiæ multitudinem non caperent: planitiem ipsis camposque esse vitandos, ubi circumiri, ubi ancipiti acie[c] opprimi possent. Timere, ne non virtute hostium, sed lassitudine sua vincerentur. Persas recentes subinde subcessuros, si laxius stare potuissent.'[d] 10. Facile ratio tam salubris consilii accepta est: itaque 'inter angustias saltus hostem operiri'[m] statuit. 11. Erat in exercitu regis Sisines[n] Perses: quondam a prætore Ægypti missus ad Philippum, donisque et omni honore cultus, exilium patria sede mutaverat: secutus deinde in Asiam Alexandrum, inter fideles socios habebatur. 12. Huic epistolam Cretensis[o] miles, obsignatam annulo, cujus signum haud sane notum erat, tradidit. Nabarzanes[p] prætor Darii miserat eam, hortabaturque Sisinem, 'ut dignum aliquid nobilitate ac moribus[q] suis ederet:[r] magno id ei apud regem[s] honori fore.' 13. Has literas Sisines, ut-

[c] *Undique circumfuso exercitu hostium.* [d] *Si copias extendere possent.*

'hostes' non intellexerat.' *Schmieder.* Mox Leid. *optiorem* pro *aptiorem.*—9 Pith. *utriusque regis copias illic numero, &c.* Pro *regis* Theocr. *exercitus*, quod Heumannus defendit; sed Gualt. etiam confirmat vulgatam, II. 265. Pro *circumiri* Heinsius legi jussit *circumveniri.* Bong. Leid. et Voss. 1. *opprimi possint.* Mox Pal. 1. *Persas recentes;* Voss. 1. *inde* pro *subinde.* Voss. 2. *si lassius;* Mer. *si Laxus.*—11 Voss. 2. *Filippum donis et omni, &c.* Erasm. *qui exilium;* Bas. *qui exilio.*—12 Multi codd. *obsignatam anulo.* Dan. Pith. Fanch. Bong. 2. Leid. et Voss. 1. *Nabarzanas;* Voss. 2. *Narabazanes.* 'Raderus, teste Heum. contendit Theocr. habere *majoribus*, ibi enim est *moribusque.*' Cunz. 'Si codd. *majoribus* niteretur, prætulissem.' *Schmieder.* Ita Heins. et Maitt. Pith. *fore honori.*—13 Voss. 1. et Leid. *deferre temptavit*, ut

NOTÆ

rias' vocat, quod Ciliciam ab Assyria, hoc est, a Syria, versus Orientem dividant. Vide infra ad cap. 19.

[m] *Operiri*] Necesse est igitur postea consilium mutaverit; certe Isson reliquerat, jamque per Cilicias portas Syriam Austrum versus intrabat, cum Darius ad Amanicas perveniens, Isson a Macedonibus relictam reperit, ut infra videbimus.

[n] *Sisines*] Is ipse videtur esse quem Arrianus 'Asinimem' vocat, quamvis de illo paulo diversa narret.

[o] *Cretensis*] Creta lib. IV. cap. 1.

[p] *Nabarzanes*] De hoc Nabarzane plura inferius lib. V. cap. 9. et lib. VI. cap. 4.

[q] *Moribus* [*majoribus*] Alias *moribus suis.*

[r] *Ederet*] Occiso videlicet Alexandro.

[s] *Regem*] Darium.

pote innoxius, ad Alexandrum sæpe deferre tentavit: sed cum tot curis apparatuque belli regem videret urgeri, aptius subinde tempus expectans, suspicionem initi scelesti consilii præbuit. 14. Namque epistola, priusquam ei redderetur, in manus Alexandri pervenerat, lectamque eam, ignoti annuli sigillo impresso, 'Sisini dari' jusserat, ad æstimandam fidem Barbari.[a] 15. Qui quia per complures dies non adierat regem, scelesto consilio eam visus est suppressisse, et in agmine a Cretensibus, haud dubie jussu regis, occisus est.

VIII. 1. Jam Græci milites, quos Thymodes a Pharnabazo acceperat, præcipua spes et propemodum unica, ad Darium pervenerant.[a] 2. Hi magnopere suadebant, 'ut retro abiret, spatiososque Mesopotamiæ[b] campos repeteret. Si id consilium damnaret; at ille divideret saltem copias innumerabiles, neu sub unum fortunæ ictum[a] totas vires regni cadere pateretur.' 3. Minus hoc [consilium] regi, quam purpuratis ejus displicebat: 'ancipitem fidem et mercede

[a] *Ad explorandam Sisinis fidelitatem.*
[a] *Unius pugnæ discrimini exponi sineret.*

semper.—14 Voss. 2. *redderetur ei.* Bong. 1. 2. Put. Pith. Fauch. et Voss. 1. *eam et ignoti.* Bong. 1. *ad æstimandum;* Voss. 2. *ad extimandam.*—15 Pith. *scelesto.* 'Friget *scelesto consilio*, cum præcesserit *suspicionem iniiti scelesti consilii præbuit*, et sententiæ sufficit *consilio.* Quare supposititium arbitror vocabulum *scelesto.*' Bothe. Bong. et Voss. *occisus*, omisso τῷ *est.*

1 *Jamque Græci* Leid. Voss. et edd. vett. *Thimodes* Bong. Pal. 1. Leid. et Voss. 1. *Etimondes* Mer. *et Thimocles* Voss. 2. *Timodes* Bas. et Col. *Thymondas* in aliis. *a Barnabazo* Dan. *a Farriabazo* Mer. *a Fanabazo* Frob. Bas. et Col. *ab Farnabazo* Pal. 1. *ab Arnabazo* Leid. et Voss. 1. *ab Arbabazo* Voss. 2. Præpositio deest in Col. *et p. unica Alexandri* Mer. Bas. Pal. 1. et Col.—2 *Hii* Leid. *ut retro abiret* non habetur in Pal. 1. deest etiam *que* post *spatiosos.* Voss. 2. *ut spatiosos.* Leid. Voss. 1. Dan. Put. Pith. Fauch. et Bong. 2. *divideret saltim;* Voss. 2. *d. saltim innumerabiles copias.* Mer. Bas. et Col. *ne sub unum;* Pal. 1. *neu sub imum.* Dan. *putaretur*, et correctum *pateretur.*—3 Bong. Theocr. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *consilium*, quod Raderus, Modius, et Heum. probaverunt. 'Voc. *consilium* pro gloss. habeo.' *Schmieder.*

NOTÆ

[a] *Pervenerant*] Per urbem Phœnicum Tripolim, quo fuerant classe delati ex Græcia, ut tradit Arrianus.

[b] *Mesopotamiæ*] Mesopotamia fere tota campestris. Vide lib. v. cap. 1.

venalem proditionem imminere;[b] et dividi non ob aliud copias velle, quam ut ipsi in diversa digressi, si quid commissum esset, traderent Alexandro.[c] 4. Nihil tutius esse, quam circumdatos eos exercitu toto obrui telis, documentum non inultæ perfidiæ futuros.'[d] 5. At Darius, ut erat sanctus et mitis,[e] 'se vero tantum facinus' negat 'esse facturum, ut suam secutos fidem,[f] suos milites jubeat trucidari. Quem deinde amplius nationum exterarum salutem suam creditum sibi, si tot militum sanguine imbuisset manus? 6. Neminem stolidum consilium capite luere debere;[g] defuturos enim, qui suaderent, si suasisse periculum esset.[h] Denique ipsos quotidie ad se vocari in consilium, variasque sententias dicere; nec tamen melioris fidei haberi qui prudentius suaserint.'[i] 7. Itaque Græcis nuntiari jubet, 'ipsum quidem benevolentiæ illorum gratias agere; ceterum, si retro ire pergat, haud dubie regnum hostibus traditurum: fama bella stare,[k] et eum, qui recedat, fugere

[b] *Perfidiam Græcorum et proditionem, pecunia emtam ab Alexandro, brevi erupturam.*

[c] *Ut postquam a ceteris divisi essent, si quid ipsorum custodiæ creditum esset, dederent Alexandro.* [d] *Ut vindicatæ proditionis exemplo essent.*

[e] *Cum esset religiosus ac mansuetus.* [f] *Qui ipsius fide freti venerant.*

[g] *Minus prudentis consilii pœnas morte solvere.*

[h] *Nullos fore qui consilium darent, si dare periculosum esset.*

[i] *Nec tamen eos ab ipso fideliores existimari, qui utilius consilium attulerint.*

[k] *Ex fama pendere bellorum successus.*

Lugd. et Amst. omittunt *et* ante *mercede.* 'Heum. *proditionem* delendum putavit, sed sine causa.' Cunz. Palmerius, Modius, alii: *imminui et dividi;* Acidal. *anc. fid. m. v. proditionem dividi, &c.* Rader. *anc. fid. et m. v. proditionem dividi non ob aliud copias velle.* Acidal. *in diversa transgressi quod, &c.* Freinsh. *ipsis* (Persis) *in diversa digressis;* Bas. *ingressi.* 'Hæc verba: *ancipitem, &c.* sic (ut in textu) leguntur sine omni omnino varietate in omnibus codd. bonamque habent sententiam, ut, cur plerique editorum ea ex conjectura immutare voluerint, non videam.' *Schmieder.*—4 *Nihil tutius fore* Bong. et Voss. 1. 2. *non multæ perfidiæ* Pal. 1. et Leid.—5 Bong. Leid. et Voss. 1. *ac mitis.* Pal. 1. *secutus fidem.* Nonnullæ edd. vett. *Quam deinde.* 'Rectius post Modium quidam malunt: *tot millium;* et ita diserte Bodl.' *Schmieder.* Fauch. *sanguine imbuissent.*—6 Bong. et Pal. 1. *defuturos enim eos, qui;* Lugd. et Amst. *defuturos qui;* alii: *defuturos eos, qui.* In quibusdam codd. *si sumpsisse periculum;* Bong. Leid. et Voss. 1. *si suasisse periculosum.* Iidem codd. *cotidie ad se;* alii nonnulli: *quotidie a se.* Dan. Leid. Voss. 1. 2. *advocari* pro *vocari.* Voss. 2. Mer. Bas. et Col. *vocari in consilium jubet.* Theocr. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Lugd. et Amst. *suaserit.*—7 Leid. et Voss. 1. 2. *nuntiare.* Leid. *benivolentiæ.* Voss. 2. *ire pergit.* Leid. et Voss. 1. *haud dubiæ.*

credi. 8. Trahendi vero belli vix ullam esse rationem: tantæ enim multitudini, utique cum jam hyems[c] instaret, in regione vasta et invicem a suis atque hoste vexata,[d] non sufficiura alimenta. 9. Ne dividi quidem copias posse servato more majorum, qui universas vires semper discrimini bellorum obtulerint. 10. Et hercule terribilem antea regem, et absentia sua ad vanam fiduciam elatum, posteaquam adventare se senserit, cautum pro temerario factum,[e] delituisse inter angustias saltus ritu ignobilium ferarum, quæ, strepitu prætereuntium audito, sylvarum latebris se occulerent. 11. Jam etiam valetudinis simulatione frustrari suos milites:[f] sed non amplius ipsum esse passurum detrectare certamen: in illo specu, in quem pavidi recessissent, oppressurum esse cunctantes.' 12. Hæc magnificentius jactata quam verius. Ceterum, pecunia omni rebusque pretiosissimis Damascum[g] Syriæ cum modico præsidio mi-

[b] *In Provincia deserta, et a Persis atque Macedonibus alternatim direpta.*
[e] *Alexandrum propter ipsius Darii absentiam inani spe inflatum, ex quo istum appropinquare cognovit, prudentem ex temerario redditum, &c.*
[f] *Simulato morbo fallere ac morari suos milites.*

—8 Leid. *vix illam*, pro quo Voss. 2. Pal. 1. Venett. Veron. Mer. Ald. Frob. Bas. et Col. *insulsam*. Pith. et Fauch. *jam hyens*. Edd. fere omnes *invicem*; Heumannus etiam divisim scribit *in vicem*. Voss. 2. *ab hoste vexata*.—9 Pal. 1. *Nec dividi q. c. posse more, &c.* omisso *τῷ servato*. Leid. et Voss. 1. 2. *discrimine bellorum semper*. Multæ edd. *obtulerant*; Pith. Ald. Mer. Basil. et Col. *obtulerunt*.—10 Pal. 1. Leid. et Voss. 1. *postquam adventare*. Bong. et Voss. 1. *dilituisse*; Mer. *detulisse*. Voss. 2. *qui strepitu*. Bong. et Voss. 1. *occuluerint*; Leid. Lugd. et Amst. *occulerint*; Voss. 2. *occuluerit*; Heum. conj. *occulant*; Ald. Colin. Gryph. Bas. Freinsh. Cellar. Pitisc. Maitt. Tell. Snak. Bip. et Cunz. *occulerunt*; Acidal. et Bothe *occulerent*. [f] Sic cum Acidalio pro vulgato *occuluerunt* scribere non dubitavi.' *Schmieder*.—11 Leid. et Voss. 1. 2. *valitudinis*. Theocr. omittit *ipsum*. Leid. et Voss. 1. *detractare*. Dan. *certamin*, et a m. sec. *certamen*. Pith. et Theocr. *quo pavidi*.—12 Bong. et Voss. 1. 2. *verumque pretiosissimis*. Leid. *agmine*. Idem et Voss. 1. *ac*

NOTÆ

[c] *Cum jam hyems*] Satis diu igitur moratus est in Cilicia Alexander, qui fervidissima æstate eo pervenerat. Sane non ante Novembrem pugnam esse commissam indicat nix illa quæ non ita multo post victoriam cecidisse memoratur hoc libro, cap. 13.

[d] *Vexata*] Non quia jam vastata esset a Macedonibus; sed quia brevi id futurum erat, si propius castra admoverent.

[g] *Damascum*] Damascus infra cap. 13. *Syriæ*] Syria lib. IV. cap. 1.

litum missis, reliquas copias in Ciliciam duxit, insequentibus more patrio agmen conjuge et matre: virgines quoque cum parvo filio comitabantur patrem. 13. Forte eadem nocte[f] et Alexander ad fauces, quibus Syria aditur, et Darius ad eum locum, quem 'Amanicas[g] Pylas' vocant, pervenit. 14. Nec dubitavere Persæ, quin, Isso relicta, quam ceperant, Macedones[h] fugerent. Nam etiam saucii[i] quidam et invalidi, qui agmen non poterant persequi, excepti erant. 15. Quos omnes, instinctu purpuratorum,* barbara feritate sævientium, 'præcisis adustisque manibus circumduci, ut copias suas noscerent, satisque omnibus spectatis, nuntiare, quæ vidissent, regi suo' jussit. 16. Motis ergo castris, superat Pinarum[j] amnem, in tergis, ut credebat, fugientium

* *Suasione procerum.*

matre.—13 *Pilas* Leid. et Voss. 1. 2.—14 Dan. Pith. Mer. Put. Faech. Bong. 2. Pal. 1. Leid. et Voss. 1. *Isson;* Voss. 2. *Yssun;* Col. *Ysso.* Acidalius *pro poterant* legi jussit *potuerant;* Theocr. *poterant sequi.*—15 *Quos omnis* Leid. et Voss. 1. 2. *feritate sævientium* Voss. 1. Codd. nonnulli non habent *adustis,* sed *adductis;* unde Schefferus suspicatur fuisse: *adstrictisque funibus,* videlicet ad tergum.—16 Pal. 1. *spinarum amnem;* Mer. Bas. Col. *Pyrrhamum;* alii *Pyramum.* Pal. 1. *integris* pro *in tergis.* Voss. 2. *credebant.* Mox

NOTÆ

[f] *Eadem nocte*] Alexander Isso relicta portas Ciliciæ Syriam aditurus noctu penetravit, sive Darium illa parte adventurum ratus, sive alio ductus consilio: eadem nocte Darius ab Euphrate recta Ciliciam petens, prope Amanicas Pylas, qui solus erat venientibus ab Oriente aditus, pervenit, atque Isson a Macedonibus desertam occupavit.

[g] *Amanicas*] Amanus Tauri montis pars est, ab Orientali Ciliciæ parte quam claudit, ad Euphratem excurrens. Hodie *Monte-negro* appellari dicunt, Arabibus *Car-aman;* unde Caramaniæ nomen. Hic ad mare Issicum desinens fauces efficit, quas Amani portas seu Pylas vocant.

[h] *Macedones*] Non jam retro in Ciliciam, sed in Syriam fugere illos arbitrabantur, cum ex captivis atque ex Issi incolis didicissent quo versus castra movisset Alexander. Quominus habenda fides Callistheni Darium per Amanicas Pylas ingressum in Ciliciam referenti: ad eas quidem proxime accessit, Ciliciam petens, ubi Alexandrum assequi festinabat; sed de Macedonum itinere certior factus, ad eos insequendos se convertit.

[i] *Saucii*] In subigendis montanis Amaniensibus dies septem impenderat Alexander, qua in expeditione aliquot fuerant vulnerati: isti abeuntem Isso exercitum sequi cum non potuissent, a Persis supervenientibus capti sunt.

[j] *Pinarum*] Pinarus fluvius Isson inter et Pylas Syrias ab Ortu in Occasum, ut quidem conjicere licet, Issi-

hæsurus.[p] At illi, quorum amputaverat manus, ad castra Macedonum penetrant, 'Darium quam maximo cursu posset, sequi' nuntiantes. 17. Vix fides[k] habebatur: itaque speculatores in maritimas[l] regiones præmissos 'explorare' jubet, 'ipsene adesset, an præfectorum aliquis speciem præbuisset universi venientis exercitus?' 18. Sed cum speculatores reverterentur, procul ingens multitudo conspecta est: ignes deinde totis campis collucere cœperunt, omniaque velut continenti incendio ardere visa: cum incondita multitudo, maxime propter jumenta, laxius tenderet.[q] 19. Itaque 'eo ipso loco[m] metari suos castra' jusserat; lætus, quod omni expetiverat voto, in illis potissimum angustiis[n] decernendum fore. 20. Ceterum, ut solet fieri, cum ultimi discriminis tempus adventat, in solicitudinem versa fiducia

[p] *Macedonum, ut putabat, fugientium terga insequendo pressurus.*
[q] *Quia male dispositus barbarorum exercitus latius spatium tentoriis occupabat.*

pro *At illi* Bong. *ille.* Pal. 1. *amputaverunt.* Bong. Theocr. et Voss. 1. 2. *quanto maximo cursu.*—17 Bong. Pal. 1. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *in* ante *maritimas.* Lugd. et Amst. *præmissos Alexander explorare.* Pal. 1. Leid. Voss. 1. 2. *ipse adesset;* Bong. 1. *utrum ipse adesset* a diversa manu. Pro *præbuisset,* quod ceteri codd. agnoscunt, Bong. 1. Leid. et Voss. 1. 2. habent *tribuisset,* probante Freinsh.—18 'Vocem *speculatores* Heum. recte delendam putavit.' *Cuns.* Vide Not. Var. Pal. 1. *velut in continenti.* Voss. 2. *laxius tenderet.*—19 Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. *expetierat;* Voss. 2. *voto expetiverat.* 'Cum plurimis codd. *decernendum fore* scripsi pro *dec. esse.*' Schmieder. *esse* exhibent Venett. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Bas. Erasm. Freinsh. Pitisc. Cellar. Maitt. Tell. Bip. Cuns. et Both. *fore* Theocr. Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. 2. et Voss. 1.—20 'In verbis *ut solet fieri* tertium pro glossa habetur, quamvis in plerisque codd. extet.' *Schmieder.* Extat in Dan. Pal. 1. Leid. et Voss. 1. deest in Lugd. et Amst. Pro *adventat* Mer.

NOTÆ

cum sinum petit. Sunt qui hoc loco *Pyramum* legant, errore manifesto: corrupte quoque apud Strabonem 'Pindus' appellatur.

[k] *Vix fides*] Ut Alexandrum Darius, sic Alexander Darium a tergo imprudens reliquerat; ille Amanicas Pylas, hic Syriam petens. Itaque vix credebat insequi Darium, quem a fronte sibi occurrere cogitabat.

[l] *In maritimas*] Addit Arrianus quosdam ex amicis triremi impositos Issum remisisse, exploraturos an vera essent quæ nuntiabantur.

[m] *Eo ipso loco*] Ultra Pylas Syrias, quas jam transierat, ut scribit Arrianus.

[n] *In illis angustiis*] Non illis ipsis in quibus castra ponebat, cum inde tertia vigilia profecti, ad locum pugnæ oriente demum luce pervenerint; sed in aliis non multum distantibus, quas modo diximus.

est. Illam ipsam fortunam, qua aspirante res tam prospere gesserat, verebatur, nec injuria ex his, quæ tribuisset sibi; quamque mutabilis esset, reputabat: 'unam superesse noctem, quæ tanti discriminis moraretur eventum:' 21. rursus occurrebat, 'majora periculis præmia: et sicut dubium esset, an vinceret; ita illud utique certum esse, honeste et cum magna laude moriturum.' 22. Itaque 'corpora milites curare' jussit,[r] 'ac deinde tertia vigilia[o] instructos et armatos esse.' ipse in jugum editi montis ascendit, multisque collucentibus facibus patrio more sacrificium Diis præsidibus[p] loci fecit. 23. Jamque tertium, sicut præceptum erat, signum tuba miles acceperat, itineri simul paratus et prælio: 'strenueque' jussi 'procedere,' oriente luce pervenerunt ad angustias,[q] quas occupare decreverant. 24. 'Darium triginta[r] inde stadia abesse' præmissi indicabant: tunc 'consistere agmen' jubet; armisque ipsi sumtis aciem ordinabat. Dario adventum hostium pavidi agrestes nuntiaverunt, vix credenti occurrere etiam, quos ut fugientes

[r] *Milites jussit corpora cibo et quiete reficere.*

venerat. Mox Fauch. *proprie gesserat.* Veron. Ald. et Bas. *ex iis;* Bong. *ex his.* Dan. Pal. 1. Leid. Voss. 1. Venett. Veron. et Mer. *quamque.*—21 *Rursus occurrebat* Dan. *Rursus occurrebant* Voss. 2.—22 Voss. 2. *ipse jugum, omisso τῷ in;* Put. omittit τὸ *ipse.* Leid. et Dan. *excendit;* et ita Bong. 2. est tamen mutatum in *ascendit.* Bong. 1. 2. Leid. et Voss. 1. *Dis,* quod omissum est in Pal. 1.—23 Leid. *sicut præcepto.* Dan. Pith. Put. Bong. 1. 2. Leid. et Voss. 1. *itinere.* Bong. Leid. et Voss. 1. *ac prælio.* Voss. 2. *luce perveniunt.* 'Scribe *decreverat* pro *decreverant;* non militum est decernere, sed ducis.' *Bothe.*—24 Bas. *stadia adesse.* Mox Bong. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. *ordinat.* Paulo post Bong. 1. et Voss. 2. *ostium* pro *hostium.*

NOTÆ

[o] *Tertia vigilia*] Nox tota quatuor in partes æquales ab antiquis tribuebatur, easque pro anni tempore longiores aut breviores; quibus singulis, quia singulæ militum custodiæ vigilabant, vigiliæ nomen ipsis noctis partibus inditum: tertia semper a media nocte inchoabat.

[p] *Diis præsidibus*] Suum cuique loco numen seu genium præsidere, unum, pluresve, vulgatissima fuit Græcorum præsertim opinio. Id causæ erat cur aliquo delati Deos loci præsides conciliare sacrificiis studerent.

[q] *Ad angustias*] Angustias intellige Pylas Syriæ quas prætergressus fuerat, vel alias citeriores; quales, ut in montosa regione, multas fuisse dubium non est.

[r] *Triginta*] Quatuor fere passuum millia.

sequebatur. 25. Ergo non mediocris omnium animos formido incesserat:[s] quippe itineri quam prælio aptiores erant, raptimque arma capiebant: sed ipsa festinatio discurrentium, suosque ad arma vocantium, majorem metum incussit. 26. Alii in jugum montis evaserant, ut hostium agmen inde prospicerent: equos plerique frænabant: discors exercitus, nec ad unum intentus imperium,[t] vario tumultu cuncta turbaverat. 27. Darius initio montis jugum[u] cum parte copiarum occupare statuit, et a fronte et a tergo circumiturus hostem: a mari quoque, quo dextrum ejus cornu tegebatur, alios objecturus, ut undique urgeret. 28. Præter hæc viginti millia præmissa cum sagittariorum manu, 'Pinarum amnem,' qui duo agmina interfluebat, 'transire et objicere sese Macedonum copiis' jusserat; 'si id præstare non possent, retrocedere' in montes, et occulte circumire ultimos hostium.' 29. Ceterum destinata salubriter omni ratione potentior fortuna discussit:[x] quippe

[s] *Ingens timor omnium mentes occupaverat.*
[t] *Nec ad unius ducis signum accipiendum intentus.*
[x] *Sed sors, omni consilio efficacior, irrita reddidit quæ utiliter a Dario constituta fuerant.*

—25 Dan. Leid. et Voss. 1. *omnium animo.* Bong. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *incesserat.* Dan. Pith. Fauch. Bong. 2. Leid. et Voss. 1. omittunt *quam* ante *prælio.* Leid. *arma cupiebant.*—26 Bong. 1. *cuncta turbaverant.*—27 Leid. et Voss. 1. 2. *jugum montis.* Mox Pith. *armari* pro *a mari.* Bong. 1. *quod dextrum.*—28 Mer. Bas. et Col. *Pyrrhamum;* Erasm. et alii *Pyramum;* Pal. 1. *Spinarum.* Leid. et Voss. 1. *obicere sese:* Pith. et Bong. 1. *objicere se.* 'Spuria et subjecta videtur interpretibus vox *præstare.*' Schmieder. *intrecedere in montes* Voss. 2. *et occultæ* Leid. et Voss. 1. *circuire* Mer. Pith. Frob. Ban Col. et Amst.—29 Mer. *salubriter cum ratione.* Pith. *non alii audebant*

NOTÆ

[s] *Montis jugum*] Inter mare ac montem planities extendebatur non magna, ipso montis jugo magna ex parte cincta, quam Pinarus amnis inter utraque castra medius permeabat. Hunc amnem ut trajicerent, viginti suorum millia præmiserat Darius; sed illi mutato postea consilio, ut ex Arriano colligitur, vel transire vetiti, vel, si transierunt, regredi jussi, in ipsa fluminis ripa constiterant; unde Macedonas transitu prohibere frustra conati sunt, quamvis crepido magna ex parte prærupta, ceteris locis vallo munita ab ipsis foret.

[t] *Retrocedere*] Si Arriano credimus, non isti, sed alii ad viginti millia, jussi sunt montem, qui ad fluvium pertinuisse videtur, occupare; unde et

alii præ metu imperium exequi non audebant; alii frustra exequebantur: 30. quia, ubi partes labant, summa turbatur.[a]

IX. 1. Acies[a] autem hoc modo stetit. Nabarzanes equitatu dextrum cornu tuebatur, additis funditorum sagittariorumque viginti fere millibus. 2. In eodem Thymodes erat, Græcis peditibus mercede conductis, triginta millibus, præpositus: hoc erat haud dubium robur exercitus, par Macedonicæ phalangi acies. 3. In lævo cornu Aristomedes[b] Thessalus viginti millia barbarorum peditum habebat. 4. In subsidiis[c] pugnacissimas locaverat gentes. Ipsum regem in eodem[d] cornu dimicaturum tria millia delectorum equitum, assueta corporis custodiæ, et pedestris acies quadraginta millia sequebantur. 5. Hyrcani deinde Mediique equites: his proximi ceterarum gentium, dextra lævaque

[a] *Cum partes aliquæ deficiunt, totum perturbatur.*

frustra. Leid. *exæquabantur.*—30 Totam hanc sententiam excludit Pal. 1. eam tamen agnoscit Gualt. qui ita expressit: 'partesque labent ubi summa movetur, Cumque caput nutat, turbari membra necesse est.'

1 Bong. Leid. et Voss. 1. *Nabarzanas*:—2 *In medio Thymodex* conj. Freinsh. improbante Schmiedero. *Timodes* Leid. Voss. 1. Mer. Bas. et Col. *Thimocles* Voss. 2. *Thimondas* in aliis. Bong. Leid. et Voss. 1. *hæc erat*; unde Heinsius *hæc erant*. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. *haud dubie*, quod præfert Schmieder. Voss. 2. *falangi.*—3 *In lævo* Pith. *Aristomedis* Bong. Leid. et Voss. 1. *viginti milia* Voss. 2. *millia* deest in Bong. 1.—4 *Ipsum regem dimicaturum* Brisson. lib. 1. p. 131. Freinsh. *curru* pro *cornu*. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. *corporis custodia*; et ita legit Modius. Ald. et Bas. *sequebatur.*—5 Leid. Voss. 1. 2. Venett. Veron. Mer. Bas. et Col. *gentium ultra eos*; alii:

NOTÆ

dextrum Alexandri latus premere, et ubi progressus esset, a tergo circumire possent.

[a] *Acies*] Persarum. *Cornu*] Quid sit cornu aciei, dictum supra cap. 2.

[b] *Aristomedes*] Phera Thessaliæ urbe natum, et ab Alexandro transfugam fuisse prodit Arrianus. Thessalia cap. 5.

[c] *In subsidiis*] Subsidia vocat partem illam copiarum quæ extra aciem idoneo loco reservabatur, quocumque opus foret, auxilium ferre parata, *le corps de reserve.*

[d] *In eodem*] Et hic et apud Arbela in media acie pugnasse Darium veteri Persarum Regum instituto, tradit Arrianus; quod ego verosimilius putem in Rege, ut vidimus, patrii moris retinentissimo. Sin est ut Curtio assentiamur utrobique in lævo cornu Darium pugnasse, eo forte consilio fecerit, ut Alexandro in dextro pugnanti occurreret: quanquam non tam Alexandrum Darius, quam Darium Alexander videtur quæsisse. Hyrcani lib. VI. cap. 4. Medi lib. V. cap. 8.

dispositi. Hoc agmen, sicut dictum est, instructum sex millia jaculatorum funditorumque antecedebant. 6. Quicquid in illis angustiis adiri poterat, impleverant copiæ, cornuaque hinc a jugo,[a] illinc a mari stabant: uxorem matremque regis et alium fœminarum gregem in medium agmen acceperant. 7. Alexander phalangem, qua nihil apud Macedonas validius erat, in fronte constituit: dextrum cornu Nicanor Parmenionis filius tuebatur: huic proximi stabant Cœnos et Perdiccas et Meleager et Ptolemæus et Amyntas, sui quisque agminis duces. 8. In lævo, quod ad mare pertinebat,[a] Craterus et Parmenio erant; sed Craterus Parmenioni parere jussus. Equites ab utroque cornu locati: dextrum Macedones, Thessalis[f] adjunctis, lævum Peloponnenses[g] tuebantur. 9. Ante hanc aciem posuerat funditorum manum, sagittariis admixtis. Thraces quoque et Cretenses[h] ante agmen ibant, et ipsi leviter armati. 10. At iis, qui præmissi a Dario jugum montis insederant, Agrianos[i] opposuit ex Græcia nuper advectos. Parmenioni autem præceperat, ut, quantum posset, agmen ad mare extenderet;

[a] *Quod versus mare collocatum erat.*

---

gentium equites. Vide Not. Var. Leid. *dispositis.* Paulo post, Fauch. *sex millibus;* Bong. 1. 2. et Leid. VI. *millia;* Voss. 1. III. *millia.* Bong. 1. et Leid. *antecedebat.*—6 Voss. 2. Ald. Frob. et Bas. *impleverunt.* Bong. et Leid. *ab jugo.* Pith. *illinc armari;* et mox: *aliarum f. gregem.*—7 Leid. et Voss. 1. 2. *quo nil.* Mer. *Macedones.* Dan. et Voss. 1. *Cenos;* Mer. *Conos;* Bas. et Col. *Conon.* Mer. Bas. Col. et Voss. 2. *Perdicas,* ut semper. Leid. et Voss. 1. *Maeleager.*—8 Leid. *quod mare,* omissa præpositione. Mox Bong. Thocr. Mer. Pal. 1. Leid. et Voss. 1. *adjuncti;* Voss. 2. *et Thessali adjuncti.* Dan. Leid. et Voss. 1. *Peloponensi;* unde Heinsius *Peloponnesii.* Leid. *tuebatur.*—9 Mer. *posuerant.* Mox Pith. *Truches;* Voss. 2. *Traces.*—10 *His* pro *At iis* Bong. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Frob. Bas. Lugd. Col. et Amst. *qui primi a Dario* Pal. 1. *qui præmissi ab Dario* Bong. Leid. et Voss. 1. 2. *Agrianos opposuit* Pal. 1. *Agr. opposuit, et ex, &c.* conj. Gronovius. Mox *posset* deest in

NOTÆ

[a] *Hinc a jugo*] A mari quidem dextrum Darii cornu, cui lævum Alexandri oppositum erat; a jugo vero lævum Persarum, dextrum Macedonum sibi respondebant.

[f] *Thessalis*] Thessalia supra cap. 2.

[g] *Peloponnenses*] Peloponnesus c. 1.

[h] *Cretenses*] Creta lib. IV. cap. 1.

[i] *Agrianos*] Agriani Thraciæ populi circa Hæmum montem, quos alii Agriæos, Agrianes, et Agrienses appellant.

quo longius abesset montibus, quos occupaverant barbari.' 11. At illi[j] neque obstare venientibus, nec circumire prætergressos ausi; funditorum maxime aspectu profugerant territi: eaque res tutum Alexandro agminis latus, quod ne superne incesseretur timuerat, præstitit.[k] 12. Triginta et duo[k] armatorum ordines ibant; neque enim latius extendi aciem patiebantur angustiæ: paulatim deinde se laxare sinus montium, et majus spatium aperire cœperant; ita ut non pedes solum pluribus ordine incedere, sed etiam lateribus circumfundi posset equitatus.

X. 1. Jam in conspectu, sed extra teli jactum, utraque

[b] *Eaque res Alexandro reddidit securum latus dextrum aciei, quod metuerat ne ab hostibus ex superiore loco montis impeteretur.*

Leid. *abesset acies montibus* Bong. et Voss. 1. 2.—11 Dan. Put. Pith. Bong. 1. 2. Leid. et Voss. 1. *venientes;* Fanch. et Pal. 1. *venienti.* Leid. et Voss. 1. 2. *territi profugerant;* Dan. Put. Fanch. et Bong. 1. 2. *territi profuerant;* Pith. *territi profugerent.* Leid. *Alexandro tutum;* Voss. 1. *Alexandro totum.* —12 Pal. 1. *ordinis ibant.* Bong. et Voss. 1. *laxare se et sinus;* Voss. 2. *lassare se;* Mer. *se laxare et sinus.* Mox Dan. Pal. 1. Voss. 1. Ald. et Col. *ordine,* quod rectum putant Scheff. et Schmieder, sed elliptice positum pro 'in ordine.' Leid. *ordini.* 'Cum pluribus codd. et edd. pro *a lateribus* scripsi *lateribus* omisso *a.*' Schmieder. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Lugd. et Amst. omittunt *a;* id exhibent ceteri codd. cum edd. Venett. Veron. Mediol. Maitt. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Barb. Bip. Cunz. et Bothe.

1 Pro *jactum* Pith. *jam tum;* Leid. *ultraque acies.*—2 *Redditus* Voss. 2. *et*

NOTÆ

[j] *At illi*] Barbari qui montis jugum dextro Macedonum lateri, ut diximus, imminens occupaverant, funditorum præsertim aspectu territi, profugerunt.

[k] *Triginta et duo*] Phalanx Macedonica sexdecim millibus militum et trecentis octoginta quatuor constabat. His arma erant gladii, hastæ breves, et sarissæ oblongæ, initio quidem cubitorum sexdecim, postea quatuordecim. De varia phalangis divisione in duas, in quatuor, in octo partes, ac deinceps, videri possunt Polyb. lib. XVII. Ælianus Tactic. cap. 14. Appianus in Syriac. ubi tamen irrepsit error. Si locus pateretur, ordines in fronte phalangis erant duodecim supra quingentos; a fronte ad tergum duo et triginta. Hic propter montium angustias inversa ratio est tantisper, donec laxato spatio laxari ordines potuere. Ceterum 'triginta et duo' Latine dici negat Valla, docetque a 'viginti' ad 'centum,' si duo numeri copula jungantur, minorem majori præponi, alias majorem minori præire. Forte Curtius hoc similibusque locis absque copula scripserit, quam deinde librariorum ignorantia ex male expressis numerorum notis inculcarit; vel certe citra aureum Latinitatis sæculum scripsisse dicatur, quomodo Seneca in Apocolocynt. 'annus sexagesimus et quartus est.'

acies erat; cum priores Persæ [a] inconditum et trucem sustulere clamorem. 2. Redditur et a Macedonibus, major [exercitus impar numero, sed] jugis montium vastisque saltibus repercussus: quippe semper circumjecta nemora petræque, quantamcumque accepere vocem, multiplicato sono referunt. 3. Alexander ante prima signa ibat, identidem manu suos inhibens; ne suspensi, acrius ob nimiam festinationem concitato spiritu, capesserent prælium.[c] 4. Cumque agmini obequitaret, varia oratione, ut cujusque animis aptum erat, milites alloquebatur. Macedones, 'tot bellorum [b] in Europa victores, ad subigendam Asiam atque ultima Orientis, non ipsius magis quam suo ductu, profecti,

[c] *Ne propter velociorem cursum vehementius incitato anhelitu ad prælium languidiores accederent.*

Macedonibus Mer. omissa præpositione. Bong. *major ex jugis;* Leid. et Voss. 1. *major e. numero jugis;* Voss. 2. *clamor exercitus numero jugis;* Mer. Bas. et Col. *ex. imp. n. jugis;* Lugd. et Amst. *major jugis.* Gryph. in marg. *exercitus impari numero.* 'Ego, quia *sed* a plerisque codd. abest, et voces: *exercitus impar numero,* gloss. redolent ad *major,* quatuor has voces uncis intersepsi, tanquam insititias, ut clamor Macedonum montium jugis *major repercussus* dicatur, h. e. major redditus quam acceptus. Ceterum isti clamores mihi quidem non ante sed post orationem Alexandri in ipso conflictu editi videntur, quod confirmat Diodor. VI. 33.' *Schmieder.* Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. 2. Leid. et Voss. 1. *quantumcumque accipere;* Mer. *quantumcunque accepere;* Pal. 1. *quantacunque accepere.* Theocr. *duplicato sono.*—3 De hujus loci variantibus vide Not. Var. Multi codd. et edd. *capesserent bellum;* Bong. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. *capesserent prælium.*—4 *Cumque agmen* plurimi codd. et edd. fere omnes; *Cumque agmini* Bong. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. *ut cujuscumque* Pith. et Voss. 1. *ut cujusque animus erat* malebat Modius; *animo aptum erat* Bas. *animus aptus erat* Pal. 1. *aptum* tamen habent ceteri codd. et edd. omnes. Voss. 2. *et milites alloquebatur.* Mox idem codex: *ad subjugandum.* Pith. *suo d. profectu;* Leid. et Amst. *suo d. profectos* i. e.

NOTÆ

[a] *Priores Persæ*] Diodorus Siculus lib. XVII. prius a Macedonibus sublatum clamorem scribit; Persas ob numerum respondisse validius. Quod ita gestum, itaque, ut opinor, ab aliis scriptum secus interpretatus Curtius, ad Echo confugit, minime probabili invento. Hic porro cum Radero vocem 'impar' expungendam putavi, quam et alii multi non agnoscunt, legendumque *major exercitus numero, sed, &c.* quasi occupante Curtio quæstionem illam, quomodo posset major esse quam pro numero exercitus clamor.

[b] *Tot bellorum*] De Philippi et Alexandri bellis in Europa vide ea Plutarchum in eorum vita, Diodorum lib. XVII. Arrianum; et qui ex his maxime Supplementum Curtii contexuit, Freinshemium lib. I. et II.

inveteratæ virtutis' admonebantur. 5. 'Illos terrarum orbis liberatores,[c] emensosque olim Herculis et Liberi[d] patris terminos,[d] non Persis modo, sed etiam omnibus gentibus imposituros jugum; Macedonum Bactra[e] et Indos fore; minima esse, quæ nunc intuerentur; sed omnia victoria parari. 6. Non in præruptis petris Illyriorum et Thraciæ saxis sterilem laborem fore; spolia totius Orientis offerri. Vix gladio futurum opus; totam aciem suo pavore fluctuantem umbonibus posse propelli. 7. Victor ad hæc Atheniensium[f] Philippus pater' invocabatur: 'domitæque nuper Bœotiæ,[g] et urbis in ea nobilissimæ[h] ad solum dirutæ,' species repræsentabatur animis: 'jam Granicum amnem, jam tot urbes, aut expugnatas, aut in fidem acceptas; omniaque, quæ post tergum erant, strata et pedibus

[d] *Postquam Herculis et Bacchi limites aliquando prætergressi forent.*

admonebant.—5 Bong. Leid. et Voss. 1. 2. *Macedonum provincias Bactra;* Mer. *Macedonum copias Bactra.* Dan. Pith. et Leid. *victori aperiri;* Fauch. *victoria aperiri,* erasa *a* posteriori; Bong. 1. et Voss. 1. *victoria aperiri,* absque litura.—6 Bong. Leid. Voss. 1. 2. et Lngd. *Non in præruptis,* probante Heum. Schmieder mallet: *Non de præruptis;* Vulgg. non habent τὸ *in.* Multæ edd. vett. *Illyricorum.* His verbis: *Vix gladio, &c.* incipit vetustissimus codex Nic. Heinsii, quem Florentinum esse putat Snak.—7 Voss. 2. *Filippus.* Bong. et Voss. 2. *Boëtiæ.* Dan. *et urbes,* et correctum *urbis;* Bong. 2. Florent. et Leid. *urbes.* Bong. *repræsentabantur.* Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Granicum agmen.* Dan. et Pal. 1. *omnia quoque quæ;* Put. Pith. Fauch. Bong. 2. et Col. *omnia quæque quæ;* Florent. Leid. et Voss. *omnia quæque*

NOTÆ

[c] *Liberatores*] Qui orbem scilicet a Persarum tyrannide liberassent; quasi vero non aliam ipsi haud paulo duriorem inducerent.

[d] *Herculis et Liberi*] De his Herculis et Liberi Patris terminis dicitur inferius, lib. VII. cap. 9. et lib. IX. cap. 4.

[e] *Bactra*] Vide lib. VII. cap. 4. *Indos*] Lib. VIII. c. 9. *Illyriorum*] Illyricum proprie olim appellabatur totus ille terrarum tractus qui inter Adriaticum sinum et Pannoniam protensus, a Septemtrione Istriam, ab Ortu Mysiam, a Meridie Macedoniam attingebat. *Dalmatiam* hodie vocant.

[f] *Atheniensium*] Quos Philippus ad Chæroneam ingenti prælio vicit Thebanis conjunctos.

[g] *Bœotiæ*] Bœotia Majoris Achaiæ sive Helladis pars ad Ortum ac Septemtrionem Euboeæ insulæ fretoque Euripo vicina, a Meridie Atticam habuit, ab Occasu Phocidem.

[h] *Urbis nobilissimæ*] Thebas intellige, ab Alexandro funditus dirutas, Suppl. lib. I. cap. 13.

ipsorum subjecta' memorabat. 8. Cum adierat Græcos, admonebat, 'ab iis gentibus illata Græciæ bella, Darii[i] priùs, deinde Xerxis[j] insolentia, aquam ipsam[k] terramque postulantium: ut neque fontium haustum, nec solitos cibos relinquerent.' 9. Dein 'Deum templa ruinis et ignibus esse deleta: urbes eorum expugnatas: fœdera humani divinique juris violata' referebat. Illyrios vero et Thracas, rapto vivere assuetos, 'aciem hostium auro purpuraque

---

post, &c.—8 Freinsh. *τὸ admonebat* repudiat, quia gloss. sapit. Vide Not. Var. *ab his* Florent. Leid. et Voss. 1. *ab illis* Voss. 2. *Xersis* Voss. 2. et Ald. *insolentiæ* Florent. Leid. Voss. 1. Sigebergensis Modii, et edd. vett. *insolentiæ* Voss. 2. *insolentiam* Venett. Veron. Maitt. Lugd. et Amst. quod probat Freinsh. Bothe interpungit: *Cum a. Græcos: admonebat ab i. g. i. G. bella D. priùs, deinde Xerxis, insolentia aquam, &c. insolentia* pro 'insolenter,' 'per insolentiam.' Dan. Put. Pith. Fauch. et Bong. 2. *ipse* pro *ipsam*; Florent. Pal. 1. Leid. et Voss. 1. 2. *ipsos*. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *terramque poscentium*; Pal. 1. *terramque poscentes*; plurimæ edd. *populantium*, quod retinet Acidalius; *postulantium* ceteri codd. cum edd. vett. omnibus. Bong. Put. Leid. et Voss. 1. *relinqueret*.—9 *Dedita iis templa* Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. Theocr. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venett. Veron. Mediol. et Mer. *Dedita Deis templa* Bas. et Col. *Dedita Diis templa* Lugd. et Amst. *Dein Deum templa* ceteræ edd. vett. *Dedicata Deis templa* conj. Rutgers. et Heinsius. Leid. Voss. 1. 2. Amst. et Lugd. *divini humanique*. Cum quibusdam edd. *Illyrios* scripsit Freinsh. quem secuti sunt omnes deinceps editores; *Illyricos* plurimæ edd. vett. *Trachas* Voss. 2.—

NOTÆ

[i] *Darii*] Darius Hystaspis F. tertius a Cyro Rex Persarum, Græcis, potissimum Atheniensibus, infestus quod Asiaticis Græcorum coloniis adversus ipsum auxilia tulissent, sexcentorum millium exercitum in Græciam trajecit, qui ab Atheniensibus duce Miltiade in Marathonio campo insigni clade affectus turpissime fugit.

[j] *Xerxis*] Xerxes hujus Darii filius natu minor, idemque regni hæres, paternum dedecus ulturus, decies ac septies centenis hominum millibus Græciam invasit, Athenas incendit, &c. De qua ejus incursione Justinus et alii.

[k] *Aquam ipsam*] Quod 'insolentiam' Darii pariter et Xerxis commemorat, inde viri docti suspicati sunt non *populantium*, ut multis placuit, sed *postulantium* esse legendum: quippe, inquiunt, quod tanta hominum multitudo annonam omnem populata sit, ipsosque fontes ac fluvios exsiccaverit, id non tam insolentia quam necessitate factum est. In eo igitur fuit communis illa utriusque insolentia, quod Persico more legatos in Græciam sub initia belli miserint, aquam terramque postulaturos; quas qui darent, quia sine illis hominum vita nulla est, ii vitam ipsam ceteraque omnia victoris arbitrio permittere se profitebantur. Docte id quidem et ingeniose; nisi repugnaret quod sequitur: 'ut nec fontium haustum, nec,' &c. quo fontium exsiccationem populationemque terræ, non postulationem significari arbitror.

fulgentem intueri' jubebat, 'prædam, non arma gestantem. 10. Irent, et imbellibus fœminis aurum viri eriperent, aspera montium suorum juga, nudosque colles et perpetuo rigentes gelu, ditibus Persarum campis agrisque mutarent.'

XI. 1. Jam ad teli jactum pervenerant; cum Persarum equites ferociter in lævum cornu hostium invecti sunt. Quippe Darius equestri prælio decernere optabat, phalangem Macedonici exercitus robur esse conjectans: jamque etiam dextrum [a] Alexandri cornu circumibatur. 2. Quod ubi Macedo conspexit, duabus alis equitum 'ad jugum montis' jussis 'subsistere,' ceteros in medium belli discrimen strenue transfert. 3. Subductis deinde ex acie Thes-

---

10 Modius, Acidal. Freinsh. Cellar. Pitisc. Barb. Cunz. et Both. *nudosque calles;* Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. 2. Leid. et Voss. 1. *nudasque calles;* Bong. 1. *nudaque colles;* Voss. 2. Venett. Mediol. Veron. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Erasm. Maitt. Tell. et Bip. *nodosque colles,* quod revocavit Schmieder. *mitibus P. campis* codex Acidalii, 'quod non male responderet *asperi jugis montium.*' Cunz.

1 *Cum Persarum equites jam ad teli jactum pervenerant* Voss. 2. *Jam teli ad jactum* Voss. 1. *prælio decertare* Voss. 2. *obtabat* Dan. Leid. et Voss. 1. sed correctum in Dan. *fulangem* Voss. 2. et sic fere semper. Acidalius legere tentabat: *robur detrectans.*—2 Voss. 2. *ut Macedo;* et mox *jussis obsistere.* Fauch. pro v. l. *ad medium,* et pro *transfert, differt.*—3 *Subditis deinde* Leid.

NOTÆ

[a] *Dextrum*] Parum scienter in describendis prælils versatum esse Curtium, et a doctissimis viris animadversum est jam pridem, et in hac narratione tota satis apparet. Primum enim quomodo circumiri dextrum Alexandri cornu potuit, quod ad montem usque pertineret, jam fugatis, qui jugum insederant, Persis, cap. 9. deinde Thessalos equites ex acie subductos, et suorum tergum occulte circumire jussos, ad Parmenionem in lævum cornu miserat: quis eos igitur tam subito in dextrum transtulit a Persis urgendos, cap. 11. a Persis, inquam, quos in eo ipso cornu dimicans Alexander tanta strage afflixerat, ut ipse Darius fuga sibi jam consulnisset? Quis vero credat Parmenionem, quo nemo in re militari prudentior, antequam debellatum plane sciret in dextro cornu, equitem ad insequendos Barbaros dimisisse, quod nondum ipse ausus erat Alexander? Quid? Triginta illa Græcorum millia, par Macedonicæ phalangi acies, non nisi spectatores affuere certaminis, atque hoc unum operæ pretium fecere, quod ex acie haud sane fugientibus similes sese subduxerunt, non illato, non accepto vulnere? Hæc aliaque hujusmodi qui attenderit, politissimum cetera ac prudentissimum dixerit quidem Curtium, præliorum certe non peritissimum fatebitur.

salis equitibus, præfectum eorum 'occulte circumire tergum suorum' jubet, 'Parmenionique conjungi et, quod is imperasset, impigre exequi.' 4. Jamque ipsi,[b] in mediam [Persarum] undique circumfusi,[a] egregie se tuebantur; sed conserti et quasi cohærentes tela vibrare non poterant: simul erant emissa, in eosdem [c] concurrentia implicabantur, levique et vano ictu pauca in hostem, plura in humum innoxia cadebant: ergo cominus pugnam coacti conserere, gladios impigre stringunt. 5. Tum vero multum sanguinis fusum est: duæ quippe acies ita cohærebant, ut armis arma pulsarent, mucrones in ora dirigerent. Non timido, non ignavo cessare tum licuit: collato pede, quasi singuli inter se dimicarent, in eodem vestigio stabant, donec vincendo locum sibi facerent. 6. Tum demum ergo promovebant gradum, cum hostem prostraverant. At illos[d] novus excipie-

[a] *In medio Persarum ex omni parte cingentium inclusi.*

---

occulte deest in Pal. 1. et Col. *quod is impetrasset* Leid. Florent. et Voss. 1. *quod impetrasset* Voss. 2. *imperasset* deest in Pith. *impigre obsequi* Mer.—4 'Locus corruptus est, ex glossa in contextum recepta voce *Persarum*.' Schmieder. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *se* ante *tuebantur*. Fauch. Bong. 1. 2. Florent. Leid. Lugd. et Amst. *sed conferti*; Voss. 2. *sed confercti*; Pal. 1. et Voss. 1. *sed conserti*. Pro *vibrare* Heinsius conj. *librare*. Voss. 1. *simulque erant*; Voss. 2. Bas. Erasm. et alii edd. *simul ut erant*. Modius et Raderus *in eodem*; Freinsh. *in idem*. Voss. 2. *occurrentia*. Mer. *vario ictu*. Leid. et Voss. 1. *comminus*. Froh. Bas. et Col. *pugnam* omittunt. Vide Not. Var.—5 Theocr. *fusum est: quippe*, omisso *duæ*. Pal. 1. omittit *pulsarent*. Mer. *in ora dirigebant*. Nonnulli codd. *collati pede*. Pith. *incendo* pro *vincendo*. Voss. 2. *sibi locum*.—6 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et

NOTÆ

[b] *Jamque ipsi*] Alexander scilicet cum Macedonibus; sed quod in medio Persarum exercitu inclusos significat, præterquam quod non apparet qui factum sit, pugnat quoque cum sequentibus verbis, ubi vulneratos excedere non potuisse ex acie scribit: 'cum hostis instaret a fronte, a tergo sui urgerent.' Si enim undique cingebantur a Persis, ea verior ac facilior erat afferenda ratio, quia hostis undique et undique cingebat.

[c] *In eosdem*] Hoc ipsum Diodorus lib. XVII. de Persarum telis in sese mutuo incurrentibus narrat: sed Noster ad Macedones transtulit.' 'Concurrentia in eosdem' dicit, non quia eosdem attingerent, (quomodo interpretantes aliqui Curtium reprehendunt,) sed quia eosdem simul petentia, in ipso aëre concurrebant, seseque mutuo implicabant.

[d] *At illos*] Macedones, ubi gressum promoverant, primis Persarum ordinibus prostratis, jam defessi pugnando, recentem atque integrum in hostem incidebant.

bat adversarius fatigatos: nec vulnerati, ut alias solent, acie poterant excedere, cum hostis instaret a fronte, a tergo sui urgerent. 7. Alexander non ducis magis quam militis munera exequebatur, opimum decus[e] cæso rege expetens:[b] quippe Darius curru sublimis eminebat; et suis ad se tuendum, et hostibus ad incessendum, ingens incitamentum. 8. Ergo frater ejus Oxathres,[f] cum Alexandrum instare ei cerneret, equites, quibus præerat, ante ipsum currum regis objecit: armis et robore corporis multum super ceteros eminens; animo vero et pietate in paucissimis, illo utique prælio, clarus, alios improvide instantes prostravit, alios in fugam avertit. 9. At Macedones, ut circa regem erant, mutua adhortatione firmati, cum ipso in equitum agmen irrumpunt. Tum vero similis ruinæ strages erat. Circa currum Darii jacebant nobilissimi duces, ante oculos regis egregia morte defuncti, omnes in ora proni, sicut dimicantes procubuerant, adverso corpore vulneribus acceptis. 10. Inter hos Atizyes et Rheomithres et Sabaces prætor Ægypti,[g] magnorum exercituum præfecti, noscitabantur: circa

[b] *Præcipuum pugnæ honorem Darii cæde referre cupiens.*

Mer. *adversus fatigatos.*—7 Bong. Leid. et Voss. 1. *militis munia.* Voss. 2. omittit: *opimum decus cæso rege expetens;* Leid. *primum* pro *opimum;* Florent. *et petens* pro *expetens.* Fauch. *sublimus.*—8 Fauch. *Xathres;* Leid. *Exathres;* Voss. 2. Mer. Frob. Bas. Lugd. Col. et Amst. *Oxatres;* alii *Oxyatres.* Diodor. Sic. XVII. p. 579. *Oxathres.* Leid. et Voss. 1. *instare cerneret,* omisso *ei.* Voss. 2. *quibus ipse præerat.* Pith. *robore corporis super ceteros multum eminens.* Voss. 2. omittit: *in paucissimis.* Alii colon ponunt post *paucissimis.* Nonnulli codd. *illo utrinque.* Pith. et Fauch. *vertit* pro *avertit;* et sic Dan. a m. sec.—9 Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Macedones circa regem;* Theocr. et Oxon. *Macedones qui c. regem,* quod præferret Schmieder. Bong. *equitatum agmen.* Voss. 2. *prorumpunt.*—10 Florent. Leid. et Voss. 1. *Atyzies;* Voss. 2. *Aticies;* Bong. *Atycies;* Ald. *Aticyes;* Lugd. et Amst. *Atixies.* Dan. *et Stroimites;* Put. Pith. Fauch. Bong. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. *et Thrvimites;* Voss. 2. *et Thoroumites;* Frob. *et Romithres;* Lugd. et Amst. *et Rheomitres;* Vulgg. *et Troantes.* Florent. Voss. 1. Bong. et Lugd. *et Staces;* Voss. 2. *et Sachaces;* Mer. Bas. et Col. *Sathaces,* Amst. *Saraces.* Voss. 2. *erat*

NOTÆ

[e] *Opimum decus*] Ita 'opimum decus' vocat, ut apud Romanos 'opima spolia' dicebantur, quæ dux ipse victor sua manu occiso hostium duci detraxerat.

[f] *Oxathres*] Legunt alii *Oxatres,* alii *Oxyartes;* sed Diodoro est Ὀξάθρης. De hoc iterum ad lib. VI. cap. 2. et lib. VII. cap. 5.

[g] *Ægypti*] Ægyptus lib. IV. cap. 1.

eos cumulata erat peditum equitumque obscurior turba. Macedonum quoque non quidem multi, sed promtissimi tamen cæsi sunt: inter quos Alexandri dextrum femur leviter mucrone perstrictum est. 11. Jamque qui Darium vehebant equi, confossi hastis et dolore efferati, jugum quatere, et regem curru excutere cœperant; cum ille, veritus ne vivus veniret in hostium potestatem, desilit, et in equum,[h] qui ad hoc sequebatur, impônitur; insignibus quoque imperii, ne fugam proderent, indecore abjectis. 12. Tum vero ceteri dissipantur metu, et, qua cuique patebat ad fugam via, erumpunt, arma jacientes, quæ paulo ante ad tutelam corporum sumserant: adeo pavor etiam auxilia formidat.[c] 13. Instabat[i] fugientibus eques a Parmenione missus, et forte in id cornu omnes fuga abstulerat. At in dextro Persæ Thessalos equites vehementer urgebant. 14. Jamque una ala ipso impetu proculcata erat, cum Thessali strenue, circumactis equis dilapsi, rursus in prælium redeunt, sparsosque et incompositos victoriæ fiducia barbaros ingenti cæde prosternunt. 15. Equi pariter equitesque Persarum serie[j] laminarum graves, agmen,[k] quod

[c] *Tantopere pavidus eorum animus illa ipsa metuebat quæ præsidio erant.*

---

cumulata. Pal. 1. *equitum o. turba.* Mox *dextrum* deest in Voss. 2.—11 Pith. *qui adhuc sequebatur;* Theocr. *qui ad hoc ipsum sequebatur.*—12 Florent. Leid. Voss. 1. Venett. et Veron. *et quæ cuique.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *ad fugam patebat.* Dan. *jacientis;* Mer. *jacentes.* Mox *formidabat* Venett. Mediol. Veron. Rom. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. aliæ vett. *formidat* Faber. Epist. I. 51. et sic Florent. Leid. et Voss.—13 Bong. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *a P. emissus;* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *in illud cornu.* Florent. *Thessalus.*—14 Pal. 1. et Voss. 2. *delapsi.* Nonnullæ edd. vett. *sparsosque incompositos.*—15 Dan. et Voss. 1. *lamnarum ob id genus graves;* Put. Voss. 2. Fauch. Bong. 1. 2. Venett. Mediol. Veron. Rom. et Mer. *laminarum ob id genus graves;* Florent. *seriæ lamnarum ob id genus graves;* Theocr. Ald. Frob. Bas. et Col. *laminarum ob id genus grave.* Cuns. pro gloss. habet: *genus quod celeritate maxime constat,* legens:

NOTÆ

[h] *In equum*] Ælianus Histor. Anim. lib. VI. equum fuisse scribit, quæ ob memoriam relicti pulli quanto maximo potuit cursu fugiens, Darium periculo eripuit.

[i] *Instabat*] Vide supra hoc eodem capite.

[j] *Serie*] Non equites modo sed etiam equi Persarum ferreis laminis inter sese connexis obtegebantur toti, sic ut expeditum tamen usum membrorum haberent.

[k] *Agmen*] Male affectum hunc locum vexarunt hactenus magis Critici,

celeritate maxime constat, ægre moliebantur:[d] quippe in circumagendis equis suis Thessali multos occupaverant. 16. Hac tam prospera pugna nuntiata, Alexander, non ante ausus persequi barbaros, utrimque jam victor instare fugientibus cœpit. 17. Haud amplius regem,[l] quam mille equites sequebantur, cum ingens multitudo hostium caderet: sed quis aut in victoria, aut in fuga copias numerat? Agebantur ergo a tam paucis pecorum modo; et idem metus, qui cogebat fugere, fugientes morabatur. 18. At Græci,[m] qui in Darii partibus steterant, Amynta duce (prætor hic Alexandri fuerat, tunc transfuga) abrupti a ceteris, haud sane fugientibus similes evaserant. 19. Barbari longe diversam[n] fugam intenderunt:[e] alii, qua rectum iter in Per-

[d] *Difficile in agmen se componebant, Gallice*, en escadron.
[e] *Valde diversam alii ab aliis viam fugiendi ceperunt.*

laminarum grave agmen, ægre moliebantur. Bothe vero conj. *serie l. ad id genus graves, agmen,...moliebantur; quapropter in circumagendis, &c.* 'Facillima mihi videtur conjectura Rutgersii legentis: *serie laminarum graves, id genus agminis*, (sive ut habet Freinsh. *id genus agmen,*) h. e. agmen ejus generis, quod celeritate maxima constat. Snakenb. conj. *ob id genus armorum agmen, &c.* In ed. Grypb. margini inscripta est conjectura: *ad genua usque, grave agmen.* In re dubia vulgatam edit. non mutavi.' *Schmieder.* Vide Not. Var. Voss. 2. *moliebatur: q. i. circumagentes.* Dan. *multi occupaverunt;* et sic optimi codd. Heinsii, quod ille probat. Put. Pith. Bong. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. *inulti occupaverunt;* Faucb. *occupaverant inulti.*—16 Pal. 1. *non ante ausus*, probante Freinshemio.—17 *Haud amplius regem mille, &c.* conj. Heinsius. Pro *caderet* Acidalius legit *cederet.*—18 Dan. *quid in Darii.* Ald. *Amyntha;* Voss. 2. *Aminta*, et sic passim. Lugd. et Amst. *fuit, tunc transfuga;* omnes fere edd. *fuit, nunc transfuga;* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *fuerat, tunc transfuga*, quod primus reposuit Schmieder. Pal. 1. *abrupti ceteris;* Voss. 2. *arruptis ceteris;* unde Schmieder. *abruptis ceteris*, quod tamen non recepit.—19 Pith. *fugam intulerunt;* Voss. 2. *fugam montium inten-*

NOTÆ

quam sanarunt. Nos hanc lectionem cum Freinshemio, si non veram, certe veræ proximam arbitramur. Ut ut est, sensus hic est omnium in dissimili verborum structura: Persarum equites, postquam semel ab invicem dilapsi ordines desernerant, ægre coire, et agmen componere potuisse, quod ea res celeritate indigeat; cum equi pariter equitesque ferreis onusti laminis lentius moverentur. Thessalorum vero equitatus expeditior et exercitatior, quasi Persis cederet, dilapsus est; ac circumactis equis pugnam mutans, incompositos victoriæ fiducia barbaros, antequam equos circumagere et agmen struere possent, occupavit.

[l] *Regem*] Alexandrum.

[m] *Græci*] Non omnes Amyntam secuti sunt: certe quatuor duntaxat eorum millia in Ægyptum perduxit; plures per Ciliciam ad mare penetrasse, atque in Græciam reversos

sidem ducebat; quidam circumitu rupes saltusque montium occultos petivere; pauci castra Darii. 20. Sed jam illa quoque [hostis] victor intraverat, omni quidem opulentia ditia. Ingens auri argentique pondus, non belli, sed luxuriæ apparatum, diripuerant milites: cumque plus raperent,° passim strata erant itinera vilioribus sarcinis, quas in comparatione meliorum avaritia contemserat. 21. Jamque ad fœminas perventum erat; quibus, quo cariora ornamenta sunt, violentius detrahebantur: nec corporibus quidem vis ac libido parcebat. 22. Omnia planctu tumultuque, prout cuique fortuna erat,[f] [castra] repleverant, nec ulla facies mali deerat,[g] cum per omnes ordines ætatesque victoris crudelitas ac licentia vagaretur. 23. Tunc vero impotentis fortunæ species[h] conspici potuit, cum ii, qui tum Dario tabernaculum exornaverant, omni luxu et opulentia instructum, eadem illa Alexandro, quasi veteri domino, reservabant: namque id solum intactum omiserant milites, ita tradito more, ut victorem victi regis tabernaculo exciperent. 24. Sed omnium oculos animosque in semet conver-

[f] *Prout quæque fortunam experiebatur.* [g] *Nec ullum calamitatis genus aberat.*
[h] *Inconstantis fortunæ specimen.*

derunt. Pro *circumitu rupes* vulgg. *circuitus, rupes;* Mer. Ald. Frob. Bas. et Voss. 2. *circuitus rupis;* Pal. 1. *circumitum rupis;* Florent. et Leid. *circumitu rupis;* Voss. 1. *circumitum rupes.*—20 *Sed illa quoque* Dan. et Pal. 1. *hostis* omittunt Florent. Theocr. Leid. et Voss. 1. 2. 'nec injuria pro glossa habetur.' *Schmieder.* Pro *intraverat* Heinsius conj. *invaserat.* Mox Dan. Leid. et Voss. 1. *sed luxoriæ.* Heinsius conj. *cumque locupletiora raperent,* et paulo post: *quas in comparationem.* Heum. *quas comparatione,* deleta præpositione. —21 Dan. cum tribus aliis: *nec corporibus.*—22 Pal. 1. *plantu.* 'Cum Freinshemio *castra* pro glossa habere malo, quam cum Heumanno *Omnia* mutare in *Omnes.*' Schmieder.—23 Venett. Mediol. Veron. Mer. Ald. Frob. Bas. et Col. *impotens fortunæ.* Florent. Leid. et Voss. 1. *hii qui cum;* Dan. Pith. et Voss. 2. *hi qui cum;* Put. Bong. 1. 2. et Mer. *ii qui cum.* Mox pro *veteri* Pal. 1. Voss. 2. et Ald. *venturo.* Pal. 1. *ut victore;* Voss. 2. *ut victorie, v. r. tabernacula.*—24 Florent. Leid. Voss. 1. *in semet averterunt;* Voss. 2. et Pal.

NOTÆ

esse inferius videbimus ex Arriano in Suppl. libri VI.

[a] *Longe diversam*] Quid ergo sibi vult quod supra dixerat, 'in id cornu' quod secundum littus extendebatur, 'omnes fugam intendisse?' Certe non illa parte rectum iter in Persidem petere potuerunt, cui terga obverterent.

[c] *Plus raperent*] Cum plus raperent quam deinde auferre possent, &c.

terant captivæ, mater conjuxque Darii: illa non majestate solum, sed etiam ætate venerabilis; hæc formæ pulchritudine, nec illa quidem forte corrupta.[i] Acceperat in sinum filium nondum sextum ætatis annum egressum, in spem tantæ fortunæ, quantam paulo ante pater ejus amiserat, genitum. 25. At in gremio anus aviæ jacebant adultæ virgines duæ, non suo tantum, sed etiam illius mœrore confectæ: ingens circa [eam][p] nobilium fœminarum turba constiterat, laceratis crinibus abscissaque veste, pristini decoris immemores, 'reginas dominasque,' veris quondam, tunc alienis nominibus invocantes. 26. Illæ suæ calamitatis oblitæ, 'utro cornu Darius stetisset; quæ fortuna discriminis[q] fuisset,'; requirebant: negabant 'se captas, si viveret rex:' sed illum equos subinde mutantem longius fuga abstulerat. 27. In acie autem cæsa sunt[r] Persarum

[i] *Quam ne tanta quidem calamitas minuerat.* [j] *Quis pugnæ eventus fuisset.*

1. *in semet adverterant;* Dan. Put. Fauch. Pith. et Bong. 1. 2. *in semet advertant.* Leid. *illi n. majestate, sed, &c.* Voss. 1. *ne illa;* Leid. *sortæ corruptæ;* Bong. Florent. et Voss. 1. 2. *sorte corruptæ.* Mox Theocr. Bong. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Receperat.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *annum ætatis.* Florent. Leid. et Voss. 2. *pater ejus paulo ante;* Frob. omittit *ejus.*—25 Pal. 1. *avus aviæ.* Bong. et Voss. 2. *duæ virgines.* Voss. 2. *sed et illius;* vulgg. non habent τὸ *etiam.* Freinsh. legit: *circa eas;* Heumannus pronomen prorsus abjicit. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. *abscisaque veste.* Dan. Bong. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. *veteris quondam;* Pal. 1. Venett. Mediol. Rom. Veron. et Mer. *veteres quondam.* Ald. Colin. Gryph. Bas. Maitt. Tell. aliæ *vocantes;* quod non spernat Freinsh. *invocantes* vero exhibent Venett. Veron. Theocr. Freinsh. Cellar. Pitisc. Barb. Bip. Cuns. et Bothe.—26 Theocr. Voss. 2. Dan. Pal. 1. et Mer. *in utro cornu;* Voss. 1. *utroque cornu;* Leid. *an utroque in cornu.*—27 Leid. *In acie a. cæsa P. peditum*

NOTÆ

[p] *Circa eam*] Forte *circa eas* melius, ut cum sequentibus cohæreat, 'reginas dominasque.'

[q] *Discriminis*] Discrimen a 'discerno,' quod est 'distinguo,' ductum, proprie 'differentiam' significat; nec longinqua translatione 'divisionem,' 'distantiam,' 'intercapedinem.' Sed quoniam 'cernere,' pugnare quoque significat, inde factum videtur ut 'discrimen' idem sit ac 'certamen;' quamvis 'discernere' nusquam, quod sciam, pro 'certare' sumatur. Atque hoc sensu passim a Curtio usurpatum leges 'discrimen' pro 'pugna.'

[r] *Cæsa sunt*] Decem Persarum equitum millia occisa, ceteri ferme cum Curtio omnes consentiunt; in peditum numero discrepant. Diodorus millia numerat centum viginti, Arrianus nonaginta, Justinus unum su-

peditum centum millia, decem vero millia interfecta equitum. At ex parte[a] Alexandri quatuor et quingenti saucii fuere; triginta omnino et duo ex peditibus desiderati sunt: equitum centum quinquaginta interfecti: tantulo impendio ingens victoria stetit.

XII. 1. Rex, diu Darium persequendo fatigatus, posteaquam et nox appetebat, et eum assequendi spes non erat, in castra paulo ante a suis capta pervenit. 2. 'Invitari deinde amicos,' quibus maxime assueverat,[a] jussit: quippe summa duntaxat cutis in femore perstricta non prohibebat interesse convivio: 3. cum repente e proximo tabernaculo lugubris clamor, barbaro ululatu planctuque permistus, epulantes conterruit. Cohors quoque, quæ excubabat ad tabernaculum regis, verita ne majoris motus principium esset, armare se cœperat. 4. Causa pavoris subiti fuit, quod mater uxorque Darii cum captivis [mulieribus] nobilibus,

[a] *Ad convivium vocari eos quibus familiariter utebatur.*

decem equitum; Bong. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt prius *millia*. Pal. 1. et Voss. 2. *at a parte*. Leid. *ad quatuor et quingenta saucii*; Pal. 1. *quatuor ad quingenta saucii*. Voss. 2. et Bong. *ex pedit.* XXX. *omnino et duo*; Pal. 1. *ex equit. trig. omnino et duo*; Voss. 1. *trig. o. et duo peditum*. 'Lege ex vet. cod. *At a parte A. quatuor:* (sc. millia cæsa sunt) *quingenti saucii fuere ex peditibus.* XXX. *omnino et duo desiderati sunt equitum: centum q. interfecti.*' Heins. *interfecti sunt* Voss. 2.

1 *Rex qui diu* Forent. Leid. et Voss. 1. *Rex aliquamdiu* Pal. 1. *Rexque diu* Voss. 2. Nonnullæ edd. vett. *fatigatus erat*; τὸ *erat* cum Bong. delevit Freinsh. *postquam* Voss. 1. 2. *nox apparebat* Mer. et Ald. *et consequendi* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omisso *eum*; Lugd. Amst. Bong. et Mer. *et insequendi*. Voss. 2. *a suis capta paullo ante.*—2 *Invitare* Pith. *in femine* Bong. Florent. Leid. et Voss. *in fœmore* Ald.—3 Bong. 1. et Voss. 2. *tum repente.*—4 Voss. 2. *timoris subiti fuit, mater, &c.* Mox Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *mulieribus*; 'nec immerito pro glossa habetur.' *Schmieder*. Dan.

NOTÆ

pra sexaginta; nisi forte locus corruptus est: Plutarchus tam equitum quam peditum centies ac decies mille; in quo videtur cum Curtio paria facere.

[a] *Ex parte*] Et hic inter omnes convenit equites centum quinquaginta desideratos: pedites vero Diodorus scribit trecentos cecidisse, ex quo pleriqne interpretum emendandos censuere tum Justinum, qui centum et triginta, tum Curtium qui triginta duos numerat: credibile quippe non pauciores peditum quam equitum interfectos. De hac porro locutione 'triginta et duo,' vide quæ supra scripsimus cap. 9.

regem, quem interfectum esse credebant, ingenti gemitu ejulatuque deflebant. 5. Unus namque e captivis spadonibus, qui forte ante ipsarum tabernaculum steterat, amiculum, quod Darius, sicut paulo ante dictum est, ne cultu proderetur, abjecerat,[b] in manibus ejus, qui repertum ferebat, agnovit; ratusque interfecto detractum esse, falsum nuntium mortis ejus attulerat. 6. Hoc mulierum errore comperto, Alexander fortunæ Darii et pietati earum illacrymasse fertur. Ac primo Mithrenem, qui Sardes[a] tradiderat, peritum Persicæ linguæ, 'ire ad consolandas eas' jusserat: 7. veritus deinde, ne proditor captivarum iram doloremque renovaret;[c] Leonnatum ex purpuratis suis misit, jussum indicare, 'falso lamentari eas [Darium] vivum.' Ille cum paucis armigeris[b] in tabernaculum, in quo captivæ erant, pervenit, 'missumque a rege se' nuntiari jubet. 8. At ii, qui in vestibulo erant, ut armatos conspexere, rati actum esse de dominis, in tabernaculum currunt, vociferan-

[b] *Quod Darius projecerat, ne ex ornatu regio agnosceretur.*
[c] *Ne perfidi conspectus illarum indignationem luctumque augeret.*

Pith. Bong. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. *kjulatuque.*—5 Put. Pith. Fauch. Bong. 1. 2. *ex captivis;* Lugd. et Amst. *de spadonibus,* omissa voce *captivis.* Pal. 1. *staret* pro *steterat.* Voss. 2. *ratus interfecto,* omisso *que.* Voss. 2. *falsum intuitum mortis e. detulerat nuntium.*—6 Dan. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *lacrimasse fertur;* Venett. Veron. Ald. Mer. Bas. et Amst. *lachrymasse fertur.* Mer. *Ae prius.* Pal. 1. *Nithrenem;* Voss. 2. *Nithremem.* Mer. *Sardes;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Ald. *Sardis.* Bong. Theocr. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *tradiderat,* quod, Modio præeunte, recepit Schmieder. Ceteri codd. et edd. omnes *prodiderat.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *linguæ Persicæ.* —7 Bong. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. *renovaret* pro *gravaret;* Pal. 1. *augeret.* Bong. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. omittunt *Darium,* probante Modio. Mox Bong. 1. omittit *in* ante *tabernaculum.* Bong. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. *missumque se a rege.* Bas. Erasm. et al. vett. *nunciare jubet.*—8 *At hi* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Frob. Mer. Bas.

NOTÆ

[a] *Sardes*] Sardis et Sardes plurali utrumque numero, fuit urbs Lydiæ primaria, Crœsi quondam regia, Persicorum deinde Satraparum, qui mari præerant, sedes, ad Tmolum montem sita, Pactolo fluvio irrigata.

[b] *Armigeris*] Armigeri dicuntur vel universim quotquot armati sunt, vel proprie qui pugnaturis dominis arma subministrant. Utroque sensu videri potest hoc loco sumere Curtius, qui eosdem paulo post tum 'armatos,' tum 'satellites' appellat: apud Suetonium 'armigeri' sunt 'gravis armaturæ milites.'

tes, 'adesse supremam horam, missosque qui occiderent captas.' 9. Itaque, ut quæ nec prohibere possent, nec admittere auderent, nullo responso dato, tacitæ opperiebantur victoris arbitrium.[d] 10. Leonnatus, expectato diu qui se intromitteret, posteaquam nemo procedere audebat, relictis in vestibulo satellitibus, intrat in tabernaculum. Ea ipsa res turbaverat fœminas, quod irrupisse, non admissus, videbatur. 11. Itaque mater et conjux, provolutæ ad pedes, orare cœperunt 'ut, priusquam interficerentur, Darii corpus ipsis patrio more sepelire permitteret: functas supremo in regem officio se impigre morituras.'[e] 12. Leonnatus, 'et vivere Darium, et ipsas non incolumes modo, sed etiam apparatu pristinæ fortunæ reginas fore.' Tum mater Darii allevari se passa est. 13. Alexander postera die cum cura sepultis militibus, quorum corpora invenerat, 'Persarum quoque nobilissimis eundem honorem haberi' jubet, matrique Darii permittit, 'quos vellet, patrio more[c]

[d] *Expectabant, quid victor de ipsis statueret.*
[e] *Non invite mortem obituræ esse.*

Lugd. Col. et Amst. Paulo post Voss. 1. *missos qui occiderent.*—9 Mer. Ald. Frob. Bas. et Col. omittunt *possent.* Voss. 1. *nec a. auderet.* Florent. *tacito*; Leid. Voss. 1. 2. et vulgg. *tacita.*—10 Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. 2. Florent. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. *qui se introduceret.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *postquam nemo*; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Bas. et Erasm. *producere audebat*; Voss. 2. *introducere audebat*; Col. *prodire audebat.* Mox Pal. 1. *et ipsa res.* Heum. *non admissus* habet pro gloss.—11 Florent. et Dan. *ingressæ se* pro *se impigre*, et inter lineas *non ægre*; Leid. *impigre esse*; Voss. 1. *esse ingre*; Voss. 2. omittit *impigre*; Put. Pith. Fauch. et Bong. 1. 2. *ingresse se*; Col. omittit *se.*—12 Fauch. subscriptum *esse*, pro *fore.* Florent. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. *Tum demum mater Darii*; Pal. 1. omittit *Darii.*—13 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. *postero die.* Nonnullæ edd. vett. *cum curam sepeliendis militibus impenderet: quorum, &c.* Voss. 2. *Persarum nobilissimis*, omisso *quoque.* Edd. vett. cum Freinsh. Cellar. Pitisc. Snak. Barb. Bip. Cuns. *permitti*; Dan. Pal. 1. Theocr. Florent. Voss. 1. 2. Erasm. Bas. Maitt. et Tell. *permittit.* Edd. vett. Venett. Mediol. Veron. Vet. an. 1474. Junt. Bas. Agent. Ald. Colin. Gryph. Erasm. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cuns. et Both. *sepeliret*; Pal. 1. *sepelire.* 'Præ-

NOTÆ

[c] *Patrio more*] Fuit ille proprius Persarum mos in curandis funeribus, ut mortuos non cremarent, sed cera circumlitos terræ mandarent; impium quippe rati humanis cadaveribus Ignem, quem pro Deo colerent, veluti contaminare. Regum porro sepulcris titulos addi cum epitaphiis auctor est Strabo. Quorum præterea in morte peculiare illud

sepelire.' 14. Illa paucos arcta propinquitate conjunctos 'pro habitu præsentis fortunæ humari' jussit; 'apparatum funerum, quo Persæ suprema officia celebrarent, invidiosum fore' existimans, 'cum victores haud pretiose cremarentur.' [f] 15. Jamque justis defunctorum corporibus solutis, præmittit ad captivas, qui nuntiarent, 'ipsum venire:' inhibitaque comitantium turba, tabernaculum cum Hephæstione intrat. 16. Is longe omnium amicorum carissimus erat regi, cum ipso pariter educatus; secretorum omnium arbiter: [g] libertatis quoque in admonendo eo non alius jus habebat; quod tamen ita usurpabat, ut magis a rege permissum, quam vindicatum ab eo videretur: et sicut ætate par erat regi; ita corporis habitu præstabat. 17. Ergo reginæ illum regem esse ratæ, suo more [d] veneratæ sunt: inde [ex] spadonibus captivis, quis Alexander esset, monstrantibus, Sysigambis advoluta est pedibus ejus, 'ignorationem nunquam antea visi regis' excusans: [h] quam manu

[f] *Invidiæ obnoxium fore, cum Macedones victores non splendido apparatu cremarentur.* [g] *Omnium Alexandri arcanorum conscius.*
[h] *Excusans quod Alexandrum non nossel, quem nondum conspexerat.*

tuli lectionem Pal. 1. *permittit q. v. p. m. sepelire.*' Schmieder.—14 Pith. omittit *celebrarent.* Voss. 2. *fore extimans.*—15 *Jam justis* Pal. 1. et Dan. *Itaque justis* Mer. *Jamque bustis* Bong. 1. *defunctorum corporis* Pal. 1. *solutis exequiis præmittit* Venett. Mediol. Veron. et Mer. Mox Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Ephestione;* Ald. Lugd. et Amst. *Hephestione.* Bong. *intrans* pro *intrat.* Freinsh. mavult, *Jamque ustis d. corporibus, præmittit, &c.*—16 *Hiis longe* Voss. 1. *pariter edoctus* Theocr. Dan. Pith. Put. Fauch. Bong. 2. Florent. et Voss. 1. 2. *pariter eductus* Bong. 1. et Leid. *et non alius* Voss. 2. *plus habebat* Theocr. *quod ita tamen* Voss. 2. Paulo post Florent. et Leid. *præstabat habitu.*—17 Dan. Put. Pith. Fauch. et Bong. 2. *illum esse regem.* 'Cum Heumanno præpositionem *ex* abesse mallem.' *Schmieder.* Hoc mallet etiam Cunz. Voss. 2. Bong. Lugd. et Amst. *ex captivis spadonibus.* Florent. *Sisiam-*

NOTÆ

publici luctus argumentum erat, quod Ignis, quem æternum vocitabant, extingueretur. Ceterum longe dissimilis Magorum apud Persas sepultura, quorum corpora non prius humari consuevisse, quam a feris aut avibus essent laniata, Herodotus, Cicero, Strabo, &c. produnt.

[d] *Suo more*] Prostratæ scilicet ad ejus pedes, quæ venerandi apud Persas Regis consuetudo fuit. '*Illum regem esse, &c.*] 'Hæc quidem,' subjungit Arrianus ista referens, 'non ut vera, sed neque ut plane incredibilia ascripsi.''

allevans rex, 'Non errasti,' inquit, 'mater; nam et hic Alexander est.' 18. Equidem, si hac continentia animi ad ultimum vitæ perseverare potuisset; feliciorem fuisse crederem, quam visus est esse, cum Liberi [a] patris imitaretur triumphum, ab Hellesponto usque ad Oceanum omnes gentes victoria emensus. 19. Vicisset profecto superbiam atque iram, mala invicta: abstinuisset inter epulas cædibus amicorum; egregiosque bello viros et tot gentium secum domitores indicta causa veritus esset occidere. 20. Sed nondum fortuna se animo ejus infuderat: [b] itaque orientem eam moderate et prudenter tulit; ad ultimum magnitudinem ejus non cepit.' 21. Tum quidem ita se gessit, ut omnes ante eum reges et continentia et clementia vincerentur. Virgines enim regias excellentis formæ tam sancte habuit, quam si eodem, quo ipse, parente genitæ forent: 22. conjugem

[a] *Nascente fortuna modeste usus est, sed tandem nimiam ejus amplitudinem moderari non potuit.*

---

bis; Leid. et Voss. *Sisigambis.*—18 *Equidem hac c.. a. si ad* Voss. 2. Ald. Lugd. et Amst. Post *visus est τὸ esse* deest in Theocr. *imitarentur* Pith. *usque ab Hellesponto ad Oceanum* Florent. Leid. et Voss. 1. *victori emensus* Dan. sed correctum a m. sec. *victoriæ emensus* Voss. 1.—19 *Si vicisset* Florent. Leid. Voss. 2. Ed. pr. Venett. Vet. an. 1474. Mediol. Veron. Junt. Bas. Argent. Ald. Colin. et Gryph. particulam *Si* abjecit Freinsh. *sibi vicisset* Voss. 1. *macula invicta* unus codex. *si abstenuisset* Ed. pr. Venett. Vet. an. 1474. Mediol. Veron. Junt. Bas. Argent. Ald. Col. et Gryph. et hic particulam *si* delevit Freinsh. 'Forte Noster scripserat: *Sic vicisset...sic abstinuisset.*' Scheff. Pal. 1. et Voss. 2. *non veritus esset.*—20 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ed. pr. Venett. Rom. Vet. an. 1474. Veron. Mediol. Mer. Frob. Bas. Lugd. Col. Amst. *superfuderat;* Freinshemio debetur *infuderat.* 'Forte *impari effuderat;* vel *nubem effuderat,* deleto *τῷ se.*' Heinsius. *ita orientem tam moderate* Ed. pr. Venett. Mediol. et Veron. *itaque orientem tam moderate* Bong. Voss. 2. Lugd. Col. et Bas. *et pudenter* malit Acidalius, improbante Heumanno. Hanc tamen conj. sibi vindicare tentavit Clericus. Pal. 1. omittit *non* ante *cepit.*—21 *Tunc* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pith. Put. Fauch. et Bong. 2. *Virgines reginas* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mer. *Virgines et reginas* Voss. 2. Bas. Erasm. aliæque edd. vett. Vide Not. Var. *quam eodem* Voss. 2. omisso *si;* Mer. *si eodem tempore quo.* Pal. 1. *natæ genitæque forent.*—22 Voss. 2. *p.*

NOTÆ

[a] *Liberi*] Bacchus idem qui Liber Pater (quo de nomine vide Tullium de Natura Deorum lib. II.) ab Hellesponto ad Oceanum usque Indicum victor Asiam universam peragrasse fertur. De qua ejus expeditione fabulosa multa Poëtæ prodiderunt.

[b] *Infuderat*] Nondum superbia, magnæ comes fortunæ, animum ejus occupaverat.

S.



V.

ejusdem, quam nulla ætatis suæ pulchritudine corporis vicit, adeo ipse non violavit, ut summam adhibuerit curam, ne quis captivo corpori illuderet: 23. 'omnem cultum reddi fœminis' jussit, nec quicquam ex pristinæ fortunæ magnificentia captivis, præter fiduciam,[g] defuit. 24. Itaque Sysigambis, 'Rex,' inquit, 'mereris,[h] ut ea precemur tibi, quæ Dario nostro quondam precatæ sumus: et, ut video, dignus es, qui tantum regem non felicitate solum, sed etiam æquitate superaveris. 25. Tu quidem 'matrem' me et 'reginam' vocas: sed ego me tuam famulam esse confiteor: et præteritæ fortunæ fastigium capio, et præsentis jugum pati possum: *i* tua interest, quantum in nos licuerit, si id potius clementia, quam sævitia, vis esse testatum.' *k* 26. Rex 'bonum animum habere' eas jussit. Darii deinde filium collo suo admovit: atque nihil ille conspectu tunc primum a se visi conterritus, cervicem ejus manibus amplectitur: motus ergo rex constantia pueri, Hephæstionem intuens, 'Quam vellem,' inquit, 'Darius aliquid ex hac indole hausisset!' 27. Tum tabernaculo egressus, tribus aris in ripa Pinari amnis Jovi atque Herculi Minervæque

i Prioris fortunæ sublimitate non efferor, et præsentis calamitatis pondus ferre valeo.

k Tua refert ut clementia magis parcendo, quam duritia velis esse notum, quid in nos facere potueris.

c. vincit.—23 Unus codex: *præter fuduciam;* unde Heins. conj. *præter sui fiduciam.*—24 *Sisijambis* Florent. *Sisigambis* Leid. et Voss. 1. 2. ut semper. Pal. 1. *mihi eris* pro *mereris.* Dan. *ut eam,* sed deleta lit. *m.* Voss. 2. omittit *quondam.* Mox idem codex: *qui tamen tantum regem;* vulgg. *qui tantum fastigium;* Mer. *qui tantum fastidium;* Col. *quo tantum fastigium.*—25 Pal. 1. *fastigium cupio;* Heum. mavult: *fastigium cepi.*—26 Bong. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *deinde.*—27 Mer. Bas. Lugd. et Amst. *in ripa Pyrami;* Erasm. *in ripa Pyrrhami.* Bong. *gaza regia;* ubi Pith. omittit *τὰ erat.*

NOTÆ

g Præter fiduciam] Qua scilicet cum hoste agere non poterant.

h Mereris] Discrimen aliquod esse oportet inter ista duo, 'mereris,' et quod sequitur, 'dignus es;' nisi turpem ταυτολογίαν Curtio tribuamus. Nullam fore puto si accipiamus ita: 'Mereris hoc a nobis tuo in nos beneficio, ut precemur, &c. et aliunde dignus es, quippe qui,' &c. Hoc absolutum, illud respectivum meriti genus.

sacratis, Syriam petit; Damascum,[1] ubi regis gaza erat, Parmenione præmisso.

XIII. 1. Atque is, cum præcessisse Darii satrapam comperisset, veritus ne paucitas suorum sperneretur, arcessere majorem manum statuit. 2. Sed forte in exploratores ab eo præmissos incidit natione Mardus,[a] qui ad Parmenionem perductus, literas ad Alexandrum a præfecto Damasci missas tradit ei; 'nec dubitare eum,[b] quin omnem regiam supellectilem cum pecunia traderet,' adjecit. 3. Parmenio 'asservari eo' jusso; literas aperit: in queis erat scriptum; 'ut mature Alexander aliquem ex ducibus suis mitteret cum manu exigua.' Itaque re cognita, Mardum datis comitibus ad proditorem remittit. 4. Ille e manibus custodientium lapsus,[c] Damascum ante lucem intrat. Turbaverat ea res Parmenionis animum, insidias

1 *Atque cum* Bong. Pal. 1. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mer. *præcessisset et Darei satrapa* Dan. Put. Bong. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. *præcessisset et Darei satrapam* Pith. et Fauch. *accersire* Bong. et Leid. *arcessire* Pal. 1. *accersere* vulgg. *accessere* vel *accessire* in aliis.—2 Voss. 1. *ab eo promissos*. Edd. vett. *nomine Mardus;* Modius conj. *natione*, quod habet Bong. *Parmenionis* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *tradidit ei* Pal. 1. *suppelletilem* Voss. 2. Veteres libri omnes vocem *adjecit* addunt, quam Modius delevit; pro quo Voss. 1. exhibet *abjecit*.—3 Mer. *adversari* pro *asservari*. Voss. 1. *ut maturæ*. Bong. Florent. et Leid. *cum manu exigua cumque rex tenens ipsum reliquisset Mardum;* Voss. 1. 2. *cum m. exigua cumque rex tenens ipsum reliquisset itaque Mardum*. Duo codd. *Mardi;* Florent. *Mardiam*. Vide Not. Var. Leid. *remittitur*.—4 *Ille e m. c. elapsus, D. intrat ante lucem* Voss. 2. Mox *felicitate* Bas. paulo

NOTÆ

[1] *Damascum*] Damascus hodie *Sciam* incolis, ab Us Abrahami filio, ut vult Josephus, vel ab hujus servo Damasco sive condita sive reparata, Syriæ quondam regia fuit. Postea varias passa clades, variosque experta dominos, cum tota Syria in Turcorum potestatem venit, quorum Præfectus ibi sedem habet. Sita est non procul Libano, tam amœna tamque fœcunda in planitie, passim ut in sacris literis 'domus voluptatis' et 'urbs lætitiæ' appelletur. De Syria lib. IV. cap. 1.

[a] *Mardus*] De Mardorum gente lib. VI. cap. 5. gentis enim, non viri proprium nomen esse optimi codices probant, ubi *natione* legitur, non *nomine*, quod alii habent.

[b] *Eum*] Pro 'se,' quomodo sæpe usurpat Curtius.

[c] *Lapsus*] Cum metueret ne vel Damascenis suspicionem moveret, si peregrinis militibus comitatus ingrederetur; vel Macedonibus, si cognoscerent solum abire velle; aut si quo alio consilio, istos inscios reliquerat; qui amisso duce ad Parmenionem reversi sunt.

timentis; et ignotum iter sine duce non audebat ingredi: felicitati tamen regis sui confisus, 'agrestes, qui duces itineris essent, excipi' jussit: quibus celeriter repertis, quarto die ad urbem pervenit: jam metuente præfecto, ne sibi fides habita non esset. 5. Igitur, quasi parum munimentis oppidi fidens, ante solis ortum 'pecuniam regiam' ([quam] 'gazam' Persæ vocant,) 'cum pretiosissimis rerum efferri' jubet, fugam simulans; re vera, ut prædam hosti offerret. 6. Multa millia virorum fœminarumque excedentem oppido sequebantur; omnibus miserabilis turba, præter eum, cujus fidei commissa fuerat: quippe quo major proditoris merces foret, objicere hosti parabat gratiorem omni pecunia prædam, nobiles[d] viros, prætorum Darii conjuges liberosque; præter hos urbium[e] Græcarum legatos: quos Darius, velut in arce tutissima, in proditoris reliquerat manibus. 'Gangabas' Persæ vocant humeris onera portantes: 7. hi cum frigus tolerare non possent, (quippe et procella[f] subito nivem effuderat, et humus rigebat gelu,) tam astrictas vestes, quas cum pecunia portabant auro et purpura

---

post *sibi* omittit Leid.—5 Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *oppidis*, sed notato *s*; Voss. 2. *oppidorum*. Leid. Bong. Florent. et Voss. 1. omittunt *quam* ante *gazam*. Voss. 2. *offerri jubet*.—6 Pal. 1. *mirabilis turba*. Florent. *præter eiam*. Leid. et Voss. 1. 2. *commissa erat*. Florent. et Leid. *proditionis merces*; Voss. 1. *prodicionis*. Leid. et Voss. 1. *obicere*, ut semper. Bong. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. *Græcarum urbium*. Voss. 1. Mer. et Ald. *Cangabas*.—7 Voss. 1. *honera portantes: hii, &c.* Ald. *ii*; Pal. 1. et Voss. 2. *hi cum tollere non possent*; Put. Pith. Fauch. Bong. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. *cum tolerare non possent*, omisso *frigus*. Dan. *regebat*, sed correctum *rigebat*. Voss. 2. *tunc astrictas*.

NOTÆ

[d] *Nobiles*] Merito censuit Freinshemius non *nobiles viros*, sed *nobilium virorum* legendum esse: nam et ubi captivos recenset, nullius viri mentionem, præterquam legatorum, facit; et vix credibile est tantum extitisse in nobilibus viris ignaviæ, ut Rege belli discrimen adituro, in arce, non custodes, sed custodiendi ipsi cum gaza pariter, fœminis, ac liberis, delitescere vellent.

[e] *Urbium*] Atheniensium, Spartanorum, ac Thebanorum.

[f] *Procella*] Necesse est igitur circiter Novembrem mensem pugnatum esse a Regibus ad Issum; neque enim alias verosimile tam cito post prælium nivem in Syria cecidisse, et humum gelu obriguisse. Sane Arrianus prælium commissum ait mense Mæmacterione, qui in Novembrem desinebat, ut vult Petavius; vel etiam in Decembrem, ut Scaliger.

insignes, induunt, nullo prohibere auso; cum fortuna regis[r] etiam humillimis in ipsum licentiam faceret.[a] 8. Præbuere ergo Parmenioni non spernendi agminis speciem: qui intentiore cura suos, quasi ad justum prælium, paucis adhortatus, 'equis calcaria subdere' jubet, 'et acri impetu in hostem invehi.' 9. At illi, qui sub oneribus erant, omissis per metum, capessunt fugam: armati, qui eos prosequebantur, eodem metu arma jactare ac nota deverticula petere cœperunt. 10. Præfectus, quasi et ipse conterritus [simulans], cuncta pavore compleverat. Jacebant totis campis opes regiæ: illa pecunia stipendio ingenti militum præparata: ille cultus tot nobilium virorum, tot illustrium fœminarum: aurea vasa: aurei fræni: tabernacula regali magnificentia ornata: 11. vehicula quoque a suis destituta, ingentis opulentiæ plena: facies etiam prædantibus tristis,[b] si qua re avaritia moveretur. Quippe tot annorum incredibili et fidem excedente fortuna cumulata, tunc alia stirpibus lacerata, alia in cœnum demersa eruebantur: non sufficiebant prædantium manus prædæ. 12. Jamque etiam ad

[a] *Cum Darii calamitas vel abjectissimis adversus ipsum licentiam daret.*
[b] *Spectaculum vel ipsis prædantibus lugubre.*

Vide Not. Var.—8 Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. 2. Florent. et Voss. 1. 2. *jubet subdere.* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *in hostem evehi.*—9 Pith. Florent. Leid. et Voss. 1. *sub honeribus.* Voss. 1. *amissis p. metum;* vulgg. *omissis illis p. metum;* Acidal. et Scheff. malint *omissis iis p. metum.* Voss. 2. et vulgg. *armati quoque.* Florent. Voss. 1. Leid. et nonnullæ edd. vett. *sequebàntur;* vulgg. *persequebantur;* Bong. *prosequebantur,* probantibus Modio et Radero. Voss. 2. *ac nota diversoria.*—10 *Præfectus et quasi ipse* Voss. 2. *conterritum* conj. Heinsius; *conterritus simulato c. p. compleverat,* vel *Præfectus se et ipse conterritum simulans* Gronovius. 'Vocem *simulans* cum Freinshemio pro glossemate habeo. In margine ed. Gryph. ex conjectura legitur: *fugam simulans.*' Schmieder. 'Nobis quoque delendum videtur *simulans;* vel scribendum: *conterritos æmulans.*' Bothe. Mox Pal. 1. *illi pecunia, &c.* 'Vox *ingenti* glossa videtur Freinshemio, non mihi.' *Schmieder.* Bong. 1. omittit *fœminarum.*—11 Modii ed. *gentis opulentiæ;* Leid. *ingenti opulentia.* Voss. 1. *si qua re avaritia moveatur;* Pal. 1. *si qua res avaritia moveatur.* 'Ex verissima Schefferi conjectura scripsi: *si qua re avaritia moveretur.*' Schmieder. Mox Florent. Leid. et Voss. *incredibilem;* et sic in Dan. sed correct. *incredibili.* Vulgg. *stirpibus dilacerata.* Pal. 1. *demersa ruebant.*—12 Nonnullæ edd. vett.

NOTÆ

[r] *Regis*] Darii scilicet calamitas etiam abjectissimos quosque ad infe-

rendam illi injuriam audaces reddiderat.

eos, qui primi fugerant, ventum erat: fœminæ pleræque parvos trahentes liberos ibant; inter quas tres fuere virgines, Ochi,[h] qui ante Darium regnaverat, filiæ, olim quidem ex fastigio paterno rerum mutatione detractæ;[c] sed tum sortem earum crudelius aggravante fortuna. 13. In eodem grege uxor quoque ejusdem Ochi fuit, Oxathrisque (frater hic erat Darii) filia, et conjux Artabazi principis purpuratorum, et filius, cui 'Ilioneo' fuit nomen. 14. Pharnabazi quoque, cui summum imperium maritimæ oræ rex dederat, uxor cum filio excepta est: Mentoris filiæ tres: ac nobilissimi ducis Memnonis conjux et filius: vixque ulla domus purpurati fuit tantæ cladis expers. 15. Lacedæmonii[i] quoque et Athenienses societatis fide violata Persas secuti; Aristogiton, Dropides, et Iphicrates,

[c] *Ex culmine paterni imperii dejectæ, rerum Persicarum vicissitudine.*

qui primi fuerant. Pith. Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt *tres* ante *fuere*; Lugd. et Amst. habent *fuere tres.* Pith. Fauch. et Bong. 2. *qui a. D. regnaverant.* Theoer. Bong. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Mer. *adgravante natura*, quod Gronovius defendit, improbante Cunzio.—13 *Oxatrixque* Dan. Bong. Florent. et Leid. *Oxyartesque* Ald. *Oxatresque* Veron. et Mer. *Oxatrisque* Bas. Elz. Lugd. et Amst. pro quo Pal. 1. et Voss. 2. habent *matrisque.* Voss. 2. *Archabazi.* Bong. omittit *et filius*; Pal. 1. Floreut. Leid. Voss. 1. 2. duoque alii omittunt *et.* Pro *Ilioneo* Theoer. habet *Hyoneo.*—14 Dan. Bong. Florent. et Leid. *Pharnabazi*; Frob. *Farnabazi.* Leid. Voss. 1. et Dan. *horæ*, sed correctum *oræ.* Mox Voss. 2. omittit *et filius*, et pro *ulla* habet *illa.* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *expers.*—15 Voss. 2. Bong. Florent. et Leid. *Lacedæmonii et A.* Voss. 1. *Lacedæmonii et Athenienses*; Ald. *L. quoque et A. erant societatis.* Pith. Fauch. Bong. 2. et Voss. 1. 2. *fide non violata*; Leid. *fidem non violata.* Ald. *Aristogiton Dropidas et El.* [ita Snak.] Pith. *Aristogitan et Theopides et Leucrates*; Voss. 2. *Arist. et Tropides et Leucrates*; Bong. 1. *Aristogitanta Thropides et Leicrates*; Bong. 2.

NOTÆ

[h] *Ochi*] Ochum inter et Darium Arses (Arsamem alii vocant) regnaverat; sed brevi intervallo. Cum enim Bagoas Eunuchus invisum omnibus ob crudelitatem Ochum veneno sustulisset, filiumque ejus natu minimum, Arsem sive Arsamem nomine, in regnum collocasset; hic eunuchi scelera detestatus, pœnas sumere aliquando cogitabat: quo intellecto Bagoas ipsum Arsem cum liberis e medio sustulit; Darium deinde, cui Codomanno prius nomen fuerat, non regio quidem, ut vult Diodorus, sed plebeio natum sanguine, ad regnum evexit. *Olim*] Post Ochi et Arsamis necem.

[i] *Lacedæmonii*] Arrianus hoc loco diversos, excepto Iphicrate, legatos appellat; post pugnam vero ad Arbela plerosque eorum captos tradit, quos hic memorat Curtius; ut magna

inter Athenienses genere famaque longe clarissimi: Lacedæmonii, Pausippus et Onomastorides, cum Monimo et Callicratide, ii quoque domi nobiles. 16. Summa pecuniæ signatæ[j] fuit talentorum[k] duo millia et sexcenta; facti argenti[l] pondus quingenta æquabat. Præterea triginta

Florent. Leid. et Voss. 1. *Aristogitane tropicles et lehicrates;* Fauch. *Aristogitane et Thropides et Leucrates;* Dan. *Aristogitane Thropidis et Lecurates;* Pal. 1. *Aristogitanes et Topacles et Lechicrates;* Frob. Mer. Bas. et Col. *Levertes;* Lugd. et Amst. *Iphicrates.* Mox Bong. *Pasippus;* Dan. *Passipus;* Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. *Passippus;* Voss. 2. *Perpatibus;* Lugd. et Amst. *Perasippus;* vulgg. ante Freinsh. *Perisippus.* Pro *Monimo* vulgg. *Omaso;* Fauch. *Amaio;* Voss. 2. *Amao;* alii *Omaio.* Florent. Voss. 1. 2. et Leid. *hi quoque.* Bong. 2. et Voss. 1. omittunt *domi nobiles.*—16 Florent. Leid. Dan. Voss. 1. 2. Ald. et Col. *pecunia signata;* Pal. 1. *signat e pecunia;* Mer. *pecuniæ signata.* Voss. 2. omittit *fuit.* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *talentum.* Dan. Florent. et Leid. *millia et sexcenta;* Bong. 1. 2. omittunt *millia;* vulgg. *mille et sexaginta;* Lugd. et Amst. *mille et sexcenta,* quod recepit Schmieder, præeunte Modio. Leid. Florent. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Col. Mer. Frob.

NOTÆ

suspicio sit confundi ab isto, ut alias sæpe, quæ diversis temporibus ac locis gesta sunt.

[j] *Signatæ*] Signata pecunia, signatum aurum argentumve, &c. moneta dicitur: apud Persas quidem aurei stateres Darii, a quo primum cusi sunt, imaginem præferebant, ex eoque Darici sunt appellati. Sed hunc Darium diversum ab illo Hystaspis F. eoque antiquiorem esse diserte tradit Suidas in Δαρεικοί.

[k] *Talentorum*] Exiguum operæ pretium faciunt qui pro *sexaginta* reponunt *sexcenta.* Quis enim putet Darium, cum majorem, ut scribit Arrianus, pecuniarum partem; immo omnem pecuniam Damascum mitteret, ut supra Curtius; quis, inquam, putet non nisi talenta bis mille et sexcenta misisse? Sed depravatam numerorum rationem agnoscere facile est, emendare plusquam difficile. Suspicari aliquis possit scriptum fuisse *duo et sexaginta* millia; quæ summa minus abesset a rei veritate. Talentum porro pecuniæ summa fuit sive pondus sexaginta minas, atque adeo sex drachmarum millia continens. Sed quoniam aliud alibi erat pondus valorque tum drachmarum tum minarum, inde fiebat ut diversa quoque essent talentorum genera; Atticum Majus, Atticum Minus, Euboicum, Ptolemaicum, Syrium, Tyrium, Babylonium, &c. Scriptores Græci Latinique, ubi talentum simpliciter vocant, plerumque Atticum illud Minus intelligunt, quod propterea commune dicitur. Respondet autem Francicæ monetæ hodiernæ libris, ut aiunt, circiter 2550. si de argenteo talento sermo est; nam aureum duodecies argentei valorem superabat. Sunt tamen qui talentum illud commune æstimant æris Gallici libris solum 2250.

[l] *Facti argenti*] 'Factum argentum' definit Ulpianus 'quod neque in massa, neque in lamina, neque in signato, neque in supellectili, neque in mundo, neque in ornamentis inest.' Ab Isidoro illud dicitur 'quod est in vasis et signis.' Id si utrumque ve-

millia hominum cum septem millibus jumentorum, dorso onera portantium, capta sunt. 17. Ceterum Dii[m] tantæ fortunæ proditorem [sepulturæ] celeriter debita pœna persecuti sunt: namque unus e consciis ejus, credo, regis vicem etiam in illa sorte reveritus,[d] interfecti [proditoris] caput ad Darium tulit, opportunum solatium prodito: quippe et ultus inimicum erat; et nondum in omnium animis memoriam majestatis suæ exolevisse cernebat.

[d] *Regis, ut opinor, majestatem etiam in illa calamitate veneratus.*

Bas. Lugd. et Elz. *facile argenti*. Voss. 2. *pondo quinquaginta*.—17 Bong. Dan. Pal. 1. et Voss. 1. omittunt *Dii*. Pro *sepulturæ*, quod omittunt Veron. Lugd. Amst. Maitt. et Tell. aliæ nonnullæ vett. habent *perfidiæ*. 'Vocem *sepulturæ*, in uno scripto et duobus exempl. editis deficientem, cum Modio et Heumanno ejiciendum censeo.' *Schmieder*. Cunz. conj. *auctorem sepulturæ tantæ fortunæ*; vel, *auctorem tantæ fortunæ sepultæ*. Vide Not. Var. Florent. et Leid. omittunt *debita*. Pal. 1. *persecuta est*. Voss. 1. *namque unusæ*. 'Vocem *proditoris* Schefferus jure ex glossa censet.' *Schmieder*. Leid. 2. *amicis* pro *animis*. Florent. Leid. et Dan. *exsolvisse*, et in Dan. correctum *exoluisse* deleta litera s, et a m. sec. ad marg. *exolevisse*; Voss. 1. *exsolevisse*.

NOTÆ

rum est, vasa extra supellectilem esse oportet; nam Isidorus vasa in 'argento facto' reponit, Ulpianus supellectilem excludit.

[m] *Ceterum Dii*] Quod habent hoc loco plurimi tum Mss. tum excusi codices, *Dii tantæ fortunæ proditorem sepulturæ celeriter, &c.* cum nullum haberet sensum legitimum, alii aliter emendandum censuerunt: omnium rectissime, ut quidem puto, Gronovius ita legit, expuncta voce *Dii*, quam ab optimæ notæ Mss. abesse affirmat: *Ceterum tantæ fortunæ proditorem superi ultores celeriter debita pœna persecuti sunt*. Nos simpliciorem lectionem, quæ aliis placuit, ita repræsentavimus, ut liberam cuique optionem relinquamus.

Q. CURTII RUFI,

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI REGIS MACEDONUM,

LIBER IV.

ARGUMENTUM.

Cap. I. Darius ad Euphraten contendit. Alexander literis a Dario superbe scriptis superbius respondet, atque Phœniciæ oppidis occupatis Abdalonymum Sidoniis regem præficit. Amyntas transfuga a Persis in Ægypto occiditur. Variæ variis locis præfectorum Darii clades. Agis Lacedæmoniorum rex Antipatro bellum molitur. II. III. Tyri, Alexandrum recipere recusantes, obsidentur; quæ obsidio diuturnitate cladibusque nobilitatur variis. IV. Tandem Tyrus vi capta, maximaque hominum strage facta, luctuoso deformatur incendio. V. Darii iterata de pace ad Alexandrum legatio, submissior quidem, sed repudiata tamen. Græci Alexandrum corona aurea donant: ille per præfectos multas provincias in potestatem suam redigit. VI. Ad bellum sese accingit Darius. Alexander, Gaza expugnata, ejus præfectum Betim crudeli afficit supplicio. VII. Ægypto in potestatem redacta, Alexander ad Jovis Hammonis oraculum proficiscitur. Varia quærit. VIII. Alexandria in Ægypto condita, Ægyptum et Africam Ægypto junctam præfectis tradit regendas, atque in Syriam redit. Hectoris mors. Samaritæ deficientes puniti. Variis rebus in Syria peractis Alexander ad Euphraten contendit. IX. Darius copiis Babylone contractis Tigrique superato per Assyriam progressus ad Bumadum castra locat; Alexander Euphraten et Tigrim superat. Præmissi quidam equites Persarum fugantur. X. Milites, ob lunæ defectum turbatos, per Ægyptios vates confirmat Alexander. Persas vastatores conjicit in fugam. Darii uxor captiva, mœrore confecta, supremum diem obit. Unde Alexandri lacrymæ, Darii suspiciones, luctus, et ira. XI. Pacem Darius tertio quærens ad deditionem bellumve ab Alexandro provocatur. XII. Ad prælium dum Persarum ingens exercitus paratur, Macedones, panico quodam terrore defuncti, arma alacriter capessunt. XIII. Consilia

de nocturno prælio Parmenionis et Polyperchontis Alexander damnat; somnoque refectus interrito vultu suos ad pugnam accendit. Acies Macedonica. XIV. Alexandri ad Græcorum, Dariique ad Persarum exercitus ante pugnam orationes. XV. Cruenti ad Arbela prælii descriptio. Victor Alexander Darium victum persequitur. XVI. Parmenio in discrimine constitutus, Alexandrum retrahit. Tandem integra victoria potiti Macedones, reliquos Persas fuga sibi quærere salutem cogunt.

1. 1. Darius tanti modo exercitus rex, qui, triumphantis magis quam dimicantis more, curru sublimis inierat prælium, per loca, quæ prope immensis agminibus compleverat, jam inania et ingenti solitudine vasta fugiebat. 2. Pauci regem sequebantur: nam nec eodem omnes fugam intenderant; et, deficientibus equis, cursum eorum, quos rex subinde mutabat, æquare non poterant. 3. Unchas [a] deinde pervenit, ubi excepere eum Græcorum [b] quatuor millia: cum quibus ad Euphraten [c] contendit; id demum credens fore

Pal. 1. *Quinti Curti Rufi Historiarum Alexandri Magni Macedonis Liber Primus explicit, incipit secundus;* Pith. *Explicit liber tertius Q. Curtii historiarum Alex. M. Macedoniæ Regis, incipit quartus;* Bong. 1. *Q. Curtii R. hist. l.* III. *explicit, incipit l.* IV. Bong. 2. *Curtii Rufi hist. l.* III. *explicit, incipit l.* IV. Fauch. *explicit l.* III. *incipit* IV. Leid. *Q. Curtii Rufi Historiarum liber tertius explicit: incipit liber quintus feliciter;* Voss. 1. *Q. Curtii Rufi Hist. lib.* III. *expl. incip. lib.* IV. *feliciter;* Voss. 2. sine titulo est.—1 Leid. et Voss. 1. *triumfantis.* Fauch. *sublimus inierat.* Voss. 2. omittit *per* ante *loca.* Leid. et Voss. 1. *prope in mensis.* Bong. et Voss. 1. 2. *agminibus impleverat.*—2 Bong. 1. 2. et Voss. 1. omittunt *et* ante *deficientibus.* Pal. 1. Leid. Voss. 1. Mer. et Col. *quos subinde,* omisso *rex.*—3 Florent. Leid. et Voss. 2. *Onchas;* et sic Bong. omisso *deinde;* Theocr. *Orchas.* Voss. 2. *ubi exceperunt.* Bong. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. *jam regius tum ad Euphrates;* Pal. 1. et Voss. 2. *jam rex tum ad E.* Ald. *quibus ad E.* Vulgg. *præripere potuisset;* Fauch. *percipere*

NOTÆ

[a] *Unchas*] De hujus loci appellatione ac situ nihil admodum comperti habemus, cum alii libri *Onchas*, alii *Orchas* exhibeant; ubi autem reponendus sit, nemo certo indicet. Raderus eundem esse suspicatur, qui ab Arriano Sochos appellatur, ultra Pylas Assyrias, bidui itinere ab illis distans.

[b] *Græcorum*] Arrianus parem quidem numerum recenset; verum tam ex Persis quam ex peregrino milite conflatum.

[c] *Ad Euphraten*] Hunc fluvium ad urbem Thapsacum trajecisse docet Arrianus. Sita erat intra gradum lat. 36.

ipsius, quod celeritate præcipere potuisset.[a] 4. At Alexander Parmenionem,[d] per quem apud Damascum recepta erat præda, jussum 'eam ipsam et captivos diligenti asservare custodia,' Syriæ, quam 'Cœlen'[e] vocant, præfecit. 5. Novum imperium Syri, nondum belli cladibus satis domiti, aspernabantur: sed celeriter subacti obedienter imperata fecerunt. 6. Aradus[f] quoque insula deditur regi. Maritimam tum oram et pleraque, longius etiam a mari recedentia, rex ejus insulæ Strato[g] possidebat: quo in fidem accepto, castra movit ad urbem Marathon.[h] 7. Ibi illi literæ a Dario redduntur: quibus ut superbe scriptis vehementer offensus est: præcipue eum movit, quod Darius sibi

[a] *Ratus id solum mansurum in sua potestate, quod celeritate prior occupare potuisset.*

---

potuisset; Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *præcipere potuisset*, quod, probante Scheffero, restituit Schmieder.—4 *At* deest in Voss. 1. et Pith. Pal. 1. *eum et captivos*, omisso *ipsam*. Dan. *Colen*, et correctum *Cælen* a m. sec. Voss. 1. *Calon;* Voss. 2. *Celerin.*—5 Voss. 2. *Sirii.* Pith. *nundum* pro *nondum*, et sic deinceps. Mox Dan. Leid. et Voss. 1. *obadienter.*—6 *Arrhodus quoque* Ald. *Nardus quoque* Voss. 2. cum quibusdam edd. vett. *tum horam* Bong. *tamen horam* Dan. Leid. Voss. 1. et Erasm. *Marathen* Voss. 2.—7 Leid. et Voss. 1.

NOTÆ

[d] *Parmenionem*] Atqui Arrianus, haud paulo accuratior in ejusmodi nominibus repræsentandis, Menonem fuisse dicit, cujus etiam cognomen adjecit, Cerdimas; et fieri potest ut Curtius partim vitioso exemplari, partim aliqua vicinitate nominum deceptus sit.

[e] *Cælen*] Syria, late sumto nomine, totum illum terrarum tractum complexa est, qui Mediterraneo Mari ad Orientem obtenditur, Arabiam inter, Euphratemque, et Amanum montem. Ejus præcipuæ fuere partes, Palæstina, quæ et Terra-sancta, Phœnice, et Syria, proprie nuncupata. Hujus pars meridionalis erat Cœle-Syria, quasi Cavam Syriam dicas; ex eo nomen sortita, quod duos inter montes, Libanum atque Antilibanum, instar cujusdam vallis amplissimæ, extendatur. In ea fuit Damascus.

[f] *Aradus*] Phœnices vel, ut alii volunt, Cœlesyriæ littori objecta insula sive saxum, septem stadiorum ambitu, mari circumfusum, ut ait Strabo; viginti a continente distans. Huic respondet in opposito littore Antaradus, recentioribus Tortosa.

[g] *Strato*] Hunc Arrianus non regem, sed Gerostrati regis filium facit. Absente patre, qui naves suas cum Autophradate Persicæ classis præfecto junxerat, deditionem insulæ vicinaramque in continente urbium fecit; quam Gerostratus ipse desertis Darii partibus raram habuit.

[h] *Marathon*] 'Marathos,' inquit Strabo, 'antiqua urbs Phœnicum, nunc diruta.' Illam Arrianus ex adverso Aradi in continente fuisse tradit, utique non procul Antarado.

'regis' titulum, nec eundem[i] Alexandri nomini ascripserat. 8. Postulabat[j] autem magis quam petebat;[b] 'ut accepta pecunia, quantamcumque tota Macedonia caperet, matrem sibi ac conjugem liberosque restitueret: de regno æquo, si vellet, Marte contenderet.[c] 9. Si saniora consilia tandem pati potuisset; contentus patrio, cederet alieni imperii finibus:[d] socius amicusque esset: in ea se fidem et dare paratum et accipere.'[e] 10. Contra Alexander in hunc maxime modum rescripsit: 'Rex Alexander[k] Dario. Ille,[l] cujus nomen[m] sumsisti, Darius, Græcos, qui oram

[b] *Quasi jubebat potius quam rogabat.* [c] *Pro imperio, si vellet, justo bello dimicaret.* [d] *Contentus Macedonico regno, exiret Persici terris.* [e] *Paratum se esse ad hæc præstanda, suam Alexandro fidem dare, et ab eo vicissim acceptare.*

quibus ut superbæ. Pal. 1. *cum præcipue.* Bong. 1. *nomine adscripserat.*—8 Pal. 1. *quantacunque totam Macedoniam*, quod non contemnendum putat Schmieder. Mer. *quantacumque tota Macedonia.* Bong. Leid. et Voss. 1. 2. *sibi et conjugem.* 'Mox forte legendum est: *de regno æque*, (ac adhuc usque,) *si vellet*,' &c. Schmieder.—9 *Si saniora consilia tamen* Fauch. probante Schmieder. *in eo* Bas. Col. et Mer. *in ea fidem* Amst. omisso *se*; Pith. *daturum et accipere paratum.*—10 *Rex Alexander Dareus cujus* Florent. Leid. et Voss. 1. *R. A. Dario cujus* Voss. 2. *R. A. ille cujus* Erasm. *R. A. Celes* Pal. 1. Ald. Mer. Bas. et Col. *Celes* omittunt Bong. et Dan. *Rex A. Dario. Celes, cujus*, &c. edd. vett. cum Amst. 1629. Freinsh. Cellar. Pitisc. Barb. Bip. Snak. Cunz. et Bothe; *R. A. Dario. Ille cujus*, &c. Modius, Amst. 1688. Maitt. et Tell. 'Sic rescripsi cum Modio: Snakenburgio tamen subscribo, non spernendam plane lectionem vett. quorundam codd. exhibentium h. l. vocem *Celes.* Forsan errorem esse scioli librarii, qui, hunc Codomannum cognoscens, per literam *C.* voluerit designare, unde postea ex *C. ille*, vel *C. is* coalnerit *Celes.* Si conjecturæ locus esset, Freinshemio placebat: *Rex A. Dario Celeti. Ille*

NOTÆ

[i] *Nec eundem*] Tamen apud Arrianum lib. II. prima hac legatione loquens Darius, ait 'se regem a rege matrem suam, uxorem, liberos petere.'

[j] *Postulabat*] Etsi ista sæpe promiscue usurpantur, 'petere,' 'postulare,' 'poscere,' tamen accuratius distinguentibus plus est 'postulare' quam 'poscere,' ut hoc loco manifestum est: plus etiam 'poscere' quam 'postulare,' ut indicat illud Ciceronis in Verrem: 'Incipiunt postulare, poscere, minari.'

[k] *Rex Alexander*] Quia sibi Darius regis titulum ascripserat, non item Alexandro, vicissim Alexander regis sibi nomen sumit, Dario non tribuit.

[l] *Ille*] Vox *Celes*, quam non temere hoc loco videntur antiqui codices exhibere, variis doctorum hominum conjecturis locum dedit. In eo quidem conveniunt omnes, Celetem dici tum equum injugem, quo quis insidens vehitur, Gallice *cheval de selle*, tum equitem ipsum. Græca vox est, cujus meminere Suidas, Hesychius, Favorinus; Plinius Latine etiam usurpavit

Hellesponti tenent coloniasque [n] Græcorum Ionias omni clade vastavit: cum magno deinde exercitu mare trajecit,[o] illato Macedoniæ et Græciæ bello. 11. Rursus [rex] Xerxes [p] [gentis ejusdem] ad oppugnandos nos cum immanium barbarorum copiis venit: qui navali prælio victus, Mardonium tamen reliquit in Græcia; ut absens quoque popularetur urbes, agros ureret. 12. Philippum [q] vero pa-

cujus, &c. Græcos, qui oram Hellesponti tenent, coloniasque Græcorum Ionias. Cf. Herod. v. ab initio.' *Schmieder.* Pal. 1. *qui horum H. tenent.* Ald. Lugd. Frob. et Amst. *Ionas.*—11 Boug. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *rex.* Florent. Leid. et Voss. 2. *Xerxes.* Voss. 2. omittit *gentis ejusdem.* Pal. 1. *ad oppugnandum.* Marg. ed. Gryph. *cum immanibus barbarorum copiis.* Florent. *popularetur urbes.* Voss. 1. *agros viveret.*—12 *Philippum vero*

NOTÆ

lib. IV. Utri vero Dario, primone an ultimo, Celetis nomen tribuendum sit, ambigitur. Raderus cum Glareano *Celes* primo casu legunt, nec dubitant de Dario Hystaspis accipiendum, cujus in Epitaphio legitur: Ἵππεύς καὶ τοξότης ἄριστος ἐγενόμην, *Eques* (hoc est, *Celes*) *optimus fui*: itaque hoc illi cognomen factum esse. Paulo subtilior Freinshemii conjectura, sic legendum opinantis: *Rex Alexander Dario Celeti. Ille, &c.* Hoc quippe cognomen retundendæ Darii superbiæ causa additum ab Alexandro, vel ut prioris fortunæ vilitatem, (fuerat quippe Ochi Regis cursor,) vel ut fugam ex Issico prælio exprobraret; quam, ut vidimus, conscenso equo arripuerat.

[n] *Cujus nomen*] Cum enim Codomannus prius appellaretur, in regnum jam evectus Darii nomen sibi sumsisse traditur. Just. lib. X. *Hellesponti*] Lib. III. cap. 1.

[n] *Coloniasque*] Ionea, Græciæ populi, ab Ione Xuthi filio dicti, Achaiam initio incoluerant. Inde pulsi tum cum Heraclidæ in Peloponnesum redierunt, anno post excidium Trojanum octuagesimo, in Atticam fugerant; sed, post annos quinquaginta vel, ut aliis visum est, sexaginta, quam eo venerant, cum non sufficeret multitudini regio, in eam Asiæ oram migrarunt quæ ab illis Ionia nuncupata est; ubi Smyrnam, Ephesum, Miletum, Prienem, aliasque plurimas urbes condiderunt. Hi, una cum Cræso et Lydis a Cyro majore subacti, adversus Darium Hystaspis rebellarant; quibus opitulati Athenienses Regis in se iram concitarunt.

[o] *Trajecit*] Non ipse quidem per se; id enim semel omnino ab eo factum legimus, cum, in Scythas ducens, Bosphorum Thracium ponte junxit, aliquot ante annis quam Iones deficerent, atque a Dario cladem acciperent. Sed iis domitis Mardonium generum in Thraciam et Macedoniam transire jussit, quas ipse Darius, a Scythica expeditione fugientis more rediens, per Megabyzum subegerat. Herod. Pausan. Cornel. Nep. Justin.

[p] *Rex Xerxes*] Vide supra, lib. III. cap. 11. *Immanium*] Melius forte *immanibus.*

[q] *Philippum*] Hoc ad invidiam paternæ cædis in Persas transferendam dictum videtur magis quam ad veritatem. Vide Suppl. Freinshemii, lib. I. cap. 10. quanquam apud Arrianum

rentem meum quis ignorat ab iis interfectum esse, quos ingentis pecuniæ spe solicitaverant vestri? impia enim bella suscipitis, et cum habeatis arma, licemini[r] hostium capita: sicut tu[s] proxime talentis mille, tanti exercitus rex, percussorem in me emere voluisti. 13. Repello igitur bellum, non infero: et Diis quoque pro meliore stantibus causa, magnam partem Asiæ in ditionem redegi meam: te ipsum acie vici. Quem etsi nihil a me impetrare oportebat;[f] utpote qui ne belli quidem in me jura[t] servaveris; tamen, si veneris[u] supplex, et matrem, et conjugem, et liberos sine pretio recepturum te esse promitto: et vincere et consulere victis scio.[g] 14. Quod si te nobis committere times, dabimus fidem impune venturum. De cetero cum mihi scribes, me-

[f] *Etsi autem nihil a me obtinere debueras.*
[g] *Non modo vincere, sed etiam cum victis humaniter agere novi.*

Florent. *ab his interfectum* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. Mox *licitamini* Ed. pr. Venett. Rom. Veron. aliæ vett. cum Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both. sic etiam Pal. 1. et additum *in D.* margini, sed Col. quam Schragius vidit, Bong. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. *licemini*, quod recepit Schmieder.—13 Dein. Florent. et Leid. *Di quoque pro meliore stantes;* Pal. 1. et Voss. 1. 2. *Dii quoque pro meliori stant;* Fauch. *Dii q. p. m. stantes.* Heinsius conj. *Eu Di q. p. m. stantes causa, m. p. A. i. d. redegerunt.* Florent. *te i. a. devici.* Voss. 2. *oportebat impetrare;* nonnullæ edd. vett. *impetrare oportebat quod petieras.* Theocr. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mer. *recepturum esse*, omisso *te*.—14 Col. et Mer. *Qui si.* Voss. 1. 2. et Bong. *committere nobis.* Paulo post Pal. 1. *mihi scribis.* Leid. *non solum regis.*

NOTÆ

idem exprobrans adjecit, Persas illud ipsum missis quoquo versum literis esse gloriatos.

[r] *Licemini* [*licitamini*] Sunt qui *licemini* hoc loco legere maluerint, ea ratione ducti quod 'liceri' dicatur qui solus pretium offert, 'licitari' autem qui auctione facta emere pro se quisque contendunt. Sed hoc discrimen nullum est; nam et 'licitari' sine auctione dicitur, ut auctor est Valla; et 'liceri' cum auctione legitur apud Ciceronem.

[s] *Sicut tu*] Non ad Philippum medicum id refero, sed ad Alexandrum Lyncesten, de quo Suppl. lib. XI. cap. 11.

[t] *Belli jura*] Quorum præcipuum est, ne per sicarios aut proditores alter alterius vitæ insidietur.

[u] *Si veneris*] Procul aberat ab eo consilio Darius, qui ne regis quidem nomine Alexandrum dignaretur. Quo magis adducor ut credam cum Freinshemio Arrianum, lib. II. de his Darii ad Alexandrum literis agentem, ita scripsisse, καὶ φιλίαν θέλειν ποιήσασθαι πρὸς Ἀλέξανδρον, *amicitiam cum Alexandro velle jungere;* non, ἐλθεῖν ποιήσασθαι, *venire ut jungeret.*

mento non solum regi te, sed etiam tuo scribere.' 15. Ad hanc perferendam Thersippus[v] missus. Ipse in Phœnicen deinde descendit: et oppidum Byblon[w] traditum recepit. Inde ad Sidona[x] ventum est, urbem vetustate famaque conditorum inclytam. 16. Regnabat in ea Strato,[y] Darii opibus adjutus;[z] sed, quia deditionem magis popularium, quam sua sponte fecerat,[a] regno visus indignus, Hephæstionique permissum, ut, quem eo fastigio e Sidoniis[a] dignis-

[a] *Quia civium voluntate potius quam sua sponte deditionem fecerat.*

—15 Bong. et Leid. *Thers. est missus;* Bong. 2. *non est missus;* Voss. 1. *Thersippus Tē. et.* [ita Snak.] vet. codex Leid. *T. missus est.* Dan. Pal. 1. Voss. 1. 2. Mer. et Bong. omittunt *Ipse.* Bong. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *deinde.* Heinsius conj. *Exin in P. descendit.* Dan. et Voss. 1. 2. *Byblo;* Pal. 1. *bello;* Florent. Leid. Mer. Bas. et Col. *Biblo;* Frob. Elz. Lugd. et Amst. *Biblon.* Mox Pal. 1. *Sidoniam;* Voss. 2. *Sidonam;* Ald. *Sydona.*—16 Freinsh. conj. *D. o. addictus, et quia, &c.* Heins. *D. o. adauctus, sed, &c.* Mallet Schmieder: *D. partibus addictus.* Mox vulgg. *quemcunque eo fastigio;* Dan. Pith. Fauch. et Pal. 1. omittunt *eo,* quod in Pal. 1. suppletur a m. sec. Deinde nunc legitur: *e Sidoniis d. arbitraretur* ex conj. Gronovii pro *Sidones d. arbitrarentur.* Vide Not. Var. Bong. 1. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Theocr. *Sidonis;*

NOTÆ

[v] *In Phœnicen*] Phœnice, satis nota regio in ora Syriæ maritima, a Phœnice, Agenoris filio, nomen habuisse dicitur.

[w] *Byblon*] Phœnices oppidum fuit, Berytum inter atque Tripolim, ad mare situm. Regem tunc temporis habuit Enylum; sed eo absente (Autophradatem enim et ipse sequebatur) facta deditio est, pactis conditionibus.

[x] *Sidona*] Sidon, hodie *Saide,* urbs Phœnicum vetustissima, civium suorum ingenio, artificiis, inventis, navigationibus clarissima. Primi omnium Sidonii Astronomiam, Arithmeticam, tingendæ purpuræ et vitri conflandi artes, nocturnamque navigationem docuisse traduntur. De ejus conditoribus deque nomine infra dicturi sumus, cap. 7.

[y] *Strato*] Diversus ab alio Stratone, quem supra vidimus Aradi regem aut regis filium: hic in fidem acceptus, et in regno relictus; ille Sidonius regno exutus est.

[z] *Adjutus*] Longe præstantior existet sententia, si legas cum Freinshemio, *Darii opibus addictus:* quod neque Gallicum interpretem fefellit.

[a] *E Sidoniis*] In reliqua narratione tota non apparet publico Sidoniorum suffragio, sed paucorum Hephæstionis hospitum arbitrio, fuisse designatum ad regnum. Sane quidem Sidoniis plurimum, Hephæstioni amicorum principi non multum gratificatus fuerit Alexander, si illis permissum ut regem sibi legerent, isti nihil aliud concessum, nisi ut electum in regno collocaret. Quid enim in eo præcipui favoris? Adde quod Sidonii nusquam, quod sciam, Sidones appellati præterea leguntur. His sum adductus ut crederem non male suspicatum Gronovium, cum hoc loco scribendum putaret, *quem eo fastigio e Sidoniis dignios. arbitraretur,* loco vulgatæ lectio-

simum arbitraretur, constitueret regem.' 17. Erant Hephæstioni hospites, clari inter suos juvenes, qui, facta ipsis potestate regnandi, negaverunt, 'quenquam patrio more in id fastigium recipi, nisi regia stirpe ortum.' 18. Admiratus Hephæstio magnitudinem animi, spernentis, quod alii per ignes ferrumque peterent;[i] 'Vos quidem macti virtute,'[b] inquit, 'estote,[j] qui primi intellexistis, quanto majus esset, regnum fastidire quam accipere. Ceterum date aliquem regiæ stirpis, qui meminerit, a vobis acceptum habere se regnum.' 19. At illi, cum multos imminere tantæ spei cernerent,[k] singulis amicorum Alexandri, ob nimiam regni cupiditatem, adulantes, statuunt, 'neminem esse potiorem, quam Abdalonymum[c] quendam, longa quidem cognatione

[i] *Per medias flammas mediaque tela quærerent.*
[j] *Crescite virtute, et felices estote.*
[k] *Cum viderent multos avida spe regnum ambire.*

Bong. 2. *Sinodis;* Ald. *Sydones.* Voss. 2. *constituerat regem.*—17 *Ephestionis* Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. *Ephestioni* Voss. 2. Frob. Bas. Col. et Mer. *Hephestioni* Lugd. et Amst. *Darii* pro *clari* Ed. pr. Venett. Veron. et Mer.—18 Pal. 1. *macta virtute;* Bong. *macte virtute;* Voss. 1. *acti virtute;* Pith. *macti, inquit, virtute.* Fauch. *qui primum.* Pal. 1. *in regnum.*—19 *Atque illi* Voss. 1. 2. Florent. Leid. et Theocr. *singulis a Alexandriam* Florent. et Voss. 1. *sing. a. Alexandrum* Leid. *adulantibus* omnes codd. Dan. Pal. 1. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. unde Acidalius conj. *singulis amicos Alexandri, o. n. r. c. adulantibus.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Abdalonimum;* Ald. Frob. Mer. Bas. et Colon. *Abdaloninum;* Bong. *Abdoloninum;* multæ edd. vett. *Abdolonymum;* al. recentt. *Abdoloninum.* 'Ex diversa nominis scriptura hanc (*Abdalonymum*) elegi.' *Schmieder.* Barth. in Advers. l. XXVIII. 6. *haud*

NOTÆ

nis: *eo fastig. Sidones digniss. arbitrarentur.* Ceterum totam hanc rei gestæ seriem Justinus quidem Sidone contigisse, pariter ut Curtius, tradit: Diodorus tamen ad Tyrum, Plutarchus ad Paphum transfert; uterque, ut videtur, non recte. Nam Azelmico, Tyriorum regi, Alexander ignovit, Arriano teste; de Papho autem Plutarchum redarguunt merito ceteri, vel eo nomine quod nusquam Paphum attigisse Alexander legatur.

[b] *Macti virtute*] Gratulantis ac fausta precantis ista vox est, cujus passim apud auctores occurrunt exempla. Ex antiquo nomine adjectivo 'mactus,' quod ex 'magis' et 'auctus' conflatum putant, unicus superest in utroque numero vocandi casus, 'macte' et 'macti;' quos tamen pro primo et quarto quoque casu usurpatos legimus. Quinetiam adverbii significatione Plautus adhibuit, pro, 'impense,' 'vehementer.'

[c] *Abdalonymum*] Diodoro vocatur Ballonimus, Plutarcho Alynomus, aliis Abdalonymus: omnium optime Curtius cum Justino Abdalominum vide-

stirpi regiæ annexum,[l] sed ob inopiam suburbanum hortum exigua colentem stipe.'[m] 20. Causa ei paupertatis, sicut plerisque, probitas erat: intentusque operi diurno, strepitum armorum, qui totam Asiam concusserat, non exaudiebat. 21. Subito deinde, de quibus ante dictum est, cum regiæ vestis insignibus hortum intrant, quem forte steriles herbas eligens Abdalonymus repurgabat. 22. Tunc 'rege' eo salutato, alter ex his, 'Habitus,' inquit, 'hic, quem cernis in meis manibus, cum isto squalore permutandus tibi est.[n] Ablue corpus illuvie æternisque sordibus squalidum:[o] cape regis animum, et in eam fortunam, qua dignus es, istam continentiam profer.[p] Et cum in regali solio residebis, vitæ necisque omnium civium dominus, cave obliviscaris hujus status, in quo accipis regnum; immo hercule, propter quem.'[d] 23. Somnio similis res Abdalonymo videbatur: interdum, 'satisne sani essent, qui tam proterve sibi illuderent,' percontabatur. Sed ut cunctanti squalor ablutus est, et injecta vestis purpura auroque distincta, et fides a jurantibus facta; serio jam rex, iisdem comitanti-

[l] *Per longam avorum seriem oriundum ex regia stirpe.*
[m] *Tenui mercede excolentem in suburbio hortum.*
[n] *Pro squalidis hisce pannis induendus tibi est.* [o] *Jamdiu contractis sordibus.*
[p] *Sume dignum Rege animum, et tuam hanc frugalitatem in regia fortuna retine.*

---

longa. Pal. 1. et Voss. 2. *suburbanum ortum.*—21 Heinsius pro *eligens* conj. *exigens.* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *Abdalonimus;* Voss. 2. *Abdelonimus;* multæ edd. vett. *Abdolonymus.* Pro *repurgabat* Voss. 1. superscriptum habet *sariebat.*—22 *Tum rege* Leid. et Voss. 1. 2. *hic vestis quem* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. et Pal. 1. *hic* omittit Mer. Mox Leid. *inluvie;* Voss. 1. superscriptum habet *porrigine.* Pro *æternisque* Bong. 1. *e terrisque;* Bong. 2. et Voss. 2. superscripta interpretatio *consuetis;* Voss. 1. *terreniseque.* Voss. 1. pro *squalidum* superscriptum *callosum.* Pith. omittit *istam* ante *continentiam.* Bong. Voss. 1. Amst. et Leid. *continentiam perfer.* Leid. *solio sedebis.* Voss. 2. *cave ne obliviscaris.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. omittunt *status.* Voss. 2. *propter quem status.* Verba: *immo hercule propter quem,* aberant a membranis Coloniensibus.—23 Voss. 2. *Andalonimo.* Vulgg. *sibi i. percunctabatur.* Paulo post, Pal. 1. *etiam fides a j. facta.* Voss. 1. 2. Bong. Mer. et Leid. *sero* pro *serio;* Heins. conj. *et fides a j. facta vero: jam, &c.* vel *veri.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *iisdem comitibus.*

NOTÆ

tur dixisse, conflato nomine ex *Abdalla,* quod 'servum Dei,' et *omin,* quod 'fidelem' seu 'verum' sonat.

[d] *Propter quem*] Cujus causa regnum tibi defertur.

bus, in regiam pervenit. 24. Fama, ut solet, strenue tota urbe discurrit: aliorum studium, aliorum indignatio eminebat: [q] ditissimus quisque 'humilitatem inopiamque ejus' apud amicos Alexandri criminabatur. 25. 'Admitti eum' rex 'protinus' jussit; diuque contemplatus, 'corporis,' inquit, 'habitus famæ generis non repugnat:' [r] sed libet scire, inopiam qua patientia tuleris.' Tum ille, 'utinam,' inquit, 'eodem animo regnum pati possim!' [s] hæ manus suffecere desiderio meo: nihil habenti nihil defuit.' [t] 26. Magnæ indolis specimen ex hoc sermone Abdalonymi cepit. Itaque non 'Stratonis' modo 'regiam supellectilem attribui ei' jussit, 'sed pleraque etiam ex Persica præda:' regionem quoque urbi appositam ditioni ejus adjecit. 27. Interea Amyntas,[e] quem ad Persas ab Alexandro transfugisse diximus, cum quatuor millibus Græcorum, ipsum ex acie persecutis, fuga Tripolin [f] pervenit, inde in naves militibus impositis Cyprum [g] transmisit: et cum in illo statu

[q] *Aliorum favor, aliorum indignatio se prodebat.*
[r] *Forma corporis non repugnat famæ de tua origine vulgatæ.*
[s] *Utinam eadem constantia regiam fortunam ferre valeam.*
[t] *Istæ manus suppeditarunt quicquid optabam: cum nihil haberem, tamen nulla re indigui.*

—24 *Fama deinde* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *totas urbes discrevit* Dan. *totas urbes discurrit* Florent. Leid. Voss. 1. et vulgg. *tantas urbes discurrit* Voss. 2. *tantas urbes discrevit* Pal. 1. *aliorum stadium* Florent. *divitissimus quisque* Bong. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. *ditissimus quisque* Fauch. et Pith. *criminabantur* Mer.—25 Pal. 1. *sed volo scire;* Voss. 2. *sed scire volo.* Pith. *Hæc manus;* Voss. 2. *hec manus suffecit.* 'Pro *nihil habenti* non male conjecerunt VV. DD. *nihil aventi.*' Schmieder. Hanc conj. probat etiam Cuns.—26 Mer. *indolis speciem.* Voss. 2. *rex cepit;* Florent. et Leid. *capit.* Leid. *Stratonis m. reginam.* Voss. 2. omittit *etiam.*—27 *Admintas* Voss. 2. *ipsius ex acie persecutos* Bong. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. *ipsius ex acie persecutis* Pal. 1. *ipsius ex acie persecutus* Bong. 1. *ipsum ex acie persecutos* Voss. 2. *Tripolim* edd. vett. *Tripolin* omnes codd. cum Lugd. Amst. et recentt. *Scyprum transmisit* Florent. *et cum illo statu* Voss. 2. *id quemcumque*

NOTÆ

[e] *Amyntas*] Antiochi F. de quo superius, lib. III. cap. 7. De quatuor Græcorum millibus Amyntam secutis facit cum Curtio Diodorus: Arrianus octo millia numerat; sed alios quoque duces adjungit.

[f] *Tripolin*] Tripolis, urbs Phœnices cum portu, nomen a reipsa accepit; 'est enim,' inquit Strabo, 'condita a tribus urbibus, Tyro, Sidone, et Arado.' Hodieque nomen servat, *Tripoli de Sourie;* qua voce ab ea, quæ est in Africa cognominis, distinguenda fuit.

[g] *Cyprum*] Ea notissima est Medi-

rerum id quemque, quod occupasset, habiturum arbitraretur, velut certo jure possessum; Ægyptum [h] petere decrevit: utrique regi hostis, et semper ex ancipiti mutatione temporum pendens, hortatusque milites ad spem tantæ rei, docet, 'Sabacem prætorem Ægypti cecidisse in acie: 28. Persarum præsidium et sine duce esse et invalidum: Ægyptios, semper prætoribus eorum [i] infensos, pro sociis ipsos, non pro hostibus æstimaturos.' 29. Omnia experiri necessitas cogebat: quippe cum primas spes fortuna destituit, futura præsentibus videntur esse potiora: igitur conclamant, 'duceret quo videretur.' Atque ille, utendum animis, dum spe calerent, ratus,[a] ad Pelusii ostium penetrat; simulans 'a Dario se esse præmissum.' 30. Potitus ergo Pelusii [j] Memphin [k] copias promovit: ad cujus famam

[a] *Putans utendum ardore militum, quamdiu spe animarentur.*

Leid. *occupavisset* Voss. 2. *utique regi* Dan. Bong. Florent. Leid. et Voss. 2. *hostis erat* Pal. 1. et Voss. 2. *et semper ancipiti* Mer. omissa præpositione. *Satacem prætorem* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *Attacem* Voss. 2.—28 Dan. Bong. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *infestos* pro *infensos*. Voss. 2. *extimaturos*.—29 Bong. 1. *prima spes fortunam*; codd. Modii *prima spes fortunæ*. Dan. *igitur conclant*, et correctum inter lineas *conclamant*. Pal. 1. et Voss. 2. *At ille*. Mer. *spe carent*. Voss. 1. *Pelusii hostium*; Voss. 2. *Pelusium in hostium*; codex Schragii: *Pelusium hostium*; Leid. *Pelusium*.—30 Dan. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *Potitur*; Florent. Leid. et Ald. *Memphim*; Voss. 1. et Bong. 1. *Memphi copiis*. Florent. et Bong. 2. *præmovit*; Voss. 1.

NOTÆ

terranei Maris insula, Syriæ objecta; cui tum temporis plures præerant reguli, Persarum regibus, deinceps Alexandro subditi. Novem fuisse scribit Plinius. *Cyprum transmisit*, pro, 'in Cyprum;' quod non raro occurrit.

[h] *Ægyptum*] Ægyptus, notior quam ut hic describi oporteat, suos longa sæculorum serie reges habuerat, quibus diu commune Pharaonis nomen fuit. Eos Babylonii primum Reges vectigales fecerunt; sed horum collabente imperio jugum excussere, quoad Cambyses, victo atque abducto Psammenito, Ægyptiorum regum ultimo, Ægyptum Persarum in ditionem redegit, Olymp. 63. anno 4. Ab eo tempore post crebras defectiones, easque aliquando diuturnas, demum Olymp. 107. an. 3. jugum receperat, fugiente in Æthiopiam, sive, ut alii tradunt, in Macedoniam, Nectanebo rege, cum jam septimum ætatis annum Alexander ageret.

[i] *Eorum*] Pro, 'suis.' Prætores apud Persas dicti 'Satrapæ,' ut sæpe toto Curtio legimus.

[j] *Pelusii*] Nilus, in duo brachia divisus, duobus maxime ostiis in Mediterraneum Mare se exonerat, quorum alteri magis orientali vicinum fuit Pe-

Ægyptii, vana gens et novandis, quam gerendis, aptior rebus,[v] ex suis quisque vicis urbibusque, ad hoc ipsum concurrunt, ad delenda præsidia Persarum: qui territi, tamen spem retinendi Ægyptum[w] non amiserunt. 31. Sed eos Amyntas prælio superatos in urbem compellit; castrisque positis, victores ad populandos agros eduxit: ac, velut[1] in medio positis omnibus hostium, cuncta agebantur.[x] 32.

[v] *Ægyptii levis natio, et novis rebus suscipiendis quam exequendis aptior.*
[w] *Spem Ægypti conservandæ.*
[x] *Et, quasi omnia prædæ exposita forent, cuncta hostium bona diripiebantur a Græcis.*

permovit; Bong. 1. *promovit;* Pal. 1. *promovet.* Florent. Leid. Bong. et Pal. 1. *Ægypti.* Fauch. *nova gens;* Florent. *gerendis captior.* Bong. Dan. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. *quique* pro *quisque.* Elz. *vicis viribusque.* Florent. Leid. et Lugd. *hoc ipsum,* omisso *ad;* Voss. 2. *quod hoc ipsum;* Amst. *ad ipsum.* 'Verba *ad hoc ipsum,* vel *ad ipsum,* speciem habent glossematis.' *Bothe.* Pal. 1. *ad dedenda;* Bong. *delenda,* omisso *ad.* Vide Not. Var. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *spem retinendi.* Pal. 1. *Ægypti.* Dan. *amisserunt;* Bong. Voss. 1. 2. Florent. et Leid. *omiserunt;* Mer. *amiserat.*—31 Mer. *Sed eo.* Pro *castris positis* multæ edd. vett. *huc illuc incompositis agminibus hostium secuti agebantur;* Theocr. locum ita exhibet: *castrisquè positis, victores festinant ad populandos agros, ac velut in medio positis Diis hostium, &c.* Vide Not. Var. Bong. Voss. 1. Lugd. et Amst. omittunt *eduxit; ac;* Voss. 2. exhibet: *agros terris agebantur Mazetes.* Florent. Voss. 1. et Dan. *positis Dis hostium;* Bong. *positi Dis in;* pro quo Leid. *odis;* Bong. 2. ante *Dis* spatii vacui aliquantulum relictum habet; Pal. 1. *poscit cunctis;* Mer. *possidiis,* Bas. et Col. *positis his;* Lugd. Amst. et al. *positis hostium cunctis agebat.* 'Ego aliquando pro *omnibus* scribebam *opibus.*' Schmieder.—32 Dan. *Mazecos;* Voss. 2. *Mazetes;*

NOTÆ

lusium; alterum magis occiduum a Canopo urbe nomen accepit. Inter utrumque illum fluminis alveum et mare jacet insula quæ a trianguli forma nomen accepit, 'Delta:' hanc plures ex utroque brachio ducti alvei intersecant, totamque navigabilem efficiunt.

[k] *Memphin*] Memphis urbs quondam Ægypti primaria, regum indigenarum sedes: nunc etiam regionis caput, si vera sentirent qui hodiernum *Cairum* esse putant. Sed hoc alii procul abesse rectius tradunt. Sita fuit non procul superiore illius A angulo, ubi Nilus in duo cornua finditur.

[l] *Ac, velut*] Vix ullus toto Curtio desperatior locus, et qui Criticorum ingenia magis exercuerit. Non committam ut tot aliorum conjecturis novas addam nihilo sane amplius profuturas. Si cui non placet ista lectio, quam vulgati præferunt libri, duas ex multis, quæ propius a germano Auctoris sensu abire visæ sunt, repræsento: *Castrisque positis victores ad populandos agros, velut cunctis hostium in medio positis, vagabantur,* Raderus; aut: *velut in metu positis omnibus, hostium cuncta agebantur,* id est, diripiebantur, Freinshemius. Et certe ea suberat nimiæ fiduciæ causa, quod Persas semel victos nihil ausuros præ metu crederent.

Itaque Mazaces, quanquam infelici prælio suorum animos territos esse cognoverat, tamen ‘ palantes et victoriæ fiducia incautos ’ ostentans, perpulit ‘ ne dubitarent ex urbe erumpere et res amissas recuperare.’ 33. Id consilium non ratione prudentius, quam eventu felicius fuit: ad unum omnes cum ipso duce occisi sunt. Has pœnas Amyntas utrique regi dedit; nihilo magis ei, ad quem transfugerat, fidus, quam illi, quem deseruerat. 34. Darii prætores, qui prælio apud Isson superfuerant, cum omni manu, quæ fugientes secuta erat, assumta etiam Cappadocum [m] et Paphlagonum juventute, Lydiam recuperare tentabant. 35. Antigonus, prætor Alexandri Lydiæ præerat: qui, quanquam plerosque militum ex præsidiis ad regem dimiserat, tamen, barbaris spretis, in aciem suos eduxit. Eadem illic quoque fortuna partium fuit: tribus prælis alia atque alia regione commissis, Persæ funduntur. 36. Eodem tempore classis Macedonum ex Græcia accita Aristomenem, qui ad Hellesponti oram recuperandam a Dario erat missus, captis ejus aut mersis navibus superat. 37. A Milesiis [n] deinde Pharnabazus præfectus Persicæ classis pecunia exacta, et

vulgg. *Mazeces.* Fauch. *esse territos.* Mox pro *perpulit* Pith. *pertulit;* Pal. 1. *perculit.* Voss. 2. *erumperent res, &c.* omisso *τῷ et.* Dan. Pith. Bong. 2. Florent. et Voss. 1. *reciperare;* Bong. 1. *recipere.*—33 Voss. 2. *eventus felicis.*—34 Mer. et Voss. 2. *apud Ysson.* Voss. 2. *superfugerant.* Pal. 1. *assumpta et Cappadocum.* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *reciperare tentabant;* et sic deinceps.—35 *Antigonas* Pal. 1. Pith. *Eadem illi;* vulgg *Eadem illinc.* Mer. *prælium fuit.* ‘ Legendum puto: *Earundem illic quoque fortuna partium fuit.*’ Both.—36 Florent. Leid. et Voss. 1. *reciperandum.* Vulg. *aut demersis;* Sigeb. *aut aversis;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Theocr. Colon. Ald. Dan. Mer. Bas. et Col. *aut eversis;* Pal. 1. *atque eversis* n. *superavit.* Heinsius conj. *aut depressis, &c.*—37 *Amiseliis deinde* Pal. 1. *Barnabazus* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Dan. *Barnazabus* Fauch. *Farnabazus* Ald. Frob. Bas. et Col. *is ur-*

NOTÆ

[m] *Cappadocum*] Non totam, ut supra monuimus, Cappadociam Alexander subegerat; subacta forte jam tum rebellaverat: Paphlagoniam vero jam defecisse oportuit, quæ Persas milite juvaret; nisi forte illa juventus aut sponte secuta est, aut jam in præsidiis erat intactarum bello provinciarum, Cappadociæ, Armeniæ, &c. *Lydiam*] Lib. III. cap. 4.

[n] *A Milesiis*] Miletus una ex duodecim Ionum urbibus, Cariæ caput, lanarum pretio et incolarum mollitie celebris, ad Mæandrum amnem sita, paulo supra ejus ostia; hodie nomen *Milazzo* retinet, ex veteri deductum.

præsidio in urbem Chium introducto, centum navibus Andrum[o] et inde Syphnum petiit: eas quoque insulas præsidiis occupat; pecunia mulctat. 38. Magnitudo belli, quod ab opulentissimis Europæ Asiæque regibus, in spem totius orbis occupandi, gerebatur, Græciæ quoque et Cretæ[p] arma commoverat. 39. Agis,[q] Lacedæmoniorum[r] rex, octo millibus Græcorum,[s] qui ex Cilicia profugi domos repetierant, contractis, bellum Antipatro,[t] Macedoniæ præfecto moliebatur.[y] 40. Cretenses, has aut illas partes secuti, nunc Spartanorum, nunc Macedonum præsidiis occupabantur. Sed leviora inter illos fuere discrimina; unum certamen, ex quo cetera pendebant, intuente fortuna.[z]

[y] *Inferre aggrediebatur.*

[z] *Sed levis momenti fuere hæc certamina, cum fortuna quasi intenta esset in unum illud bellum ex quo reliquorum exitus pendebat.*

---

bem Hium Dan. Put. Pith. Florent. Bong. 2. Leid. et Voss. 1. *introductis* Leid. *Siphium* Pal. 1. et Voss. 2. *Siphnum* Voss. 1. *Sypheum* Bas. et Col. *is quoque* Leid. et Voss. 2. *his quoque* Bong. 1. 2. Dan. Pal. 1. Florent. Voss. 1. Ald. Colin. et Gryph. *easque* Mer. Venett. et Veron. *hasque* Lugd. *Idasque* Amst. Heinsius pro *occupat* legi jussit *occupatos*.—39 *Hagis L. rex* Dan. Pal. 1. Bong. Florent. Voss. 1. 2. Ald. Colin. et Gryph. *domos receperant* Voss. 2. *moliebantur* Leid.—40 Dan. Bong. Florent. et Voss. 1. *Parianorum;* Leid. *Arrianorum;* Voss. 2. *Spartanorum* omittit. Pal. 1. omittit *Macedonum præsidiis.*

NOTÆ

[o] *Andrum*] Andros, hodie *Andro*, et Siphnus, hodie *Siphano*, duæ ex insulis Cycladibus in Ægæo Mari.

[p] *Cretæ*] Creta, quam hodie ab urbe primaria *Candiam* dicimus, nobilissima in Ægæi Maris aditu insula, Peloponneso objacet. 'Hecatompolis' dicta a centum urbibus, quarum præcipuæ Gnossus, Gortyna, Cydonia, Lyctos, Lycastos, Phæstos, Dictynna. Suis legibus id temporis vivebant Cretenses, quas a Minoë accepisse feruntur. Earum plurimas Lycurgus Lacedæmonem transtulit. De Creta videsis Strabonem lib. x.

[q] *Agis*] Tres reperiuntur hoc nomine Reges Spartanorum. Primus Eurysthenis filius, ejus qui una cum fratre Procle Heraclidarum regno in Laconica initium dedit: alter quem Lycurgi leges jamdiu obsoletas reducere conantem cives sui in carcere necarunt, ut scribit in ejus Vita Plutarchus: tertius hic de quo agimus, inter utrumque medius.

[r] *Lacedæmoniorum*] Lacedæmonii, qui et Lacones et Spartani, Græciæ populi, in extrema Peloponneso: de his lib. vi. cap. 1.

[s] *Græcorum*] Dario mercede militantium, qui, ex pugna ad Issum in Cilicia elapsi, Græciam mari repetierunt.

[t] *Antipatro*] De quo inferius, lib. vi. cap. 1. *Spartanorum*] Lacedæmoniorum: lib. vi. cap. 1.

II. 1. Jam tota[a] Syria, jam Phœnice quoque, excepta Tyro,[b] Macedonum erant; habebatque rex castra in continenti, a quo urbem angustum fretum dirimit. 2. Tyrus, et claritate et magnitudine ante omnes urbes Syriæ Phœnicesque memorabilis, facilius societatem Alexandri acceptura videbatur, quam imperium. Coronam igitur auream legati donum afferebant; commeatusque large et hospitaliter ex oppido advexerant. 3. Ille 'dona ut ab amicis accipi' jussit; benigneque legatos allocutus, 'Herculi,[c] quem præcipue Tyrii colerent, sacrificare velle se' dixit. 'Macedonum[d] reges credere, ab illo Deo ipsos genus ducere: se vero ut id faceret etiam oraculo monitum.' 4. Legati respondent: 'esse templum Herculis extra urbem

1 Voss. 2. *Siria*, ut semper in similibus. Florent. Leid. et Voss. 1. *Phœnicæ*; Voss. 2. *Fenice*; Col. Mer. et Bas. *Phœnices*. Fauch. *Tyra*; Voss. 2. *Thiro*. Florent. Theocr. Voss. 1. Leid. et Bong. *erat* pro *erant*. Voss. 2. *habebatque castra incontinentia*, omisso *rex* Florent. et Leid. etiam *incontinentia*. Pro *a quo* Heinsius legi jussit: *a qua*, sc. terra.—2 Dan. Pal. 1. Florent. Fauch. et Voss. 1. *Tyros*; Voss. 2. *Thiros*. Pith. Bong. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *et magnitudine et claritate*. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Mer. Colin. Gryph. Col. et Bas. *Phœnicisque*; Voss. 2. *Fenicisque*. Pal. 1. et Voss. 2. *Coronam autem*; Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *donum legati*; Leid. 2. *dona* pro *donum*; Elz. *legati donum*. Ed. pr. Venett. Veron. Ald. Colin. Gryph. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both. *adduxerant*; Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *advexerant*, quod, præeunte Modio, recepit Schmieder.—3 Theocr. *velle dixit*, omisso pronomine. Pal. 1. et Voss. 2. *Macedones reges*. Bong. 1. et Mer. *illo D. ipso*.—4 Theocr. *Legati responderunt*. Ed. pr. Venett. Veron. aliæ vett. et recentt.

NOTÆ

[a] *Tota*] Proprie dictam Syriam intelligit, quatenus a Phœnice et Palæstina distinguitur; nam Palæstinam quidem nondum attigerat, in Phœnice Tyrus nondum parebat.

[b] *Tyro*] Tyriæ urbis originem, antiquitatem, divitias, fortunam, &c. pluribus infra prosequitur, cap. 4.

[c] *Herculi*] Senos Hercules numerat Tullius de Natura Deor. lib. III. cap. 16. quorum ultimum ponit ex Jove et Alcmena genitum, sed ex ultimo Jove; quem vero Tyrii coluerunt, hunc ex alio Jove et Asteria natum fuisse. Sunt qui triginta Hercules numerent, quorum omnium res gestas Argivo, Alcmenæ filio, sui Græci accommodarunt.

[d] *Macedonum*] Vel fallebat Alexander, vel fallebatur. Si enim Macedonum Reges erant ab Hercule Argivo oriundi, ut prædicabant; certe nihil ad Tyrium pertinuere, qui, teste etiam Arriano, multis ante sæculis vixit quam Cadmus Thebas in Bœotia condidisset. Atqui multo post Thebas conditas natum ex Alcmena Herculem inter omnes constat.

Q. Curt. *pag.* 232.

HERCULES TYRIUS,

Ex Seguino p. 164.

pag. 245.

APOLLINIS TYRII MEMORIA,

Ex Nummo Caracallæ ap. Vaillant Tom. II. de Coloniis.

in ea sede, quam Palætyron[e] ipsi vocent: ibi regem Deo sacrum rite facturum.' 5. Non tenuit iram Alexander, cujus alioquin potens non erat.[a] Itaque 'Vos quidem,' inquit, 'fiducia loci, quod insulam incolitis, pedestrem hunc exercitum spernitis, sed brevi ostendam, in continenti vos esse: proinde sciatis licet, aut intraturum me urbem, aut oppugnaturum.' 6. Cum hoc responso demissos monere amici cœperunt, 'ut regem, quem Syria, quem Phœnice recepisset, ipsi quoque urbem intrare paterentur.' 7. At illi, loco satis fisi, obsidionem ferre decreverunt. Namque urbem a continenti quatuor stadiorum fretum dividit, Africo[f] maxime objectum; crebros ex alto fluctus in littus evolvit; 8. nec accipiendo operi, quo Macedones continenti insulam jungere parabant, quicquam magis, quam ille ventus obstabat,[b] quippe vix leni et tranquillo mari moles agi possunt; Africus vero prima quæque congesta pulsu illisa maris subruit:[c] nec ulla tam firma moles est, quam non

[a] *Non potuit iram comprimere, cui alioqui valde obnoxius erat.*
[b] *Nulla res magis obstabat moli in mare faciendæ.*
[c] *Quæcumque primum injecta sunt, impulsu fluctuum concussa in mare dejicit.*

eam sedem; Mer. *ea sedem*; Bong. Leid. Florent. et Voss. 1. 2. *ea sede*, quod reposuit Schmieder. Pal. 1. *Palcyron*; Leid. *Palletyron*; Voss. 1. *Paletyron*; Voss. 2. *Paletiron*. 'Pro vulg. *vocant* cum novem codd. (Fauch. Bong. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. 2.) scripsi *vocent*.' Schmieder. Dan. omittit *rite facturum*, quod ab al. m. suppletur.—5 Dan. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *Alexander*. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. et Bas. *alioqui*. Voss. 2. *inquit quidem*; Pith. omittit *inquit*. Mer. *sciatis me licet*.—6 Dan. Bong. Florent. et Leid. *demissos*; Voss. 1. *demissis*. Dan. Florent. Leid. Bong. et Voss. 1. 2. omittunt *amici*. Florent. Leid. et Voss. 1. *Phœnicæ*; Voss. 2. *Fenice*; Col. Mer. et Bas. *Phœnix*. Col. Bas. et Frob. omittunt *urbem*.—7 Pal. 1. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *ferre decreverant*. Mox Voss. 2. *Africus*; Mer. *Aphrico*, et sic deinceps. Voss. 2. *maxime ejectum*. Vulgg. *in littus evolvens*. *Nec*, &c. 'Ego ex plurimis scriptis (Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong.) scripsi *evolvit*, atque interpunctionem emendavi. Cetera ipsa ferme verba ex Virg. Æn. 1. 86. mutuatus est Curtius.' *Schmieder*. Lugd. et Amst. etiam *evolvit*.—8 Pro *accipiendo* Heinsius mavult *occipiendo*, legi tamen jussit *auspicando*. Leid. 1. *quem ille ventus*. Pal. 1. *vix levi et t. maris*. Fauch. *comesta* pro *congesta*. 'Pro *pulsu illisa mari*, suffragante Pal.

NOTÆ

[e] *Palætyron*] Παλαίτυρος, *antiqua Tyrus*, in continenti fuit, triginta stadiis a nova distans.

[f] *Africo*] Qui apud Græcos Λίψ, idem Latinis *Africus* appellatur, quod ab Occasu hyberno Italis ex Africa spiret. Nostri nautæ in Oceano *Sud-ouest* vocitant.

exedant undæ per nexus operum manantes; et ubi acrior flatus existit, summi operis fastigio superfusæ. 9. Præter hanc difficultatem haud minor alia erat; muros turresque urbis prælatum mare ambiebat:[d] non tormenta, nisi e navibus procul excussa, mitti; non scalæ mœnibus applicari poterant: præceps in salum murus pedestre interceperat iter:[e] naves nec habebat rex; et, si admovisset, pendentes et instabiles missilibus arceri poterant.[f] 10. Inter quæ parva dictu res Tyriorum fiduciam accendit. Carthaginensium legati ad celebrandum anniversarium sacrum more patrio tunc venerant: quippe Carthaginem[g] Tyrii condi-

[d] *Quam non alluvione deterat aqua inter junctura operum se insinuans; immo, quando ventus validior est, supra ipsius molis cacumen assurgens.*

[e] *Muri in mare usque procurrentes peditibus intercluserunt iter.*

[f] *Quamvis naves appulisset ad muros, poterant telis repelli, utpote instabiles et suspensæ fluctibus.*

1. et Scheffero dedi: *pulsu illisa maris.*' Schmieder. Freinsh. malebat: *pulsu illisi maris obruit.* Voss. 2. omittit *est* post *moles.* Ald. Col. Bas. Frob. *excidant;* Mer. *excedant.* Florent. Voss. Leid. Mer. Amst. et Lugd. *et per enixus;* Bong. et Col. *per enixus.* Voss. 2. *manentes.* Ald. *acrior status;* Fauch. et Bong. *acrior fluctus.* 'Cum octo codd. (Florent. Leid. Voss. 1. 2. Fauch. et Bong. 1. 2.) malui *existit* quam vulg. *extitit.*' Schmieder.—9 Schmieder. conj. *prælatos.* Cf. Arrian. I. 21. 5. Theocr. *ambibat.* Vide Not. Var. Gronov. Obss. II. 8. legit: *non tormento, nisi e n. procul, excussa mitti.* '*mitti* pro vulg. *emitti* cum sex codd. (Leid. Florent. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2.) scripsi.' *Schmieder.* Pith. *omitti.* Pal. 1. *præceps in saltum.* Leid. et Voss. 1. *intercæperat.* Mer. *si admonuisset.*—10 Multæ edd. vett. *haud parva,* et ita Theocr. *aut parva* Pal. 1. negationem delevit Freinshemius. Leid. 1. *dicto* pro *dictu.* Dan. Put. Pith. Florent. Fauch. Bong. 2. et Frob. *Carthaginiensium,* probante Cunzio; Leid. et Voss. 1. *Chartaginensium.* Voss. 1. Lugd.

NOTÆ

[g] *Carthaginem*] Ita quidem auctores omnes qui de Carthagine ac Didone scripserunt. Sed de tempore mira est in historia varietas opinionum, quæ ex eo videtur orta, inquit Petavius, quod urbs ista paulatim ac per partes exstructa et amplificata fuerit. Illud vulgo probabilius, Didonem anno Pygmalionis septimo in Africam migrasse, ibique arcem nomine 'Boeram' condidisse; ex qua Græci Byrsam fecere, accommodata etiam fabula. Postea 'Carthada,' hoc est, auctore Solino, 'Urbs nova' dici cœpta est: inde Carthago. Septimus Pygmalionis annus Petavio numeratur ab excidio Trojano 296. ab initiis Templi Salomonici 122. cum octo mensibus; ante primam Olymp. 114. ante Romam 137. ante Christum 890. Condita fuit in ea Africæ parte, quæ hodie regnum Tunetanum est, non procul *Goleta* oppido. *Sacrum*] Vel Astarthes, Tyriorum Deæ, vel certe Herculis.

derunt, semper parentum loco culti.[g] 11. Hortari ergo Pœni[h] cœperunt, 'ut obsidionem forti animo paterentur; brevi Carthagine auxilia ventura:' namque ea tempestate magna ex parte Punicis classibus maria obsidebantur. 12. Igitur bello decreto, per muros turresque tormenta disponunt: arma junioribus dividunt: opifices [que], quorum copia urbs abundabat, in officinas distribuunt. Omnia belli apparatu strepunt: ferreæ quoque manus, ('Harpagonas'[i] vocant,) quas operibus hostium injicerent, corvique[j] et alia, tuendis urbibus excogitata, præparabantur. 13. Sed cum fornacibus ferrum, quod excudi oportebat,[k] impositum esset, admotisque follibus ignem flatu accenderent; 'sanguinis rivi sub ipsis flammis extitisse' dicuntur, idque omen in Macedonum[k] metum verterunt Tyrii.' 14. Apud Macedonas quoque, cum forte panem quidam militum fran-

[g] *Et quasi parentes honorati sunt ab illis.*
[k] *Ex quo arma fabricari opus erat.*
[i] *Id prodigium in Macedonum perniciem interpretati sunt.*

et Amst. *sacrum anniversarium.*—11 Leid. 1. *mori* pro *maria.*—12 Leid. Florent. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. omittunt *que* post *opifices.* Pal. 1. *habundabat.* Mox Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *arpagonas.* Pal. 1. *quos.* Voss. 1. et Bong. *inicerent.* Ald. *corvi et alia.*—13 Voss. 2. *accenderint.* Leid. 1. *verterant Tyrii;* Voss. 2. *verterunt Thirii;* Ald. *v. Tyri.*—14 Vulgg. *frangeret;*

NOTÆ

[h] *Pœni*] Ex Phœnicibus dicti sunt 'Pœni,' detracta aspiratione; ut ex φοῖνιξ, *purpura:* tum ex 'Pœnis' ductum nomen 'Punicus, a, um,' usitata Latinis mutatione *o* in *u*, quemadmodum ex 'pœna' 'punio:' ex 'mœnia' 'munio.'

[i] *Harpagonas*] Harpagones vocatos ait Livius lib. XXXIX. 'asseres ferreo unco præfixos, qui navibus corripiendis injiciebantur, catenis suspensi.' Ceterum 'ferreas manus' ab harpagonibus diversas fuisse, diversosque habuisse inventores docet Plinius lib. VII.

[j] *Corvique*] Et hoc aliud quoddam fuit non absimile instrumentum, quod implicandis navigiis, lacerandis, attrahendisque repente hostium militibus, machinarum ope excutiebatur, celeriterque retrahebatur. Longe diversum ab isto fuit genus illud corvorum, quod a C. Duillio adversus Pœnos excogitatum Polybius describit lib. I. Ab utrisque vero non minus differt, quem Vitruvius 'demolitorem corvum,' alii 'gruem' appellant.

[k] *In Macedonum*] Sic nempe interpretati, quasi Macedonibus plurimum sanguinis profundendum esset in ea obsidione.

gerent, manantis sanguinis guttas notaverunt: territoque rege, Aristander peritissimus vatum, 'si extrinsecus cruor fluxisset, Macedonibus id triste futurum' ait: 'contra, cum ab interiore parte manaverit, urbi, quam obsidere destinassent, exitium portendere.' 15. Alexander, cum et classem procul haberet, et longam obsidionem magno sibi ad cetera impedimento videret fore; caduceatores, qui ad pacem eos compellerent, misit: quos Tyrii contra jus gentium occisos præcipitaverunt in altum: atque ille, suorum tam indigna nece commotus, urbem obsidere statuit. 16. Sed ante jacienda moles erat, quæ urbem continenti committeret. Ingens ergo animos militum desperatio incessit, [cernentium] 'profundum mare, quod vix divina ope posset impleri: quæ saxa tam vasta, quas tam proceras arbores posse reperiri?' [1] exhauriendas esse regiones, ut illud spatium aggeraretur: *j* et exæstuare semper fretum, quoque arctius volutetur [k] inter insulam et continentem, hoc acrius furere.' 17. At ille haudquaquam rudis tractandi militares animos, 'speciem sibi Herculis in somno oblatam

j *Aggere implerctur.* *k* *Et quo angustiore spatio volvitur.*

Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *frangerent*, quod reposuit Schmieder. Voss. 2. *peritus vatum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *respondit.* Voss. 2. *manibus* pro *Macedonibus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Ald. *futurum ait.* 'Cum melioribus codd. vocem *respondit* omisi, et *ait* addidi post *futurum.*' Schmieder. Dan. *cum ex interiore;* Lugd. et Amst. *cum interiore,* omisso *ab.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Pal. 1. *manaverat.* Theocr. et Voss. 2. *destinasset.* Bas. *exitum portendere.*—15 Modius et Heum. maluerunt: *itaque ille suorum, &c.* Voss. 2. omittit *tam* ante *indigna;* Florent. Leid. Ald. Col. Bas. et Mer. *jam indigna,* probante Schmiedero. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *morte* pro *nece.*—16 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *continenti urbem.* Florent. Leid. et Voss. 1. *disperatio;* Bong. 1. *disperatio incensit,* superscripto *e;* Pith. *incendit desperatio.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *cernentibus p. mare.* Mox Pith. *et hauriendas;* Leid. *exauriendas.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Theocr. *exaggeraretur.* Voss. 2. Pith. et Mer. *et æstuare;* Bong. 2. Fauch. Florent. Leid. Voss. 1. et Theocr. *exæstuare;* Bong. 1. *æstuare,* omisso *et.* Voss. 2. *acrius fluere.*—17 Leid. Florent. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. 1. *pertractandi.* Dan. et Pith. *in somnio.*

NOTÆ

[1] *Posse reperiri*] Hoc atque similibus locis quæ sæpe occurrunt, ubi per infinita verba fit interrogatio, subaudiendum 'putarent,' vel *quid* simile; quomodo etiam Gallice dicimus, *où trouver, &c.*

esse' pronuntiat, 'dextram porrigentis: illo duce, illo aperiente, in urbem intrare se visum.' Inter hæc, 'caduceatores interfectos, gentium jura violata,' referebat: 'unam esse urbem, quæ cursum victoris morari ausa esset.' 18. Ducibus deinde negotium datur, 'ut suos quisque castiget:'[l] satisque omnibus stimulatis, opus orsus est.[m] Magna vis saxorum ad manum erat, Tyro vetere[n] præbente: materies ex Libano[o] monte ratibus et turribus faciendis vehebatur. 19. Jamque a fundo maris in altitudinem modicam[p] opus excreverat,[q] nondum tamen aquæ fastigium æquabat; et, quo longius moles agebatur a littore, hoc magis, quicquid ingerebatur, prærultum absorbebat mare: 20. cum Tyrii, parvis navigiis admotis, per ludibrium exprobrabant, 'illos armis inclytos dorso, sicut jumenta, onera gestare:'

[l] *Milites suos singuli verbis reprehendant.*
[m] *Antiquæ Tyri ruinis suppeditantibus.*
[n] *Instar montis moles assurgebat.*

Mox Heinsius conj. *illo duce ita aperiente.* Dan. omittit: *intrare, &c.* usque ad verba: *quæ cursum;* supplentur tamen ad marginem ab eadem manu. Deinde Amst. Lugd. et al. *g. jure violato;* Voss. 2. *violatum jus gentium.*—18 Pal. 1. *satisque o. famulatis.* Mox Lugd. Amst. et al. omittunt *præbente.* Vide Not. Var. Pro *ratibus* Rad. et Heins. conj. *cratibus.* Pro *vehebatur* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *advehebatur.*—19 *Jamque fundo* Col. et Frob. *Eamque a fundo* Pal. 1. *modicam* pro Vulg. *montis* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. quod habet etiam Theocr. et reposuit Schmieder. Florent. Leid. Voss. 2. et Dan. *opus creverat.* Pal. *æquabatur,* probante Scheffero. Tum Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. et Mer. omittunt: *et quo, &c.* usque ad verba: *cum Tyrii;* sed eadem inserunt post *ab opere converterant.* Pal. 1. omittit *prærultum mare.* Bong. 1. *absordebat.*—20 Pal. 1. et Theocr.

NOTÆ

[m] *Orsus est*] Non jussu solum sed exemplo præiens militibus cophinum terra plenum primus gestavit. Polyænus lib. IV. *Tyro vetere*] Palætyro, de qua cap. 2.

[n] *Ex Libano*] Errat Curtius, nisi pro Libano Antilibanum intelligat, qui, supra Sidonem incipiens, ad Iturææam usque protenditur; cum Libanus prope Tripolim sese attollat et, in Orientem productus, tota Cœle-Syriæ latitudine distet ab Antilibano.

[o] *Modicam* [*montis*] Id forte addit Curtius ut ostendat, quod et supra dixerat, et hic etiam repetit, prærultum mare extitisse. Sed, utrum citra hyperbolen, ipse viderit. Certe Arrianus non nisi tres orgyias, qua profundissimum est, tribuit; ὀργυιὰν autem Herodotus sex pedibus, sive, quod idem est, quatuor cubitis metitur; Plinius decem pedibus. Ita ad summum altitudo fuerit triginta pedum. Sed quid hoc ad montis altitudinem?

interrogabant etiam, 'num major Neptuno[p] esset Alexander:' hæc ipsa insectatio alacritatem militum accendit. 21. Jamque paululum moles aquam[q] eminebat, et simul aggeris latitudo crescebat urbique[r] admovebatur, cum Tyrii magnitudine molis, cujus incrementum eos ante fefellerat,[o] conspecta, levibus navigiis nondum commissum opus circumire cœperunt: missilibus eos quoque, qui pro opere stabant, incessere.[p] 22. Multis ergo impune vulneratis, cum et removere et appellere scaphas in expedito esset;[q] ad curam semet ipsos tuendi ab opere converterant.[r] 23. Igitur rex 'munientibus coria velaque' jussit 'obtendi; ut extra teli ictum[s] essent:' duasque turres ex capite molis

[o] *Cujus incrementa non adverterant.*

[p] *Nondum satis cohærentem aggerem circumire cœperunt, ac telis appetere milites in mole positos.*

[q] *Cum facile esset Tyriis et applicare navigia ad molem, et ea reducere.*

[r] *Illos coëgerant omisso labore ad curam tuendi sese converti.*

portare pro *gestare.* Voss. 2. *inter. num*, omisso *etiam.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Alexander esset.*—21 Florent. et Leid. omittunt *paululum.* Dan. *aqua*, sed correctum a manu diversa *aquam*; Leid. Florent. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *aqua*; Pith. Theocr. Fauch. Mer. Venett. et Veron. *aquæ.* Voss. 2. *eminebant*; Bong. 1. et Theocr. *imminebat.* Pith. *ubique* pro *urbique.* Leid. Florent. et Voss. 1. *admovebantur.* Ald. Col. Mer. Frob. et Bas. *tum Tyrii.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *magnitudinem.* Florent. Leid. et Bong. *antea fefellerat.* Leid. et Voss. *milibus* pro *missilibus.* Fauch. *quoque eos.* Pal. 1. *invasere*; Col. *incessère.*—22 Bong. 1. *et cum removere et appellare.* Vulg. *in expedito non esset.* Theocr. *se converterant*; Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *converterunt*, et inserunt: *et quo long.* verba supra omissa. 23 *Igitur ex jumentis* Ed. pr. Venett. Mediol. Veron. Ald. Colin. Gryph. ceteræ vett. *ex eminentibus* Pal. 1. et Voss. 2. *ex munientibus* Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. *ex muneribus* Bong. Lectio nostra est ex emend. Gronovii; eamque exhibent Freinsh. Cellar. Pitisc. Barb. et recentt. Pith. omittit: *ut extra teli*; pro *teli* Voss. 1. habet *teri.* Ed. pr. Venett. Rom.

NOTÆ

[p] *Neptuno*] An potentior esset Neptuno, quem opposita mole coërcère se posse confideret?

[q] *Aquam*] Rara locutio, atque haud scio an corrupte sic legatur, detracta præpositione; alii legunt *aquæ*, non minus vitiose: alii *aqua*, quod facilius probaverim.

[r] *Urbique*] Suspicatur Gronovius scriptum a Curtio *urbsque admovebatur*, quomodo Plinius dixit: 'Maria sulcamus terrasque admovemus;' quod ea, quibus appropinquamus, admoveri nobis quoque dicantur. Ingeniosa conjectura, nec ab elegantia Curtiana abhorrens; ceterum hoc quidem loco non necessaria.

[s] *Ictum*] Sunt qui *jactum* scribant, quod, etsi non multum discrepare videtur, discrepat tamen plurimum. 'Extra teli jactum,' esse dicuntur, ad quos propter distantiam pertingere

erexit,[a] e quibus in subeuntes scaphas tela ingeri possent. 24. Contra Tyrii navigia procul a conspectu hostium littori appellunt, expositisque militibus, eos, qui saxa gestabant, obtruncant. In Libano quoque Arabum[t] agrestes, incompositos Macedonas aggressi, triginta fere interficiunt, paucioribus captis.

III. 1. Ea res Alexandrum dividere copias coëgit: et, ne segniter assidere uni urbi videretur,[a] operi Perdiccam Craterumque præfecit; ipse cum expedita manu Arabiam petiit. 2. Inter hæc[a] Tyrii navem[b] magnitudine eximia, saxis arenaque a puppi oneratam, ita ut multum prora emineret, bitumine ac sulphure illitam remis concitaverunt; et cum magnam vim venti vela quoque concepissent, celeriter ad molem successit:[b] 3. tunc prora ejus accensa, remiges desiliere in scaphas, quæ ad hoc ipsum præparatæ seque-

[a] *In fronte aggeris extruxit.*
[a] *Ne otiose ad unius urbis obsidionem morari videretur.*
[b] *Cum vela etiam valido vento inflata essent, velociter ad aggerem appulit.*

Mediol. Vet. 1474. Veron. Ald. Colin. Gryph. &c. *jactum;* Dan. *jam tum*, et correctum a m. sec. *jactum;* Freinsh. Cellar. Maitt. Tell. Pitisc. et recentt. *ictum.*—24 Pith. *littori apponunt.* Paulo post, Florent. Leid. et Voss. 1. *Macedonas adhortari;* Voss. 2. Bong. Lugd. et Amst. *M. adorti.*

1 Hunc locum Heum. ita legendum atque distinguendum putat: *coëgit, ne....videretur. Operi, &c.* Vide Not. Var. Florent. Leid. et Voss. 1. *Perdicam;* Col. *Perdicam.* Iidem codd. cum Voss. 2. Bas. Mer. Frob. Lugd. et Amst. *Crateronque.* Pal. 1. *perfecit.*—2 Leid. et Voss. 1. *saxis harenaque puppi;* Ald. Frob. Col. Lugd. et Amst. *s. harena a puppi.* Voss. 1. *sulphuræ.* Mox Modio et Heum. placuit: *remis concitaverunt. Ea, &c.*—3 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *tum prora.* Pal. 1. *succensa.* Leid. Voss. 1. 2. Pith. Bong. 2. Lugd. et Amst. *desiluere;* Fauch. *dissiluere.* Mox Florent. et Bong. 2. *posi-*

NOTÆ

jacta tela nequeunt; 'extra ictum,' qui, quamvis intra jactum positi sint, ab ictu tamen defenduntur, seu muro, sive objectis velis, coriis, &c. ut hic factum est.

[t] *Arabum*] Etsi Antilibani pars illa, quæ Sidonem et Tyrum spectat, satis longo intervallo a vera distat Arabia, tamen Arabum latronum receptacula habuit, in quos ducens Alexander propterea dicitur Arabiam petisse.

[a] *Inter hæc*] Arrianus tamen prius incensa opera eversamque molem significat, quam Alexander in Arabes excurreret; eoque profectum interea, dum novæ machinæ conficiuntur, et naves instruuntur, undecim dies in ea expeditione posuisse.

[b] *Navem*] Hujus incendiariæ navis apparatum, sparsique ejus ope incendii modum accuratius describit Arrianus lib. II. qui ἐπαγωγὸν, hoc est, navim vehendis equis destinatam fuisse affirmat. Græcis quoque ἐπαγὸς,

bantur: navis autem igne concepto latius fundere incendium cœpit: quod priusquam posset occurri, turres et cetera opera in capite molis posita comprehendit. 4. At, qui desilierant in parva navigia, faces et quicquid alendo igni aptum erat in eadem opera ingerunt. Jamque non modo Macedonum turres, sed etiam summa tabulata conceperant ignem; cum ii, qui in turribus erant, partim hauriuntur[c] incendio, partim armis omissis, in mare semet ipsi immitterent. 5. At Tyrii, qui capere eos, quam interficere mallent, natantium manus stipitibus saxisque lacerabant, donec debilitati impune navigiis excipi possent. 6. Nec incendio solum opera consumta; sed forte eodem die vehementior ventus motum ex profundo mare illisit in molem,[d] crebrisque fluctibus compages operis verberatæ se laxavere,[e] saxaque interluens unda medium opus rupit. 7. Prorutis igitur lapidum cumulis, quibus injecta terra sustinebatur, præceps in profundum ruit: tantæque molis vix ulla vestigia invenit Arabia rediens Alexander. Hic, quod in adversis rebus solet fieri, alius in alium culpam

[c] *Flammis absorberentur.*
[d] *Mare a fundo usque commotum impulit in aggerem.*

---

ta comprendit.—4 *At hi qui* Bong. *Ad qui* Voss. 1. *desiluerant* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. Fauch. Bong. 2. Theocr. Lugd. et Amst. Vide Heins. ad Ovid. Fast. IV. 805. *aptum* quasi ineptum expungit Modius. Pro *cum ii*, Voss. 1. 2. et Florent. *hii*; Mer. *hi*. Pal. 1. *semet ipsos.*—5 Florent. et Dan. omittunt *mallent*, quod Dan. tamen habet in marg. Leid. 1. *malebant*, pro quo Col. quam Schragius vidit, exhibet *voluerunt*. Pal. 1. *donec indebilitati.*—6 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ed. pr. Venett. Mediol. Veron. Mer. Col. Bas. et Frob. *totum* pro *motum*. Voss. 2. *ex fundo*; Ed. pr. Venett. Mediol. Rom. Veron. Mer. et Col. *ex profundo maris*. Pal. 1. *operis ubertate*; Bas. *operis verberare*; Florent. Leid. et Voss. 1. *o. verberatæ laxavere*, omisso *se*; et sic Bong. Mer. Col. Lugd. et Amst. *interfluens* Theocr. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Venett. Veron. Ald. et Maitt.—7 *Proruptis igitur* Voss. 1. 2. Theocr. Pal. 1. et Ald. *cumulis lapidum* Voss. 2. *præceps* deest in Pith. In eodem desunt: *tantæque m. v. u. v. i. A. r. A.* Multæ edd. vett. *ab Arabia*; Fauch. et Ald. *rediens Arabia*. Mer. *Hoc, quod, &c.* Col. quam

NOTÆ

Plinio *hippagus* appellatur.

[c] *Se laxavere*] Frustra est Modius, qui, sublato *se*, voluit absolute legendum *laxavere*. Ut enim posteriorisusus exempla non desunt, ita priorisfrequentiora sunt, tum alibi, tum apud Curtium.

referebat; cum omnes verius de sævitia maris queri possent. 8. Rex novi operis molem orsus, in adversum ventum non latere,[d] sed recta fronte direxit;[e] ea cetera opera, velut sub ipsa latentia, tuebatur: latitudinem quoque aggeri adjecit, ut turres in medio erectæ procul teli jactu[e] abessent. 9. Totas autem arbores cum ingentibus ramis in altum jaciebant; deinde saxis onerabant; rursus cumulo eorum alias arbores injiciebant: tum humus aggerebatur; superque alia strue saxorum arborumque cumulata, velut quodam nexu continens opus junxerant.[f] Nec Tyrii, quicquid ad impediendam molem excogitari poterat, segniter exequebantur. 10. Præcipuum auxilium erat, qui procul hostium conspectu subibant aquam,[g] occultoque lapsu ad molem usque penetrabant; falcibus palmites arborum eminentium ad se trahentes: quæ ubi secutæ erant, pleraque secum in profundum dabant;[h] tum levatos onere stipites truncosque arborum haud ægre moliebantur:[i] deinde totum opus, quod stipitibus fuerat innixum, fundamento lapso sequebatur. 11. Ægro animi

[e] *Novæ formæ aggerem extruere aggressus, ejus frontem, non latus, adverso Africo opposuit.*
[f] *Totam molem quasi aliquo vinculo colligatam coagmentaverant.*
[g] *Præcipue proderant qui procul, &c. et occulta natatione ad aggerem subibant.*
[h] *In altum mare trahebant.* [i] *Non difficile dejiciebant.*

Schrag. vidit, omittit *fieri*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. *referebant*.—8 Pal. 1. *non operis*. 'Pro vulg. *quod cetera o. v. s. ipso, &c.* dedi cum plerisque codd. (Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst.) *ea cetera....ipsa*.' Schmieder. Voss. 2. etiam *ipsa*. Pal. 1. *tuebantur*. Lugd. Amst. et al. *in medium*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *excitatæ* pro *erectæ*. Florent. Leid. et Voss. 1. *ictu* pro *jactu*.—9 Florent. Leid. Lugd. et Amst. *rursusque*. Florent. Leid. Voss. 1. et multæ edd. vett. *super quæ*. Pro *alia* Pal. 1. *alta*. Voss. 1. *strues*. Fauch. *excogitare poterant*. —10 'Cum Heum. malo *erant*.' Schmieder. Pal. 1. *quia procul*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Put. Pith. et Fauch. *aqua*. Pal. 1. *occulto lapsu*, omisso τῷ *que*. Fauch. omittit *eminentiam*. Voss. 1. *ponere stipites*. Voss. 2. *fun-*

NOTÆ

[d] *Non latere*] Prior moles, quod a littore urbem versus recta duceretur, latus habebat Africo objectum: nova oblique procurrens eidem vento frontem opposuit.

[e] *Jactu*] Ita legendum, non, ut quidam habent, *ictu*; eo enim pertinet aggeri addita latitudo, ut ad turres in medio erectas missilia pervenire non possent.

Alexandro, et utrum perseveraret, an abiret, satis incerto, classis [f] Cypro advenit: eodemque tempore [g] Cleander cum Græcis militibus in Asiam nuper advectus. Centum et octoginta [h] navium classem in duo dividit cornua; lævum Pnytagoras, rex Cypriorum, cum Cratero tuebatur; Alexandrum in dextro quinqueremis regia vehebat. 12. Nec Tyrii, quanquam classem habebant, ausi navale inire certamen, tres omnino naves ante ipsa mœnia opposuerunt: quibus [i] rex invectus ipsas demersit. 13. Postera die classe ad mœnia admota; undique tormentis, et maxime arietum pulsu, muros quatit: quos Tyrii raptim obstructis saxis *j*

j Festinanter compositis lapidibus.

damento lasso.—11 Pro *et utrum* Leid. Dan. Mer. et Voss. 2. *ne;* Dan. et Mer. in marg. *nec;* et sic Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst.; Pal. 1. *utrumne.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. *satis certo.* Bong. 1. *Alexander* pro *Cleander.* Voss. 2. Bong. Lugd. et Amst. *advectis;* Pal. 1. et Mer. *adductis.* Vide Not. Var. Mox Voss. 2. *Centum nonaginta navigium;* Florent. Leid. et Voss. *CXC. navigium;* Bong. *XC. navigium;* Dan. etiam *navigium;* Lugd. et Amst. *XC. navium.* Heinsius legit: *Centum et octoginta navigia.* Leid. Florent. Voss. 1. 2. Pal. 1. Mer. et Col. omittunt *classem.* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. et Dan. *Pythagoras;* Pith. *Pictagoras;* Voss. 2. *Pittagoras;* Lugd. *Pnythagoras.*—12 Voss. 2. *triremes omnino ante;* Florent. Leid. et Voss. 1. *tris omnino ante;* Pal. 1. *tres omnino ante;* ed. Col. quam Schrag. vidit, Lugd. et Amst. *tres omnino naves ante,* quod cum Modio non dubitavit scribere Schmieder. Ed. pr. Venett. Mediol. Veron. et vulgg. *triremes omnes ante, &c.* Voss. 1. *apposuerunt: q. r. i. ipsa demersit.* 'Aliis placuit Freinshemii conjectura, qui, reliquis intactis, legit: *tribus rex invectus,*' &c. Schmieder. 'Forte: *quibus r. i. dissipatas depressit.*' Heins.—13 Idem Heinsius conj. *arietum impulsu.* Pal. 1. *muros quatiunt.* Heinsius conj. *minisse orsi;* Elz. omittit *undique,* quod probat Modius, et uncis includit Bothe.—

NOTÆ

[f] *Classis*] Hujus tamen adventus ab Arriano prius refertur expeditione Alexandri in Arabiam.

[g] *Eodem temp.*] Jam reverso ex Arabia novum hoc supplementum a Cleandro adductum indicat Arrianus, apud quem corrupte 'Alexander' pro 'Cleandro' legitur. Is ipse est Cleander, quem initio libri tertii ad conducendum ex Peloponneso militem fuisse missum vidimus.

[h] *Centum et octoginta*] Apud Arrianum major initur numerus. Ait quippe fuisse naves Cyprias centum viginti, Phœnicum octoginta, Rhodiorum decem, totidem Lydiorum, ex Solis et Mallo tres, ex Macedonia unam quinquaginta remorum.

[i] *Quibus* [*tribus*] Omnes quidem naves ante mœnia vel potius in ipso portus aditu collocatæ sunt a Tyriis: non omnes tamen, sed solæ tres, quæ in extremis faucibus hæserant, ab Alexandro sunt demersæ, ut scribit Arrianus. Certe infra ab ipso Curtio memoratur navale Tyriorum certamen. Quare, quod hic vulgo legebatur, *quibus,* ita ut ad omnes naves re-

refecerunt; interiorem quoque murum, ut si prior fefellisset,[a] illo se tuerentur, undique orsi. 14. Sed undique vis mali urgebat; moles intra teli jactum erat;[l] classis mœnia circumibat: terrestri simul navalique clade obruebantur. Quippe binas[j] quadriremes Macedones inter se ita junxerant, ut proræ cohærerent; puppes intervallo, quantum capere possent, distarent:[m] 15. hoc puppium intervallum antennis asseribusque validis deligatis, superque eos pontibus stratis, qui militem sustinerent, impleverant: sic instructas quadriremes ad urbem agebant: inde missilia in propugnantes ingerebantur tuto,[n] quia proris[k] miles tegebatur. 16. Media nox erat, cum classem, sicuti dictum est, paratam, 'circumire muros' jubet: jamque naves urbi undique admovebantur, et Tyrii desperatione torpebant; cum subito spissæ nubes intendere se cœlo,[o] et quicquid lucis internitebat, effusa caligine extinctum est. 17. Tum

[a] *Si exterior dejectus esset.* [l] *Minus teli jactu a muris aberat.*
[m] *Puppes eo spatio ab invicem remotæ essent, quod inter eas esse poterat.*
[n] *Tela conjiciebantur tuto in Tyrios.* [o] *Densa nubila obduxere cœlum.*

14 Voss. 1. *terii jactum.* Leid. *mœnia circumibant classi.* Mox Voss. 2. *inter se Macedones.* Pal. 1. *ita conjunxerant.* Membranæ Modii: *quantum militum capere poterant.* Ed. pr. Venett. Mediol. Veron. Rom. vulgg. et omnes fere codd. *capere poterant.* Schmieder ex Theocr. solus recepit *possent.*—15 Voss. 1. Bong. 1. Frob. et Fauch. *antemnis;* Bong. 1. *amtennis.* Voss. 1. et Leid. *delegatis,* et sic Dan. sed correctum *deligatis.* Dan. *sic instructa;* Lugd. Amst. aliæque vett. post Modium: *sic instructas remis.* Pal. 1. *milites tegebantur.*—16 Fauch. *peractum* pro *paratam.* Ed. pr. Venett. Mediol. Veron. Rom. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. Freinsh. Cellar. Pitisc. Maitt. Tell. Bip. Cunz. et Both. *circuire,* vel *circumire urbem.* 'Ex pluribus codd. (Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong.) *circumire muros* restitui.' Schmieder. Hoc exhibent etiam Mod. et Barb. *jamque navis* Dan. Florent. et Voss. 1. *jamque naves undique muris admov. et T. d. torquebantur* Voss. 2. omisso τῷ *urbi.* Leid. *sue cœlo.* Pro *effusa* Gronov. legit *offusa.*—17 Voss. 2. *Tunc i.*

NOTÆ

ferendum videretur, optime mutavit Freinshemius, pro *quibus* reponens *tribus.*

[j] *Binas*] Non duas solum, sed plures junctis frontibus binas ita junxerunt, ut ambarum quidem proræ cohærerent, puppes vero tanto distarent intervallo quantum satis erat, ut alligati hinc inde ad utramque puppim asseres atque antennæ imposita pontium ac militum onera ferre possent.

[k] *Proris*] Proræ quippe vel suapte forma, vel militum pondere in puppes incumbentium, ita erant erectæ, ut Macedonibus muralis instar loricæ forent.

inhorrescens[1] mare paulatim levari,[p] deinde acriori vento concitatum, fluctus ciere, et inter se navigia collidere. Jamque scindi cœperant vincula, quibus connexæ quadriremes erant, ruere tabulata, et cum ingenti fragore in profundum secum milites trahere: 18. neque enim conserta navigia ulla ope in turbido regi poterant: miles ministeria nautarum, remex militis officia turbabat: et, quod in hujusmodi casu accidit, periti ignaris parebant: quippe gubernatores,[m] alias imperare soliti, tum metu mortis jussa exequebantur. Tandem remis pertinacius everberatum mare, veluti eripientibus navigia classicis[n] cessit: appulsaque sunt littori, lacerata pleraque. 19. Iisdem diebus forte Carthaginensium legati triginta superveniunt, majus obsessis solatium, quam auxilium: quippe 'domestico[o] bello Pœnos impediri; nec de imperio, sed pro salute

[p] *Mare cum fremitu paulatim intumescere, &c.*

---

paullatim mare. Mer. *levare.* Multæ edd. vett. *deinde acrius;* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *d. acriore.* Pith. *fluctus eicere.* Pal. 1. *navigio collidere.* Mox Bong. *cœperunt;* Voss. 1. *cœpere.* Leid. 1. *ruere tabulata;* Col. Bas. Frob. Mer. et Ald. *ruereque tabulata.*—18 Amst. *conferta.* Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Bas. Argent. Mer. Col. Ald. Colin. Gryph. Freinsh. Cellar. Pitisc. Maitt. Tell. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both, *remiges m. o. turbabant.* 'Cum quinque codd. (Florent. Leid. Bong. et Voss. 1. 2.) malui *remex m. o. turbabat.*' Schmieder. Florent. Leid. et Voss. 1. *in ejusmodi casu.* Pal. *jussu exsequebantur.* Mox verba: *pleraque. Iisdem d. f. C. l. triginta,* desunt in edd. Lugd.—19 *Isdem forte diebus* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Carthaginiensium* Florent. Leid. et Voss. 1. *auxilium præbentis* Voss. 2. *auxilium allaturi* Ald. *auxilium præbituri* Leid. 1. *nunciare dimicabant*

NOTÆ

[1] *Tum inhorrescens*] Elegans inprimis atque graphica tempestatis descriptio, tantum non poëticis coloribus illuminata.

[m] *Gubernatores*] 'Gubernandi' verbum proprie ad navium rectores pertinet, factum videlicet a κυβερνάω, *navem rego.* Hic vero gubernatores, non ut alias, imperabant classiariis, sed militibus temere imperantibus parere, intentata morte, cogebantur.

[n] *Classicis*] Proprie 'classicos' appellat, non milites classiarios, hoc est, qui navibus impositi ad pugnam erant; sed nautas ipsos nautarumque adjutores remiges, quos illi socios vocitabant, *les gens de chiourme.* Classicorum porro nomen hominibus in re navali datum non facile alibi reperias.

[o] *Domestico*] Domesticum bellum vocat, non quod inter cives, sed quod in ipsorum Carthaginiensium finibus gereretur. *Pœnos*] Carthaginienses: supra, cap. 2.

dimicare' nuntiabant. 20. Syracusani[p] tunc Africam urebant; et haud procul Carthaginis muris locaverant castra. Non tamen defecere animis Tyrii, quanquam ab ingenti spe destituti erant; sed conjuges liberosque devehendos Carthaginem tradiderunt: fortius quicquid accideret laturi, si carissimam sui partem extra communis periculi sortem habuissent. 21. Cumque unus e civibus concioni indicasset; 'oblatam esse per somnum sibi speciem Apollinis,' quem eximia religione colerent, 'urbem deserentis, molemque a Macedonibus jactam in salo, in sylvestrem saltum esse mutatam;' 22. quanquam auctor levis erat,[q] tamen ad deteriora credenda proni metu, aurea catena devinxere simulacrum, aræque[q] Herculis, cujus numini urbem dicaverant, inseruere vinculum; quasi illo Deo Apollinem retenturi.[r] Syracusis[r] id simulacrum devexerant Pœni, et in

[q] *Etsi erat parum fide dignus qui id affirmabat.*
[r] *Quasi vellent hujus Dei ope Apollinem detinere.*

Bong. *nuntiabant* deest in Lugd. et Amst.—20 Florent. Leid. et Voss. 1. *tum Africam;* Voss. 1. *Africam*, et sic sæpe. Ald. et Elz. *Africam urgebant.* Pal. 1. *Carthaginis muro.* Heinsius conj. *defecere animi Tyrios.* Bong. *ab ingerati spe.* Voss. 2. *fortiter q. a. laturi.... extra sortem periculi;* Voss. 1. Leid. et Florent. *fortius.... extra sortem communis periculi.*—21 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *in concione;* Voss. 2. Ald. Frob. Elz. Bas. Col. et Lugd. *concione.* Voss. 1. *ablatam esse.* Pal. 1. et Voss. 2. *per somnium.* Voss. 2. *in solo jactam;* Florent. Leid. et Voss. 1. *in salo jactam.*—22 Pro *devinxere* Florent. *devixere;* alii *devincere.* Pal. 1. *dedicaverant.* Leid. 2. *Deum Apollinem;* Voss. 2. *Deo Apolline.* Florent. Voss. 1. 2. Theocr. et Bong. *retenturo.* Mox Voss. 2. et

NOTÆ

[p] *Syracusani*] Hallucinari videtur, ut alias sæpe, Curtius. Nusquam enim legas Syracusanos in Africa bellum gessisse, nisi cum, Agathocle duce eo appulsi, Carthagini summum terrorem intulere; sed id post annos demum 22. contigit, Olymp. 117, an. 3. cum Tyri obsidio in annum cadat Olymp. 112. primum. Fuerunt autem Syracusæ urbs, Siciliæ tunc temporis caput, in orientali ejus littore, non procul monte; hodie Sa-

[q] *Aræque*] Mirum forte cuipiam videatur cur aræ, non manni Herculis inseruerint vinculum. Docta, si modo vera est, Freinshemii ratio; simulacrum Herculis nullum Tyri fuisse. Nam nec Herodotus, inquit, in Templo Tyrio ullius statuæ mentionem facit; et in Gaditano, cujus idem numen, eadem erat religio, nullam fuisse docet Silius Italicus lib. III. 'Sed nulla effigies simulacrave nota Deorum.'

[r] *Syracusis*] Et hic necesse est [illegible] quidem Carthaginienses, at expugna-

majore locaverant patria: [s] multisque aliis spoliis urbium, a semet captarum, non Carthaginem magis, quam Tyrum ornaverant. 23. Sacrum quoque, quod quidem Diis minime cordi esse crediderim, multis sæculis intermissum repetendi auctores quidam erant, 'ut' ingenuus puer Saturno [t] immolaretur:' quod sacrilegium verius, quam sacrum, Carthaginenses a conditoribus traditum, usque ad excidium [u] urbis suæ fecisse dicuntur: ac nisi Seniores obstitissent, quorum consilio cuncta agebantur, humanitatem dira superstitio vicisset. 24. Ceterum, efficacior omni arte [imminens] necessitas non usitata modo præsidia, sed quædam etiam nova admovit.' Namque ad implicanda navigia, quæ muros subibant,[u] validis asseribus corvos et ferreas manus [cum uncis ac falcibus] illigaverant; ut, cum tormento as-

[s] *Quidam suadebant renovare sacrificium, quod, &c.*

[t] *Non modo consueta propugnationis adjumenta, sed etiam non usitata aliqua usurpare docuit.*

[u] *Ad corripiendas naves quæ muris appropinquabant.*

Mer. *ornaverunt.*—23 Theocr. Leid. Bong. Florent. et Mer. *quod equidem Diis.* Dan. *repetens*, et ab al. m. correctum *repetentes;* Florent. Leid. Voss. 2. et Mer. *repetentes.* Dan. Leid. et Voss. 1. *Carthaginienses;* Florent. *Carthaginiensis.* Pal. 1. *at nisi Seniores.*—24 *Ceterum efficacio* Voss. 1. *omni ratione* Theocr. *umani arte* Leid. *imminens* non habetur in Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. Vide Not. Var. Vulgg. *admonuit;* pro quo Florent. Theocr. Leid. Voss. 1. 2. et pleræque edd. *admovit*, quod recepit Schmieder. Mox Dan. et Pal. 1. omittunt: *corvos et ferreas manus;* Bong. Florent. Leid. et Voss. 2. etiam sequentia: *cum uncis ac falcibus.* Aliæ edd. habent: *corvos*

NOTÆ

rint nunquam; forte, quod ex suburbano aliquo Syracusanorum templo sublatum sit, id Syracusis advectum dixerit: sed verisimilius quod habet Diodorus, Gelois id simulacrum esse ereptum.

[s] *Majore patria*] Tyro, quam velut urbis suæ parentem agnoscebant, μητρόπολιν.

[t] *Saturno*] Hoc illud est impium sacrificii genus, quod non Carthaginienses modo a Tyriis acceptum coluere, sed ipsi quoque Israëlitæ per ad crudelitatem addito, ut suos liberos, ulnis candentibus Idoli Moloch (Saturnum fuisse quidam putant) impositos, immani cruciatu torrerent, obstrepentibus interea tympanis, ne miserorum infantium vagitu barbari parentes moverentur.

[u] *Ad excid.*] Nec ad excidium solum; nam restituta Carthagine eadem impietas repetita; quam Tiberius Imper. lege coërcuit. Ceterum humanis hostiis facere plurimarum, immo omnium prope gentium commune sacrilegium fuit, etsi non perinde omnibus frequentatum

seres promovissent, subito laxatis funibus injicerent.[v] 25. Unci quoque et falces ex iisdem asseribus dependentes, aut propugnatores, aut ipsa navigia lacerabant. Clypeos vero æreos multo igne torrebant, quos repletos fervida arena, cœnoque decocto, e muris subito devolvebant: 26. nec ulla pestis magis timebatur;[w] quippe ubi loricam corpusque fervens arena penetraverat, nec ulla vi excuti poterat, et quicquid attigerat, perurebat: jacientesque arma, laceratis omnibus quis protegi poterant, vulneribus inulti patebant: corvi vero et ferreæ manus tormentis emissæ plerosque rapiebant.

IV. 1. Hic rex fatigatus, statuerat soluta obsidione Ægyptum petere: quippe cum Asiam ingenti velocitate percurrisset, circa muros unius urbis hærebat, tot maximarum rerum opportunitate dimissa. 2. Ceterum, tam discedere irritum, quam morari pudebat.[x] Famam quoque, qua plura, quam armis, everterat, ratus leviorem fore,[y] si Tyrum, quasi testem se posse vinci, reliquisset. Igitur ne quid inexpertum omitteret; 'plures naves admoveri' jubet, 'delectosque militum imponi.' 3. Et forte bellua[a] inusitatæ

[v] *Ut asseres balista excussos in naves immitterent explicatis repente funibus.*
[w] *Nec ullum vulneris genus gravius metuebatur.*
[x] *Tam pudebat abire infecta re, quam hærere diutius.*
[y] *Putabat imminutum iri famam, qua, &c.*

---

ac f. manus. 'Verba, *cum uncis ac falcibus*, cum Modio pro glossa habeo.' *Schmieder.* Voss. 2. *illigabant.* Pal. 1. *lassatis funibus.* Voss. 1. *injecerunt;* Heinsius conj. *inciderent.*—25 *Una quoque* Bong. 1. *Uncique et falces* Voss. 2. *Uncii q. et falces* Voss. 1. *Uncti quoque et falces* Bong. 2. *Unci quoque falces* Mer. *C. v. æreos* Pal. 1. Dan. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *harena cœnoque* Florent. Leid. Voss. 1. Mer. Lugd. et Amst. *e* ante *muris* deest in Mer.—26 Acidal. conj. *corpus usque fervens, &c.* Heins. *loricam inter corpusque.* Voss. 2. *nec ulla ope excuti poterat;* et mox *jacentes arma.* Voss. 1. *et ferre manus.* Dan. *tormenta emissa;* Bong. Florent. Leid. et Voss. 2. *tormenta remissæ;* Voss. 1. *tormenta remisse;* Bong. *tormento remissæ.*

1 *His rex* Theocr. et Mer. *ingenti celeritate* Ed. pr. Venet. Rom. Vet. an. 1474. Mediol. Junt. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et recentt. *ingenti velocitate* Dan. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. quod recepit Schmieder. *oportunitate* Florent. Leid. et Voss. 1. 2.—2 Mer. *morari putabat.* Pal. 1. *quam plura;* Florent. *quia plura.* Voss. 2. *leviorem futurum.*—3 Voss. 2. *dorso*

NOTÆ

[a] *Bellua*] Varia marinarum ejusmodi belluarum genera vulgo nunc uno balænæ nomine comprehendimus, de quarum magnitudine pæne

magnitudinis, super ipsos fluctus dorso eminens, ad molem, quam Macedones jecerant, ingens corpus applicuit; diverberatisque fluctibus allevans semet, utrimque conspecta est: 4. deinde a capite molis rursus alto se immersit; ac modo super undas eminens magna sui parte, modo superfusis fluctibus condita, haud procul munimentis urbis emersit. 5. Utrisque lætus fuit belluæ aspectus: Macedones 'iter jaciendo operi monstrasse eam' augurabantur;[c] Tyrii, 'Neptunum, occupati maris vindicem, abripuisse[b] belluam,[d] ac molem brevi profecto ruituram:' lætique omine eo ad epulas dilapsi oneravere se vino; quo graves, orto sole navigia conscendunt, redimita coronis[c] floribusque: adeo victoriæ non omen modo, sed etiam gratulationem præceperant.[e] 6. Forte rex 'classem in diversam[d] partem agi' jusserat, 'triginta minoribus[e] navigiis relictis in lit-

[c] *Iter aggeri ad urbem perducendo designavisse.*
[d] *Neptunum, oppleti aggere pelagi ultorem, cetum in aquas præcipitasse.*
[e] *Non solum vincendi spem ceperant, sed etiam victoriæ lætitiam anticiparant.*

---

e. ad modum.—4 Mer. *deinde capite*, omissa præpositione. Amst. et Lugd. *alte immersit*, omisso pronomine. Pal. 1. *ac m. per undas;* et omittit *modo* ante *superfusis.* Deinde *munientis;* et sic Dan. sed correctum in marg. *munimentis.* Voss. 2. omittit *urbis.*—5 Theocr. *belluæ conspectus.* Pal. 1. *interjeciendo operi demonstrasse.* Ed. pr. Venet. Mediol. Rom. Vet. an. 1474. Veron. et recentt. *adripuisse*, vel *arripuisse;* Acidalius conj. *arguisse;* Snakenburg. *adhibuisse*, probante Heumanno; Schmieder ex codd. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. præeunte Modio, recepit *abripuisse.* Bong. et Voss. 1. 2. *ad molem;* Pal. 1. et Leid. *at molem.* Florent. *profectu ruituram.* Col. *lætisque.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *floribus coronisque.* Pal. 1. Ald. Mer. et Col. *gratulationem ceperant;* Theocr, *g. perceperant.*—6 Pal. 1. *mino-*

NOTÆ

incredibili Ælianus de Animal. lib. XVI. Plin. lib. II. cap. 3. Olaus M. &c. Sane haudquaquam ex maximarum numero fuisse istam credibile est, cui mare triginta summum pedes altum sufficeret. Quis enim centum ulnarum belluam, cujusmodi ad Norvegiæ littora capi dicuntur, non plus triginta pedes altam putet fuisse?

[b] *Abripuisse*] Iratum videlicet Neptunum, quo pœnas de Macedonibus sumeret occupati per aggerem maris, sic molem in præceps daturum, quomodo cetum repente mersisset.

[c] *Coronis*] Coronis victoria, floribus epularum lætitia significabatur.

[d] *In diversam*] Ad alteram urbis partem, contra portum Ægyptium.

[e] *Minoribus*] Atqui, si credimus Arriano, in iis erat Pnytagoræ Cypriorum Reguli quinqueremis, aliæque non paucæ; ibi quippe Cypria classis collocata ab Alexandro fuerat.

tore;' e quibus Tyrii duobus captis, cetera ingenti terruerant metu: donec suorum clamore audito Alexander, classem littori, e quo fremitus acciderat,[f] admovit. 7. Prima e Macedonum navibus quinqueremis velocitate inter ceteras eminens occurrit: quam ut conspexere Tyrii, duæ e diverso in latera ejus invectæ sunt; in quarum alteram quinqueremis eadem concitata, et ipsa rostro[f] icta est, et illam invicem tenuit.[g] 8. Jamque ea, quæ non cohærebat, libero impetu evecta, in aliud quinqueremis latus invehebatur;[h] cum opportunitate mira triremis e classe Alexandri in eam ipsam, quæ quinqueremi imminebat, tanta vi impulsa est, ut Tyrius gubernator in mare excuteretur e puppi. 9. Plures deinde Macedonum naves superveniunt, et rex quoque aderat; cum Tyrii inhibentes[g] remis,[i] ægre evellere navem quæ hærebat, portumque[h] omnia simul navigia

[f] *Unde clamor ad ipsum pervenerat.* [g] *Ipsa percussa est Tyriæ navis prora rostrata; sed illam vicissim harpagone corripuit.*

[h] *Altera triremis, quæ implicata non erat, libero cursu circumacta, in alterum quinqueremis Macedonicæ latus ruebat.* [i] *Remos in contrarium vertentes.*

---

ribus remigiis. Florent. Leid. Bong. Lugd. et Amst. *terruerunt;* Voss. 1. 2. *terruere.* Voss. 1. *præmitus acciderant;* Bong. Florent. et Leid. *fremitus acciderant.*—7 *Primo Mac.* Pal. 1. *Prima a Mac.* multi codd. cum Freinsh. Cellar. Snak. et Cunz. *Prima e Mac.* Florent. Leid. Voss. 1. Ed. pr. Venet. Rom. Veron. Ald. Colin. Gryph. Col. Bas. Mer. Junt. Amst. Lugd. Maitt. Tell. Pitisc. Bip. et Bothe. *Tyriæ* Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Tyrii duo* Pal. 1. *ex diverso* Bong. Florent. et Leid. *eiverso* Mer. Præpositionem omittit Voss. 1. *quinqueremis ipsa concitata* Voss. 2. *rostro jata est* Leid. 1. *rosto jacta est* Leidensis alter.—8 Florent. et Leid. *quohærebat;* Voss. 1. *cuiohærebat l. i. lacu evecta;* Florent. et Leid. *invecta.* Voss. 2. *latus invehebatur quinqueremis.* Pith. *mira tyri remis.* Mer. *qua quinqueremis imminebat.* Florent. Leid. Voss 1. et Dan. omittunt *impulsa est,* sed in Dan. suppletur.—9 Voss. 1. et vulgg. a Modio usque ad Freinsh. *inhibentes remos;* Acidalius conj. *innitentes remis,* improbante Freinshemio. Voss. 2. *evulsere navem;*

NOTÆ

[f] *Rostro*] Navium prora, quia ære ferrove obarmata in acumen desinebat, quo hosticæ impetebantur, rostrum appellata est, ducta ex avibus similitudine.

[g] *Inhibentes*] Inhibere remis dicuntur, cum vel depressis in aquam remorum palmulis concitatæ navis cursus sistitur; vel iis proram versus impulsis navis in puppim agitur.

[h] *Portum*] Geminum Tyrus portum habuit; Ægyptium, quod Ægyptum spectaret; Sidonium, quod Sidone venientes exciperet: medius inter utrumque agger interjectus est. De Sidonio portu nunc agitur.

repetunt. Confestim rex insecutus, portum quidem intrare non potuit, cum procul e muris missilibus summoveretur; naves autem omnes fere aut demersit, aut cepit. 10. Biduo deinde ad quietem dato militibus, jussisque 'et classem et machinas[1] pariter admovere, ut undique territis instaret;' ipse in altissimam turrem ascendit, ingenti animo, periculo majore: 11. quippe regio insigni et armis fulgentibus conspicuus, unus præcipue telis petebatur: et digna prorsus spectaculo edidit: multos e muris propugnantes hasta transfixit; quosdam etiam cominus gladio clypeoque impulsos præcipitavit: quippe turris, ex qua dimicabat, muris hostium propemodum cohærebat. 12. Jamque crebris arietibus saxorum compage laxata, munimenta defecerant; et classis intraverat[j] portum, et quidam Macedonum in turres hostium desertas evaserant: cum Tyrii, tot simul malis victi, alii supplices in templa confugiunt, alii foribus ædium obseratis occupant liberum mortis arbitrium:[j] 13. nonnulli ruunt in hostem, haud inulti tamen perituri: magna pars summa tectorum obtinebat, saxa, et quicquid manibus fors dederat, ingerentes subeuntibus.[k] Alexander, 'ex-

j Liberum mortis genus ultro eligunt. *k Quicquid forte occurrebat ad manum projicientes ex alto in subeuntes Macedonas.*

Ald. Frob. Colin. Gryph. Col. Bas. et Erasm. *evellunt navem.*—10 Voss. 1. omittit *Biduo*, pro quo Leid. 1. habet *Signo*. Pith. *ad quietem*. Voss. 2. *et manicas pariter*. Pal. 1. Dan. Pith. Fauch. Venett. Veron. Mer. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Maitt. Freinsh. Snak. Cellar. Pitisc. Till. Barb. Bip. Cunz. et Both. *ut utrimque;* Edd. a Modio usque ad Freinsh. *et undique t. instare;* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *ut undique t. instaret*, quod recepit Schmieder. 'Mox blanditur Acidalii conjectura, legentis: *ingenti periculo, animo majore.*' Schmieder.—11 Leid. *propugnantis;* Frob. Bas. Mer. Venett. Ald. Colin. Gryph. et Col. *propugnatores*. Voss. 1. *asta* pro *hasta*. Leid. *cumminus gladio*. Pith. *quippe turris hostium.*—12 Pro *portum* Schmieder. præferret *portus;* nam Phœnices ceperant portum Ægypto, Cyprii Sidoni obversum.—13 Voss. 1. *aut inulte;* Voss. 2. *haud multi;* Ed. pr. Rom. Vet. an. 1474. Veron. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. alius ante Freinsh. *haud inulte*. Pro *quicquid* Bong. 2. et Fauch. *quid;* Lugd. et Amst. *quod*. Dan. Florent. et Leid. *fors in manibus;* Ald. Frob. Bas. Mer. Col. Colin. Gryph. Elz. Amst. et Lugd. *manibus sors;* Bong. 2. et Voss. 2. *etiam*

NOTÆ

[1] *Classem et machinas*] Classem quæ muros circumdaret; machinas quæ ex aggere muros everberarent.

[j] *Intraverat*] Phœnices in Ægyptium, in Sidonium Cyprii irruperant.

ceptis qui in templa confugerant, omnes interfici, ignemque tectis injici' jubet. 14. His per præcones pronuntiatis, nemo tamen armatus opem a Diis petere sustinuit:[l] pueri virginesque templa compleverant; viri in vestibulo suarum quisque ædium stabant, parata sævientibus turba. 15. Multis tamen saluti fuere Sidonii, qui intra Macedonum præsidia erant:[m] hi urbem quidem inter victores intraverant, sed cognationis cum Tyriis memores (quippe utramque[k] urbem Agenorem condidisse credebant) multos Tyriorum etiam protegentes, ad sua perduxere navigia: quibus occultatis, Sidona devecti sunt. 16. Quindecim[l] millia hoc furto subducta sævitiæ sunt: quantumque sanguinis fusum sit, vel ex hoc existimari potest, quod intra munimenta urbis sex millia[m] armatorum trucidata sunt.

[l] *Nullus, qui arma gestaret, salutem in Deorum templis quærere voluit.*
[m] *Qui in Macedonum exercitu erant.*

in manibus; Bong. 1. *in manus.*—14 Bong. 2. et Voss. 1. *Is per, &c.* Voss. 2. *per p. nuntiatis.* Voss. 1. omittit *armatus.* Leid. et Voss. 1. *opem a Dis.*—15 Pal. 1. *salutis.* Pro *hi urbem* Mer. Venet. Bas. et Col. *in urbem.* Col. *Agenorum.* Mox *τὸ credebant* delendum putat Modius. Pal. 1. *et protegentes.* Bong. Theocr. Frob. Amst. et Lugd. *occultati;* Ald. *Sydona,* quod in al. deest. Mer. Lugd. et Amst. *vecti* pro *devecti,* omisso etiam *Sidona.* ' Melius sine dubio est, quod Schefferus legi jubet: *a quibus occultati Sidona devecti sunt.*' Schmieder.—16 Florent. Leid. et Voss. 1. *XV. millia;* Pal. 1. *VX. de furto.* Vide Not. Var. Voss. 2. *sevicie.* Bong. et Voss. 1. *æstimari potest;* Voss. 2. *extimari potest.* Voss. 2. *inter munimenta* u. *X. millia, &c.* Bong. 1. *trucidati,* probante Draken-

NOTÆ

[k] *Utramque*] Sidonem quidem Justinus a Phœnicibus conditam, et a piscium copiâ nominatam tradit; *Sidon* quippe Phœnicibus 'piscem' vocari. Eustathius a Sida, Beli filia, dictam scribit: Josephus a Sidone, Chanaani primogenito, constructam. Huic si credimus, pluribus ante Agenorem sæculis conditam oportuit; nam Agenoris tempora ad primos usque Hebræorum judices pertinere peritissimis Chronologis persuasum est. Sed potuit a Sidone fundari, ab Agenore deinde aut restitui aut amplificari, quod de Tyro quoque dictum sit. [illegible] Phœnicis, (a quo Phœnice dicta est,) Cadmi, Cilicis, et Europæ parens. Is fratrem Belum in Ægypto reliquit, et in Chananitidem profectus ibi sedem fixit, ac, si Curtio credimus, Sidonem condidit. Indidem fertur ad Europam sororem quærendam Cadmum misisse, qui Thebas in Bœotia condidit.

[l] *Quindecim*] Nimium hoc multis videtur, forte nec immerito. Sed in tanta librorum consensione aliquid immutare religio est.

[m] *Sex millia*] Octo millia cæsos numerat Arrianus, verbis magis quam re discrepans a Curtio, si his sex millibus duo equi affixorum addas mil-

17. Triste deinde spectaculum victoribus ira præbuit regis: duo millia, in quibus occidendi defecerat rabies,[n] crucibus affixi[n] per ingens littoris spatium pependerunt. 18. Carthaginensium legatis pepercit; addita denuntiatione 'belli, quod præsentium rerum necessitas moraretur.' 19. Tyrus septimo mense,[o] quam oppugnari cœpta erat, capta est; urbs et vetustate originis, et crebra fortunæ varietate ad memoriam posteritatis insignis. Condita ab Agenore,[p] diu mare, non vicinum modo, sed quodcumque classes ejus adierunt, ditionis suæ fecit: et, si famæ libet credere, hæc

[n] *Quibus occidendi furor exhaustus pepercerat.*

borgio ad Sil. Ital. x. 307.—17 Leid. et Voss. 1. *ira præfuit;* et sic Dau. sed correctum inter lineas. Leid. Florent. Voss. 1. et Bong. 2. *II. millia;* pro quo in Bong. 1. *hii millia.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mod. Colon. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. et Amst. 1621. 1628. 1686. *in quibus occidendis.*—19 *Tyros* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. Bong. *oppugn. sept. mense q. c. erat.* Leid. 1. et Frob. *sed quocumque classes.* Pal. 1. *dictionis suæ.* Mer. *et ut famæ.*—

NOTÆ

lia. Nec longe abit Diodorus, supra septem millia occisos referens. In captivorum numero minus consentiunt. Nam Diodorus tredecim, Arrianus triginta recenset millia.

[n] *Crucibus affixi*] Causam prodit Justinus, quod dignos eo supplicio putarit, quia ex illorum stirpe servorum essent, qui cæsis quondam dominis rempublicam invaserant.

[o] *Septimo mense*] Capta est anno I. Olymp. 112. Archonte Athenis Niceta. Arrianus Hecatombæonem mensem, qui circa solstitium æstivum inchoabat; diem mensis Loi ultimum Plutarchus assignat; quem de Aristandri in eam rem vaticinio consules. Ceterum Curtio, Arriano, Diodoro, Plutarcho in eo convenientibus, ut affirment vi captam urbem esse, mirum quod Justinus proditione, Ælianus strategemate expugnatam scripserint.

[p] *Ab Agenore*] Duplicem fuisse Tyrum supra vidimus, veterem, quæ Palætyrus, et novam. Priorem solam Agenor condidisse potest; nam Josephus ex Phœnicum Annalibus refert libro VIII. cap. 2. Tyrum (utique novam) habitari cœpisse ante Salomonici Templi conditum annis ducentis et quadragiata; quod in Gedeonis initia convenit. Atqui Agenoris adventus in Phœnicen tardius contingere videtur non potuisse Israëlitarum ingressu in Chananitidem. Nam Cadmi ejus filii profectio in Græciam et Thebarum initia sub Josue principatu collocantur ab doctissimis Chronologis. Quo tempore in assignandis tribuum limitibus jam mentio fit 'Sidonis magnæ,' et Tyri 'civitatis munitissimæ,' Jos. XIX. 29. nisi forte per anticipationem hæc dicta sunt. Sunt etiam qui ab Tyro, Japheti nepote, constructam velint; sunt qui ad Tyrum, Phœnicis filium, Agenoris nepotem, referant. Sed alii, ut diximus, auctores, alii amplificatores, alii instaura-

gens literas[q] prima aut docuit, aut didicit. 20. Coloniæ[r] certe ejus pæne orbe toto diffusæ sunt: Carthago in Africa, in Bœotia Thebæ, Gades[s] ad Oceanum. Credo libero commeantes mari, sæpiusque adeundo ceteris incognitas terras, elegisse sedes juventuti qua tunc abundabant: seu quia crebris motibus terræ, nam hoc quoque traditur, cultores ejus fatigati, nova et externa domicilia armis sibimet quærere cogebantur. 21. Multis ergo casibus defuncta, et post excidium[t] renata,[o] nunc tamen[u] longa pace

[o] *Multas clades passa, et post eversionem instaurata.*

20 Dan. *Bœtia.* Dan. Pal. 1. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *Gadis;* Voss. 2. *Ghadis.* Pal. 1. *sedes juventute et qua tunc abundabat;* Leid. et Voss. 1. 2. *s. juventute qua tunc abundabat sive;* Dan. *s. juventuti qua tunc abundabat.* Mer. et Venett. *et æterna domicilia.*—21 Pal. 1. omittit: *nunc t. l. p. c. refovente.* Sebisius et Bongars. pro *tamen* conj. *tandem;* Heumannus *tam.* Pro *mansue-*

NOTÆ

[q] *Literas*] Multos habent assentientes Curtius, dissentientes plurimos: aliis Moysi, aliis Abrahamo, aliis Noë, aliis Cadmo literarum inventum tribuentibus. Nec nostri instituti est, integri voluminis dissertationem ordiri. Hæc in universum dici possint conciliandis scriptoribus; sæpe inventores dici, qui jam inventas interpolarint, vel qui primi aliquo intulerint: aliud extitisse hieroglyphicarum, quas vocant, literarum genus; aliud earum quæ alphabeticæ appellantur; alios aliarum fuisse auctores: denique varias cujusque generis formas variis fuisse temporibus locisque excogitatas: nihil ut mirum sit diversos auctores prodi. Plura qui voluerit, consulat Vossium de Arte Gramm. lib. 1. Hermann. Hugonem, Nierembergium de Orig. Sac. Scrip. Goropium Becanum, &c.

[r] *Coloniæ*] Hic præcipuas tantum numerat, omissis aliis, inter quas Leptis et Utica a Plinio memorantur, Hippo et Adrumetum a Sallustio: ab aliis etiam Tyros in Sarmatia. De Thebis et Bœotia consule Supplem. lib. 1. cap. 13. Carthago supra, cap. 2.

[s] *Gades*] Gades insula cum urbe cognomine extremo Hispaniæ littori adjacens, extra Maris Mediterranei ostium, quod ab ea Gaditanum fretum appellatur. Hodiernum nomen est *Cadis*, vel *Calis*, factum ex antiquo 'Gades;' hoc ex Punico *Gadir*, quod 'septum' significat; urbs antea 'Tartessum' dicta.

[t] *Post excidium*] Expugnata, non diruta est ab Alexandro; sed incolis atque exteris, qui cædi superfuerant, ad tredecim millia divenditis, (Arrianus triginta numerat,) 'genus tantum Stratonis inviolatum servavit,' inquit Justinus, 'regnumque stirpi ejus restituit; ingenuis et innoxiis incolis insulæ attributis, ut extirpato servili germine genus urbis ex integro conderetur. Hoc igitur modo Tyrii, Alexandri auspiciis conditi, parsimonia et labore quærendi cito convaluerunt.'

[u] *Nunc tamen*] 'Non solum a Regibus Syriæ,' inquit Strabo, 'sed etiam a Romanis libertate donati sunt, mo-

cuncta refovente, sub tutela Romanæ mansuetudinis acquiescit.

v. 1. Iisdem ferme diebus Darii literæ allatæ sunt, tandem ut regi scriptæ. Petebat 'uti filiam suam,' Statiræ[a] erat nomen, 'nuptiis Alexander sibi adjungeret. Dotem fore omnem regionem inter Hellespontum et Halyn[b] amnem sitam; inde Orientem spectantibus terris contentum se fore.[c] 2. Si forte dubitaret, quod offerretur, accipere: nunquam diu eodem vestigio stare[d] fortunam; semperque homines, quantamcumque felicitatem habeant, invidiam tamen sentire majorem.[e] 3. Vereri, ne se avium modo, quas naturalis levitas ageret ad sidera,[d] inani ac puerili mentis affectu efferret. Nihil difficilius esse, quam in illa ætate

[a] *Provinciis ab Haly fluvio Orientem versus pertinentibus.*
[b] *Uno statu perseverare.* [c] *Majori invidiæ patere.*
[d] *Quæ innata levitate ad cælum sese attollunt.*

tudinis Pith. *consuetudinis.*

1 *Hisdem* Fauch. *Iisdem fere* Theocr. Bong. et Voss. 2. *filiam suam, cui.* Pro *Statiræ* multæ edd. ante Freinsh. *Saptinæ*, vel *Statyræ*; Dan. *Statipnæ*; Pal. 1. et Erasm. *Statipne*; Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *Satipnæ*; Florent. et Voss. 1. *Statipræ*; Leid. *Statipe*; Bong. et Voss. 2. *Statipre.* Pal. 1. *Alexandri.* Florent. Leid. Voss. 1. Frob. Mer. Bas. Col. Lugd. et Amst. *Alyn amnem.* Voss. 2. omittit *sitam.* Leid. Voss. 1. 2. Ed. pr. Rom. Vet. an. 1474. Mediol. Venett. Veron. Junt. Bas. Frob. Mer. Col. Dan. Pal. 1. et Ald. omittunt *se fore.*—3 Florent. Leid. Voss. 1. *V. se, ne*; Voss. 2. *V. sese ne.* Vide Not. Var. Bas. *se inani.* Dan. omittit *affectu*, quod suppletur a m. sec. Colon. Florent. Leid. et Voss. 1. id etiam omittunt. Amst. *se offerret*; Bong. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. *afferet.* Pal. 1. totum locum ita constituit: *Vereri se ne avium modo quas naturalis levitas ageret*

NOTÆ

dico pretio rata illorum vota habentibus, ut propriis legibus viverent.' Postea etiam Romanorum colonia facta est, cui Severus Imp. jus Italicum dedit. Inde anno Chr. 636. in Saracenorum potestatem venit; 1124. a Christianis vindicata est. Rursum post annos 167. ab iisdem Saracenis recepta atque excisa; nihil hodie præter portum memorabile habet. Antiquum nomen Hebraicum *Sor* vel *Sour*, quod rupem sonat, retinuit, continenti adhærens illo ipso, quem Alexander exstruxit, aggere.

[a] *Statiræ*] Ita legendum ex Plutarcho et Justino colligimus. Hanc Darii filiam natu majorem Arrianus Barsinen vocat; sed hæc Barsine Artabazi filia fuit, ex qua filium Herculem suscepit Alexander. Just. XIII.

[b] *Halyn*] His olim finibus Lydorum imperium claudebatur, a Medico divisum Haly flumine, qui, ut ait Herodotus, 'cuncta fere superiora Asiæ a mari, quod Cypro objectum est, ad Euxinum usque Pontum dirimit.' Ceterum Arrianus oblatum ait quicquid Hellesponto et Euphrate continetur.

tantam capere fortunam. 4. Multas se adhuc reliquias habere;[e] nec semper in angustiis[c] posse deprehendi: transeundum esse Alexandro Euphraten,[d] Tigrinque et Araxen, et Hydaspen, magna munimenta regni sui: veniendum in campos, ubi paucitate suorum erubescendum sit.[e] 5. Mediam,[f] Hyrcaniam, Bactra, et Indos Oceani accolas quando aditurum? vel Sogdianos et Arachosios, nomine tantum notos, ceterasque gentes ad Caucasum et Tanaim pertinentes? 6. Senescendum fore tantum terrarum vel sine prælio obeunti. Se vero ad ipsum vocare desineret: namque illius exitio esse venturum.' 7. Alexander iis [illis], qui literas attulerant, respondit, 'Darium sibi aliena promittere:[f] quod totum amiserit, velle partiri. Doti sibi dari Lydiam, Ioniam, Æolidem, Hellesponti oram, victoriæ suæ præmia: leges autem a victoribus dici, accipi a victis.[g] In utro statu ambo essent, si solus igno-

[e] *Magnam imperii partem sibi superesse.*
[f] *Darium polliceri quæ jam ipsius non essent.*
[g] *Conditiones pacis a victoribus decerni, a victis acceptari.*

ea quæ possiderat inanibus ac puerilibus lineamentis offerret.—4 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. *inter angustias.* Leid. Voss. 1. 2. et Dan. *et Idaspen;* Ald. Colin. Gryph. et Col. *et Hydaspem.*—5 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Frob. Bas. Mer. Col. Amst. et Lugd. *in Mediam;* hinc Heinsius: *Inde Mediam.* Voss. 2. *Batras.* Pith. *Oceani incolas.* Mer. et Ald. *quando se aditurum;* Dan. et Pal. 1. *quandoque aditurum;* Bong. 2. *quado aditurum;* Bong. 1. et Fauch. *quados aditurum;* Scheff. conj. *quando quæso aditurum.* Dan. Pal. 1. Voss. 1. Frob. et Col. *ne Sogdianos;* Bong. et Leid. *ne socdianos;* Mer. *ne Soglianos;* Voss. 2. *vel Sodianas.* Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Bas. et Col. *nominem;* Voss. 2. *nomine,* et in marg. eadem manu correctum *nomina.* Dan. Pal. 1. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Mer. et Col. omittunt *tantum notos.* Pith. *Tanati impertinentes;* Leid. *Tanaitin pertinentes.*—6 Florent. Leid. Pal. 1. Frob. Bas. et Mer. *se esse venturum.*—7 *Alexander iis qui* Leid. et Voss. 1. *A. his qui* Florent. Colon. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. et Amst. 1621. 1628. 1629. *A. sic illis qui* conjectabat Snakenburgius. Florent. Leid. et Bong. *et quod totum;* Voss. 1. *eo quod.* Mox Pith. omittit *sibi dari.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Ionas;* Mer. Bas. et Col. *Ionidas.* Voss. 2. *Helidem,* pro *Æolidem.* Leid. *An in utro.* Theocr. *In utro statu esset,* omisso *ambo.* Pal. 1. *si solum*

NOTÆ

[c] *In angustiis*] Quomodo nuper in Cilicia deprehensus ab Alexandro, non ejus fortitudine, sed loci opportunitate victus esset.

[d] *Euphraten*] Euphrates lib. v. cap. 1. Tigris, ibidem, Araxes lib. v. cap. 3. Hydaspes lib. VIII. cap. 14.

[e] *Ubi erubescendum sit*] Alexandro.

[f] *Mediam*] Hæc omnia sive urbium, sive regionum nomina, quæ in utrinque regis literis occurrunt, suis quæque locis exhibentur.

raret, quamprimum Marte decerneret. 8. Se quoque cum transisset mare, non Ciliciam, aut Lydiam (quippe tanti belli exiguam hanc esse mercedem), sed Persepolim caput regni ejus, Bactra deinde, et Ecbatana, ultimique Orientis oram imperio suo destinasse. Quacumque ille fugere potuisset, ipsum sequi posse: desineret terrere fluminibus, quem sciret maria transisse.' Reges quidem invicem hæc scripserant. 9. Sed Rhodii[g] urbem suam portusque dedebant Alexandro. Ille Ciliciam Socrati tradiderat: Philota 'regioni circa Tyrum' jusso 'præsidere.' Syriam, quæ 'Cœle' appellatur, Andromacho Parmenio[h] tradiderat, bello, quod supererat, interfuturus. 10. Rex Hephæstione 'Phœnices oram classe prætervehi' jusso, ad urbem Gazan[i] cum omnibus copiis venit. 11. Iisdem fere diebus solenne erat

ignoraret.—8 Florent. Leid. Bong. Amst. et Lugd. *transiret mare.* Pal. 1. Bas. Frob. Ald. Colin. Gryph. et Col. *Lydiam ignorare.* Voss. 2. *exiguam esse*, omisso *hanc.* Pal. 1. Lugd. et Amst. omittunt *esse.* Heinsius legit: *belli exiguam has esse mercedem.* Voss. 2. *Batra*, ut semper. Multæ edd. omittunt *et* ante *Ecbatana;* Col. Bas. et Mer. *et Battava;* Voss. 2. *et Batana.* 'Lectio cod. Theocr. *ultimaque Orientis imperio, &c.* non contemnenda est.' *Schmieder.* Voss. 1. 2. Florent. Leid. et Bong. omittunt *suo* ante *destinasse.*—9 Leid. et Voss. 1. 2. *hæc invicem.* Bong. 1. 2. et Voss. 1. *Sed Hrodii.* Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. et Col. *portusque debebant.* Bong. 2. Florent. et Voss. 1. *Filiatæ;* Voss. 2. et Dan. *Filiate;* Bong. 1. *Philotæ.* Voss. 2. *præsidere jusso.* Voss. 2. *quæ celes appellatur.* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Dan. Col. Frob. Bas. et Mer. *ab illo quod supererat iter facturus;* Pal. 1. *ab illo q. s. iter futuris.* Vide Not. Var.—10 *Phœnicis oram* Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both. *Phœnices oram* Ed. pr. Venet. Rom. Veron. Mer. Junt. Bas. Argent. Erasm. Ald. Colin. Gryph. Amst. Lugd. Col. 1579. Lugd. 1564. 1588. 1591. Amst. 1568. Maitt. et Tell. in erratis, quod revocavit Schmieder.—11 *Hiisdem* Florent. et Leid. *ludicrum* deest in Pith. *Isthimiorum* Pal. 1. *Iistymiorum* Leid. *Istymiorum* Voss. 1. *Isthmiorum* Dan. sed cum rasura; aliud prius

NOTÆ

[g] *Rhodii*] Rhodus insula ad meridionale Asiæ peninsulæ littus Occidentem versus jacet; urbs primaria, ipsi insulæ cognominis, 'sita est,' inquit Strabo, 'in promontorio versus Ortum porrecto. Portubus, viis, muris, alioque apparatu tantum aliis urbibus præstat, ut non modo meliorem nullam, sed ne parem quidem ullam ei dicere possimus.' Ab ea Rhodii Equites dicti, qui inde a Solimanno pulsi Melitam obtinent.

[h] *Parmenio*] Vide quæ cap. 1. dicta sunt de Cœlesyriæ præfectura. Certe et Eusebius Andromachum ab ipso Rege illis locis præpositum scribit, et ipse Curtius infra ostendit, cap. 8.

[i] *Gazan*] De hac urbe dicturi sumus, cap. 6.

ludicrum Isthmiorum,[a j] quod conventu totius Græciæ celebratur. In eo concilio, ut sunt Græcorum temporaria[i] ingenia, decernunt, 'ut quindecim legarentur ad regem, qui ob res pro salute Græciæ ac libertate gestas, coronam auream donum victoriæ ferrent.' 12. Iidem paulo ante incertæ famæ captaverant auram, ut, quocumque pendentes animos tulisset fortuna, sequerentur. *j* 13. Ceterum, non ipse modo rex obibat urbes, imperii jugum adhuc recusantes; sed prætores quoque ipsius, egregii duces, pleraque invaserant. Calas Paphlagoniam, Antigonus Lycaoniam:[k] Balacrus Idarne prætore Darii superato Miletum cepit:[l]

[a] *Celebrabantur solennes Isthmiorum ludi.*
[i] *Pro tempore mutabilia.*
j Dubiæ adhuc famæ rumores aucupati fuerant, ut sortem sequerentur quamcumque in partem incertos animi inclinasset.

fuit. Mox Florent. Leid. et Voss. 1. *Græci ut sunt temporaria;* Pal. 1. *Græci ut sunt temporalis;* Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. et Mer. *temporalia;* Voss. 2. *temperalia;* Bong. *Græco ut sunt temporaria;* Pith. *Græco ut sunt temporalia.* Ed. pr. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. aliæ: *ut duodecim;* Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Bong. 1. 2. *ut XV.* unde Schmieder. *ut quindecim.* Vide Not. Var. Theocr. et Mer. *delegarentur ad regem.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. et Lugd. *ac libertate Græciæ.* Valesius in Valesianis p. 180. negat Latinum esse: *donum victoriæ ferrent,* rescribitque: *donum victori offerrent.* Schefferus emendat: *donum victori afferrent,* respectu IV. 2. 2. Heumanno placet: *donum victori ferrent.*—12 Bong. 1. *marte* pro *incertæ.* Pith. *famæ c. auream.* Pal. 1. *animis;* Florent. Leid. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Mer. et Col. *animus.* Florent. Leid. Dan. Pal. 1. Ald. Mer. Frob. Bas. et Col. *fortunam.*—13 Florent. Leid. Voss. 1. 2. *adhuc jugum imperii.* Dan. *recussantes.* Leid. *egregiæ duces.* Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Mer. Bas. et Col. *Chalas.* Pal. 1. Dan. Gyd. et Pith. *Hydania;* Fauch. Bong. 1. 2.

NOTÆ

[j] *Isthmiorum*] Ab Isthmo Corinthiaco, quem supra descripsimus lib. III. cap. 1. Isthmii ludi appellati sunt, qui tertio quoque anno illic celebrabantur. Institutos a Sisypho in honorem Melicertæ pueri, qui Palæmon dictus est, scripsit Plinius. At Plutarchus illorum auctorem facit Theseum, gloriari solitum, sic propter se Neptunum, quemadmodum Jovem propter Herculem celebrari, (Isthmia quippe Neptuno, Jovi Olympia dicata fuerunt,) cum illa, quæ prius Palæmoni celebrabantur, non ludi, sed nocturna forent sacrificia. Quinque, ut in ceteris ludis, erant certaminum genera, saltus, cursus, discus, jaculum, lucta. Pinu victores Isthmiorum coronabantur; cum Olympiis olea, Pythiis mala, Nemeis apium donaretur.

[k] *Lycaoniam*] Regio fuit Asiæ, quam a Septemtrione Cappadocia, ab Ortu Armenia Minor, ab Austro Mons Taurus, ab Occasu Pisidia terminabat. *Paphlagoniam*] Lib. III. cap. 1. *Miletum*] Lib. IV. cap. 1.

[l] *Cepit*] Immo vero *recepit.* Nam

14. Amphoterus et Hegelochus centum sexaginta navium classe insulas inter Achaiam[m] atque Asiam in ditionem Alexandri redegerant. 15. Tenedo[n] quoque recepto Chium, incolis ultro vocantibus, statuerant occupare: sed Pharnabazus Darii prætor, comprehensis qui res ad Macedonas trahebant;[o] rursus Apollonidi et Athanagoræ suarum partium viris, urbem cum modico præsidio militum tradit. 16. Præfecti Alexandri in obsidione urbis perseverabant; non tam suis viribus, quam ipsorum, qui obsidebantur, volun-

[k] *Iis qui civitatem in Macedonum partes impellebant.*

Florent. Leid. et Voss. *Hyderne Dar. prætore.* Pro *Miletum* Bong. 2. habet: *duo milites;* et inter lineas: *II. mil tum;* Bong. 1. *II. miletum;* Voss. 1. *II. duos miletum;* Florent. et Leid. *II. duos militum;* Fauch. et Dan. *duos militum;* Voss. 2. et Mer. *duo millia militum;* Ald. *prætore D. s. Hegep. Amphoterus et Miletum cepit centum.*—14 Bong. Bas. Mer. et Col. *Amph. et Egilogus centum;* Dan. omittit *et* ante *Hegelochus;* Frob. Elz. Amst. et Lugd. *Amph. et Egilochus centum;* Voss. 2. *Amfoterus et Egilocus centum et sexaginta.* Bong. 1. omittit: *atque A. in d. A. r. T. q. recepta.* Pal. 1. *in dictionem.*—15 *Tenedon quoque hostium receptaculum incolis ultro, &c.* Ed. pr. Venet. Rom. Vet. an. 1474. Mediol. et Veron. *Tenedon quoque receptum incolis ultro.* Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. et Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *receptaculum* exhibent, sed omittunt *hostium.* Multæ edd. post Modium: *statuerant et Chium occupare;* Dan. Pal. 1. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Bas. Mer. et Col. *statuerant occupare.* Vide Not. Var. 'Hoc loco, in libris antiquis corruptissimo, lectionem Gronovianam dedi.' *Schneider. Macedones* Florent. Leid. Voss. 2. et Ald. *Apollinidi* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Appollinidi* Col. *Nathagoræ* Voss. 2. *Athenagoræ* Lugd. 1584. 1588. 1591. et Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. *tradidit* Voss. 2. et Mer.—16 Mer. *in obsidionem.* Voss. 2. *quam i. qui.* Florent. Leid. et Voss. 1. *Apollinidem;* Bong.

NOTÆ

Miletum quidem ipse Alexander expugnaverat, Suppl. lib. II. cap. 7. et Paphlagoniam deditione acceperat; nec dubium quin Lycaoniam quoque domuisset, quæ subactis ab eo provinciis claudebatur. Sed illa omnia seu vi, sive sua sponte ad Persas redierant.

[m] *Inter Achaiam*] Achaia proprie dicitur Peloponnesi pars illa, quæ secundum Corinthiacum sinum extenditur: latius vero accepta totum illum Græciæ tractum continet, qui Hellas etiam nuncupatur, et Atticam, Bœotiam, ac Locridem, &c. complectitur. Inter hanc et Asiam plures sunt insulæ, Cycladum præsertim nomine comprehensæ.

[n] *Tenedo*] Hanc Gronovii lectionem ceteris idcirco præferimus, quia nulla est alia quæ vel Grammaticæ legibus, vel Curtiano stylo, vel antiquis libris non pugnet. Ac quæ sequuntur satis indicant non ad Tenedon sed ad Chion vocatos esse ab incolis. 'Tenedos,' inquit Virgilius, 'notissima fama Insula;' e regione Trojæ, in ipso Hellesponti aditu. *Chios*] Lib. III. cap. 1.

tate. Nec fefellit opinio: namque inter Apollonidem et duces militum orta seditio irrumpendi in urbem occasionem dedit. 17. Cumque porta effracta cohors Macedonum intrasset; oppidani, olim consilio proditionis agitato, aggregant se Amphotero et Hegelocho, Persarumque præsidio cæso, Pharnabazus cum Apollonide et Athanagora vincti traduntur; 18. duodecim triremes cum suo milite ac remige; præter eas triginta inanes et piratici lembi,[o] Græcorumque tria millia a Persis mercede conducta: his in supplementum copiarum suarum distributis, piratisque supplicio affectis, captivos remiges adjecere classi suæ. 19. Forte Aristonicus, Methymnæorum[p] tyrannus, cum piraticis navibus, ignarus omnium, quæ ad Chium acta erant, prima vigilia ad portus claustra successit: interrogatusque a custodibus 'quis esset;' 'Aristonicum ad Pharnabazum venire' respondit. 20. Illi 'Pharnabazum quidem jam quiescere, et non posse tum adiri; ceterum patere socio atque hospiti portum, et postero die Pharnabazi copiam fore'[l] affirmant. 21. Nec dubitavit Aristonicus primus intrare:

[l] *Pharnabazi alloquendi facultatem datum iri.*

Voss. Bas. Lugd. et Amst. *Apollinidem;* Col. *Appolonidem.* Leid. omittit *in* ante *urbem.*—17 Pal. 1. *aggregante se.* Florent. Leid. et Voss. 1. *Hegilacho;* Voss. 2. *Egilaco;* Ald. *Hegelacho;* Bong. *Egilacho;* Mer. Bas. et Col. *Egilecho;* Frob. Elz. Lugd. et Amst. *Egilocho.* Pal. 1. *Pharnabarus;* Voss. 2. Frob. Bas, et Col. *Farnabazus.* Pal. 1. *vincitur. Traduntur, &c.*—18 Leid. *XXX. triremes.* Voss. 2. *præter triginta naves;* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. Amst. et Barb. *præter eas t. inanes,* quod recepit Schmieder. Fauch. *p. e. t. tamen et;* Bong. 1. habet etiam *inanes,* sed erasum *i.* Edd. vett. cum Freinsh. Celiar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Bip. Cunz. et Both. *p. eas t. naves.* Vide Not. Var. Voss. 2. *pirratici.* Pith. *supplementis.*—19 Dan. *Medimneorum;* Ald. *Methymneorum;* Mer. et Col. *Medimeorum;* Bas. *Metimeorum;* Voss. 2. *Mechineorum;* Lugd. et Amst. *Methymnæ oræ.* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *apud Chium;* Voss. 2. *apud Thirum;* Ald. *ad Tyrum.* Pro *ad portus* nonnullæ edd. vett. habent *adortus.* Pal. 1. *Pharnabarum;* Bas. Frob. Col. et Voss. 2. *Farnabarum.* Ed. Col. quam Schrag. vidit, *venire se respondit.*—20 Voss. 2. *tunc adiri.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *postera die.*—21 Voss.

NOTÆ

[o] *Lembi*] Lembus navigii genus brevis ac velocissimi, quali potissimum prædones utuntur. Interpres Gallicus *Brigantins* appellavit.

[p] *Methymnæorum*] Methymna, inquit Strabo, Lesbiorum urbs, sexaginta stadiis a littore Asiæ; Arionis poëtæ natalibus, et eximii vini feracitate nobilis.

secuti sunt ducem piratici lembi: ac dum applicant navigia crepidini[q] portus, objicitur a vigilibus claustrum; et qui proximi excubabant, ab iisdem excitantur: nulloque ex his auso repugnare, omnibus catenæ injectæ sunt. Amphotero deinde Hegelochoque traduntur. 22. Hinc Macedones transiere Mitylenen,[r] quam Chares Atheniensis nuper occupatam duorum millium Persarum præsidio tenebat: sed cum obsidionem tolerare non posset, urbe tradita pactus 'ut incolumi abire liceret,' Imbrum[s] petit, deditis Macedones pepercerunt.

VI. 1. Darius desperata pace, quam per literas legatosque impetrari posse crediderat, ad reparandas vires bellumque impigre renovandum intendit animum. 2. 'Duces' ergo 'copiarum Babyloniam convenire; Bessum quoque, Bactrianorum ducem, quam maximo[a] posset exercitu coacto, descendere ad se' jubet. 3. Sunt autem Bactriani

---

1. *Acristonicus.* Heum. mavult: *decem pir. lembi;* sed vide Arrian. Leid. et Voss. 1. *obicitur.* Bong. *ab hisdem;* Frob. *ab eisdem;* Florent. Leid. et Voss. 2. *ab isdem.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *que* post *nullo.* Florent. *ex iis auxo.*—22 Voss. 1. 2. *Hic Macedones.* Col. *transire.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Col. *Mithylenen.* Florent. Leid. Bong. *Cares.* Leid. *nuper occupatum.* Pal. 1. *quatuor millium Persarum.* Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. et Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. *urbe t. pactus est.*

1 Florent. Leid. et Dan. *crediderant.* Voss. 2. *ad recuperandas.* Colon. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. et Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. delent *animum,* ut voluit Palmerius.—2 Voss. 2. *Batrianorum.* Dan. et Bong. omittunt *ducem.* Pro *quam* Voss. 2. et Pal. 1. *perquem;* Elz. *per quam;* vulgg. ante Freinsh. *perquam;* unde Gronovius mavult: *Bactrianorum prætorem, quam, &c.* Pro *maximo* Pal. 1. et Elz. *maxime.*—3 Lugd. et Amst. *et inter*

NOTÆ

[q] *Crepidini*] Crepido extrema terræ ora quam aqua alluit, ipsa aqua editior; unde per translationem etiam puteorum, viarum, et rupium 'crepidines' vocantur.

[r] *Mitylenen*] Primaria fuit Lesbiorum urbs, de qua vide Strabonem lib. XIII. Huic hodieque nomen *Metelin,* quod ipsi insulæ inditum est.

[s] *Imbrum*] Imbros Maris Ægæi insula, ad oram Thraciæ, Lemnum inter et Thracicam Chersonesum. Est et Imbros castellum in Rhodo insula supra Caunum. De insula loqui videtur Curtius.

[a] *Quam maximo* [*perquammaximo*] Suspecta locutio, quam merito putat Gronovius librariorum inscitia irrepsisse, cum a Curtio ita scriptum esset: *Bactrianorum P. R. quammaxime;* hoc est, Bactrianorum Prætorem, quammaximo exercitu, &c. Ita delendum esset *ducem. Babyloniam*] Vide infra, cap. 9. *Bactrianorum*] Lib. VII. cap. 4. *Scytharum*] Lib. VII. cap. 7.

inter illas gentes promtissimi; horridis ingeniis,[a] multumque a Persarum luxu abhorrentibus; siti haud procul Scytharum bellicosissima gente, et rapto vivere assueti: semperque in armis errant. 4. Sed Bessus suspecta perfidia, haud sane æquo animo in secundo se continens gradu,[b] regem terrebat: nam cum regnum affectaret, proditio, qua sola id assequi poterat, timebatur. 5. Ceterum Alexander, quam regionem Darius petisset, omni cura vestigans, tamen explorare non poterat: more quodam Persarum, arcana regum mira celantium fide: 6. non metus, non spes elicit vocem, qua prodantur occulta: vetus disciplina regum silentium vitæ periculo sanxerat:[c] lingua gravius castigatur, quam ullum probrum;[d] nec magnam rem[b] sustineri posse credunt ab eo, cui tacere grave sit; quod homini facillimum voluerit esse natura. 7. Ob hanc causam Alexander omnium, quæ apud hostem gererentur, ignarus, urbem Gazan[c] obsidebat. Præerat ei Betis, eximiæ in regem

[a] *Audacissimi, feroci indole.* [b] *In loco post Regem primo.*
[c] *Antiqua regum edicta taciturnitatem proposita mortis pœna indixerant.*
[d] *Linguæ impotentia rigidius plectitur quam ullum aliud flagitium.*

illas. Ald. Voss. 1. Bas. Frob. Mer. et Col. *procul a.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. aliique *adsueta.* Vide Not. Var. Bong. omittit *semperque;* Florent. Leid. et Voss. 2. tantum omittunt *τὸ que.* Pro *errant* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. *erant.*—4 Theocr. *suspectus perfidiæ.* Mer. omittit *in secundo.* Pal. 1. omittit *se* ante *continens.*—6 Pal. 1. *non spes e. fidem, qua, &c.* Dan. *periculo saxerat.* Leid. *quam u. probum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. *rem magis sustineri.* Vide Not. Var. Pal. 1. *cum tacere.* Voss. 2. *voluit esse natura.*—7 Theocr. *apud h. gerebantur.* Omnes fere edd. ante Freinsh. *Gazam;* omnes vero codd. *Gazan.* Florent. Dan. Pal. 1. Leid. et Voss. 2. *Præerat urbi Betis.* Edd. vett. ante Freinsh. *P. ei*

NOTÆ

[b] *Magnam rem*] 'Ita puta scripsisse Curtium,' inquit Gronovius; 'non ut vulgati habent: *magnam rem magis sustineri.* Glossa *τοῦ sustineri* fuit olim, agi. Id cum in textum ab imperitis librariis esset relatum, ascivit unam literam ex voce præcedente, unam ex subsequente, et factum ita: *rem magis sustineri.* Importunum hic de Magis quod Rutgersius voluit.' Ita ille.

[c] *Gazan*] Hæc illa urbs est toties in Sacris Literis memorata, Samsonis facinoribus et clade nobilis. 'Ultima,' inquit Arrianus, 'e Phœnice Ægyptum petenti, ad initium solitudinis posita,' quæ inde in Ægyptum usque extenditur. Eam alluebat Besor fluvius, qui et torrens Ægypti appellatus. Gazæ nomen imposuisse dicitur Cambyses, quod, Ægyptum aditurus, thesauros ibi suos velut in arce deposuisset. 'Gazam enim Persæ ærarium

suum fidei; modicoque præsidio muros ingentis operis tuebatur.[e] 8. Alexander æstimato[f] locorum situ, 'agi cuniculos'[d] jussit; facili ac levi humo acceptante occultum opus:[g] quippe multam arenam vicinum mare evomit: nec saxa cotesque, quæ interpellent specus, obstabant.[h] 9. Igitur ab ea parte, quam oppidani conspicere non possent, opus orsus; ut a sensu ejus averteret,[i] 'turres'[e] muris admoveri' jubet. Sed eadem humus movendis inutilis turribus, desidente sabulo,[j] agilitatem rotarum morabatur, et tabulata turrium perfringebat; multique vulnerabantur impune, cum idem recipiendis, qui admovendis turribus labor eos fatigaret. 10. Ergo receptui signo dato, 'postero die muros corona'[f] circumdari'[k] jussit. Ortoque sole, priusquam ad-

[e] *Mœnia vasti circuitus defendebat.* [f] *Considerato.*
[g] *Cum humus levis et facile fossilis pateretur subterraneam fossionem.*
[h] *Quæ cuniculorum progressum intervertunt.*
[i] *Ut a cuniculorum notitia illos abduceret.* [j] *Arena cedente sub rotis.*
[k] *A militibus in orbem dispositis cingi.*

****

Batis; nonnullæ: *P. et Batis.* Voss. 2. *tutabatur.*—8 Leid. et Voss. 1. *estimato*; Voss. 2. *extimato.* Voss. 2. *levi h. attentare.* Dan. *oculum*, et ab al. m. *occultum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *mare evomens.* Nonnulli codd. *nec saxa cautesque.* Mer. *interpolent specus*; alii omnes: *interpellent specus.* 'Heumannus neminem hic loci hæsisse miratur, et legit: *interque sæpius.* Sed, meo judicio, ista verba omni prorsus carent offendiculo.' *Cunz.* Pro *obstabant* Leid. et Voss. 1. 2. *obstant.*—9 Voss. 2. *qua oppidani.* Pal. 1. Veron. Venet. Mediol. et Mer. *ut ascensu ejus.* Pal. 1. et Ald. *admovendis*; Florent. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. *movendis*; Heinsius conj. *promovendis.* 'Heum. ejicere jubet tria verba: *admovendis inutilis turribus*, quia duo: *admovendis turribus*, statim in eadem periodo recurrant. Sed ea causa non videtur satis idonea.' *Cunz.* Pro *morabatur*, quod Pal. 1. Ald. et plurimæ vett. exhibent, Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. habent *moratu.*

NOTÆ

vocant,' inquit Curtius. Id si ita est, necesse est a Scripturæ Interpretibus in Genesis atque Judicum libris 'Gaza' veteris nominis loco substitutum.

[d] *Cuniculos*] Subterraneæ fossiones ad muros evertendos, quia cuniculorum animalium imitatione excogitatæ sunt, ab iis et nomen accepere. De cuniculis Vegetius, lib. IV. cap. 24. Lipsius Poliorcet. lib. V. Dial. 6.

[e] *Turres*] De lignearum turrium forma, proceritate, usu in oppugnationibus urbium, consulesis eundem Lipsium, Poliorc. Dial. II. 4.

[f] *Corona*] 'Oppugnatio est,' inquit Lipsius, 'vel subita vel diuturna. Subita est cum impetu, nec circumvallatione adhibita incurrunt. Ad hanc rem leviores machinæ adhibitæ. Primum usi corona ad terrendum aut claudendum, sed et ad distinendum. Hinc sæpe occurrunt, 'corona cingere urbem,' 'corona capere,' 'expugnare.' Fuit interdum spissa, id est,

moveret exercitum, opem Deum exposcens, sacrum patrio more faciebat. 11. Forte prætervolans corvus glebam,[g] quam unguibus ferebat, subito omisit; quæ cum regis capiti incidisset, resoluta defluxit:[i] ipsa autem avis in proxima turre consedit. Illita erat turris bitumine[h] ac sulphure: in qua alis hærentibus, frustra se allevare conatus a circumstantibus capitur. 12. Digna res visa, de qua vates consulerentur: et erat non intactus ea superstitione mentis. Ergo Aristander, cui maxima fides habebatur, 'urbis quidem excidium augurio illo portendi, ceterum, periculum esse [inquit], ne rex vulnus acciperet:' itaque monuit, 'ne quid eo die inciperet.' 13. Ille quanquam unam urbem

[i] *In particulas comminuta dissiliit.*

Voss. 2. *ex tabulata t. perstringebat.*—10 Leid. *sacra patrio more.*—11 Pal. 1. *unguibus tenebat.* Edd. vett. cum Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. &c. *s. amisit;* Theocr. et Ald. *subito omisit.* Bong. 2. et Voss. 1. *resoluta defluit;* Pith. *r. deflexit;* Heinsius conj. *diffluxit.* Mox *Impleta erat* Bothe. Bong. 1. *conatus,* sed superscripto *a conatus;* Pith. *conatur.*—12 Voss. 2. *res visa est.* Pal. 1. Bong. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. *consuleret;* Bas. et Ald. *consulerent.* Amst. et Lugd. *et erat rex.* Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pal. 1. et Dan. *intacta,* quod Freinshemius mutari vult in *intactæ,* sc. mentis, probante Heinsio. 'Malim: *ut erat non intactæ.*' Bothe. Paulo post, *inquit* non habetur in Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. aliis. Pal. 1. omittit: *itaque m. n. q. eo d. inciperet.*—13 Pith. *urbem unam;* Voss. 2. *ur-*

NOTÆ

duplex, triplex, aut supra, ut numerus militum, aut magnitudo loci oppugnandi erat. In corona introrsum pedites, quorum invadere; extrorsum equites, quorum inspectare et tueri.'

[g] *Glebam*] Eodem modo Plutarchus. Arrianus autem lapidem fuisse tradit. Sed glebam esse oportuit, si capiti incidens 'resoluta defluxit.'

[h] *Bitumine*] Quorsum bitumen ac sulfur? Ut celerius ignem caperent turres scilicet, quæ omni potius arte adversus ignem hostium defendebantur? Suspicabatur aliquando Raderus scriptum sic esse, *alumine ac pulvere;* alumen quippe machinis ab igne defendendis usurpatum Claudius Quadrigarius et Ammianus prodidere. Verum suam ipse conjecturam merito refellit; vel quia nondum istud Alexandri ævo inventum; vel quia implicandis avium plumis minime aptum alumen videtur esse. Nihilo forte verius, quod tamen eidem placuit, turrim hoc loco non unam ex materia, mobilemque memorari, sed lapideam aliquam, aut lateritiam, bitumine ac sulfure pro cæmento interlitam, quæ tum forte vicina fuerit. Vix enim persuaserit aliam hic turrim significari, quam ex earum genere, de quibus paucis ante versibus egerat Curtius. Quem ego hallucinatum crediderim potius, cum Plutarchus non bitumine, sed *πεπλοις κεκρυφάλοις,* hoc est, *reticulis ex nervo contextis,* ad funes versandos, irretitam avem scripserit.

sibi, quo minus securus Ægyptum intraret, obstare ægre ferebat; tamen paruit vati, signumque receptui dedit. Hinc animus crevit obsessis: egressique porta recedentibus inferunt signa;[i] cunctationem hostium fore suam occasionem rati. 14. Sed acrius, quam constantius prælium inierunt: quippe ut Macedonum signa circumagi videre,[m] repente sistunt gradum. Jamque ad regem præliantium clamor pervenerat; cum denuntiati periculi haud sane memor, loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus sumsit; et ad prima signa pervenit. 15. Quo conspecto Arabs quidam Darii miles, majus fortuna sua facinus ausus,[n] clypeo gladium tegens, quasi transfuga genibus regis advolvitur: 'ille assurgere supplicem, recipique inter suos' jussit. 16. At gladio barbarus strenue in dextram translato, cervicem[j] appetit regis: qui exigua corporis declinatione evitato ictu, in vanum manum barbari lapsam amputat gladio, denuntiato in illum diem periculo, ut arbitrabatur ipse, defunctus. 17. Sed ut opinor, inevitabile est fatum: quippe dum inter primores promtius dimicat, sagitta ictus est: quam, per loricam adactam, stantem in humero medicus ejus Philippus evellit. 18. Plurimus

[m] *Simul ac Macedonum signa in ipsos conversi aspexerunt.*
[n] *Majus, quam ferebat ejus conditio, cœptum aggressus.*

bem unam sibi obstare quo minus. Voss. 1. Florent. Bong. 2. et Pith. *Hic a. crevit.* Dan. *egressisque*, deleta ab al. m. litera *s.* Voss. 2. omittit *cunctationem*, sed in marg. habet *contationem.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *suum fore.* 'Hæc verba: *cunctationem hostium f. s. o. rate*, Henmannus manifestum glossema putat.' *Cunz.*—14 Pro *et ad p. signa*, Heinsius conj. *ita ad p. signa.* —15 Leid. Florent. Voss. 1. 2. et Bong. *gladium clypeo tegens.*—16 *At barbarus gladio* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *in dextra* Pal. 1. *in dexteram* Voss. 1. 2. et Ald. *cervicem adpetiit* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *gladio* deest post *amputat* in Pith. *ut* ante *arbitrabatur* deest in Bas. Mer. et Col.—17 Pal. 1. et Voss. 1. *inevitabile est factum.* Verba, *per loricam adactam*, pro glosse-

NOTÆ

[i] *Inferunt signa*] Quia pugnaturos signa præcedere solent, 'inferre signa' dicuntur qui instructa acie in hostem eunt.

[j] *Cervicem*] Hegesias apud Dionys. lib. περὶ Συνθέσεως cap. 91. illatum a barbaro gladium sub ipsas loricæ pinnulas tradit; nec hujus manum, sed caput gladio Regis exceptum fuisse memorat.

deinde sanguis manare cœpit; omnibus territis, quia nunquam[k] tam alte penetrasse telum, lorica obstante, cognoverant: ipse ne oris quidem colore mutato, 'supprimi sanguinem, et vulnus obligari' jussit. 19. Diu ante ipsa signa vel dissimulato, vel victo dolore perstiterat; cum suppressus paulo ante sanguis medicamento manare latius cœpit, et vulnus quod recens adhuc dolorem non moverat, frigente sanguine intumuit. 20. Linqui deinde animo, et submitti genu[l] cœpit;* quem proximi exceptum in castra receperunt: et Betis interfectum ratus urbem ovans victoria repetit. 21. At Alexander nondum percurato[m] vulnere, aggerem,[n] quo mœnium altitudinem æquaret, exstruxit; et 'pluribus cuniculis muros subrui' jussit. 22. Oppidani ad pristinum fastigium mœnium novum ex-

* *Deliquium animi pati, et in genua collabi.*

mate habet Bothe.—18 Pith. *de s. manere.* Florent. et Leid. *non quam alte penetrasset t. l. o. cognoverant*, quod Modius et Heum. tuentur; Voss. 2. et Bong. 1. *nunquam alte penetrasse;* Bong. 2. *quamquam ad te penetrasset;* Voss. 1. omittit *non;* Florent. et Voss. 1. *penetrasset.* Vulg. *non cognoverant.* Vide Not. Var. Edd. vett. cum Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunn. et Both. *nec oris;* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. Bas. Col. et Lugd. *ne oris*, quod recepit Schmieder.—19 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bas. et Erasm. *medicamento quo retentus erat manare.* Vide Not. Var. Pro *latius* Florent. Leid. Voss. 2. Lugd. et Amst. *longius;* Theocr. *laxius;* Heinsius conj. *largius.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *stupens adhuc;* Acidalius legit: *tepens adhuc.*—20 Put. *submitti genua c. quem;* Bong. 2. *summit scute sanguine quem;* Rutgersius conj. *subniti genu, &c.* Pith. *receptum in castra.* Voss. 2. *ceperunt* pro *receperunt;* Heinsius conj. *retulerunt.* Vulgg. *et Batis.* Voss. 2. *victoriam repetit.*—21 Pal. 1. *procurato vulnere.* Pro *et pluribus* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. habent *pluribusque.* Pith. omittit *muros.*—22 Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. et Amst. 1621. 1628.

NOTÆ

[k] *Quia nunquam*] Quod nunquam antea meminerant sagittam perfossa lorica tam alte penetrasse, id tunc portento simile ominosumque videbatur.

[l] *Submitti genu*] Mallet Rutgersius, *subniti genu:* sed Gronovius vulgatam lectionem approbat ex Lucretio lib. I. vs. 93.

[m] *Nondum percurato*] Hinc colligas non prius inchoatum aggerem, quam esset vulneratus Alexander; cum tamen Arrianus in ipso aggere et machinis ab hostium incursu defendendis vulnus accepisse scripserit.

[n] *Aggerem*] Fidem prope superat quod habet idem Arrianus, aggerem hunc, quo tota urbs, ingentis sane ambitus, cingeretur, altum ducentos quinquaginta pedes, latum duo stadia extitisse.

struxere munimentum: sed ne id quidem turres aggeri impositas æquare poterat: itaque interiora quoque urbis infesta telis erant.[p] 23. Ultima pestis urbis fuit[q] cuniculo subrutus murus; per cujus ruinas hostis intravit. Ducebat ipse rex antesignanos;[o] et dum incautius subit, saxo crus ejus affligitur: 24. innixus tamen telo, nondum prioris vulneris obducta cicatrice, inter primores dimicat: ira quoque accensus, quod duo in obsidione urbis ejus acceperat vulnera. 25. Betim, egregia edita pugna, multisque vulneribus confectum deseruerant sui: nec tamen segnius prælium capessebat, lubricis armis suo pariter atque hostium sanguine. 26. Sed cum[p] undique

[unus omnium telis peteretur, ad postremum, exhaustis viribus, vivus in potestatem hostium pervenit: quo ad regem]

adducto, insolenti gaudio juvenis elatus alias virtutis etiam in hoste mirator, 'non ut voluisti,' inquit, 'orieris, Beti:

[p] *Etiam urbis interiora missilibus Macedonum infestabantur.*
[q] *Extrema pernicies Gazæ fuit.*

1629. 1686. *fastigium murorum.* Voss. 2. *sed ne idem turres.* Leid. Bong. et Voss. 1. 2. *poterat æquare.* Theocr. *infestata telis.*—23 Theocr. *pestis urbi;* Voss. 2. omittit *urbis.* Voss. 2. et Ald. *antesignarios; et dum;* Amst. *antesignanos; dum,* omisso *et.* Voss. 2. et Pith. *incautus subit.*—24 Voss. 2. *innixus t. telo.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *vulnera acceperat.*—25 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. et Pal. *vulneribus c. deseruerunt.*—26 ' Lacunam explevi ex Freinshemii Supplemento.' *Schmieder.* Theocr. exhibet: *Sed undique telis appetitus: insolenti elatus: gladio educto alias virtutis mirator Alexander, non ut, &c.* Pal. 1. Bas. et Erasm. *Sed cum und. tel. est circumductus insolenti gaudio juvenis elatus alias virtutes etiam in hoste imitatus. Tunc inquit*

NOTÆ

[o] *Antesignanos*] 'Antesignani,' inquit Lipsius, 'prima acies, et qui positi ante signa, iisque propugnandis.'

[p] *Sed cum*] Non depravatum modo hunc locum, sed etiam mutilum satis ostendunt Criticorum lectiones, non in verbis solum, sed in sensu quoque, haud parum discrepantes. Eum Freinshemius sic restituens, ut dedimus, ita expleri posse lacunam putat: *Cum undique unus omnium telis peteretur, ad postremum exhaustis viribus, vivus in potestatem hostium venit. Quo ad Regem adducto, &c.* Cujus ego emendationem ac supplementum, ut non ausim germana asserere, (nec vero ipse asserit,) ita ceteris præferenda, et dum aliquid melius occurrat, amplectenda censeo.

sed quicquid [tormentorum] in captivum inveniri potest, passurum esse te cogita.' 27. Ille non interrito modo, sed contumaci quoque vultu[r] intuens regem, nullam ad minas ejus reddit vocem. 28. Tum Alexander; 'Videtisne obstinatum ad tacendum?' inquit: 'num genu posuit? num supplicem vocem misit? Vincam tamen silentium, et si[s] nihil aliud, certe gemitu interpellabo.'[q] 29. Iram deinde vertit[r] in rabiem: jam tum peregrinos ritus nova subeunte fortuna.' Per talos enim spirantis lora trajecta sunt; religatumque ad currum traxere circa urbem equi: gloriante rege 'Achillem,[s] a quo genus ipse deduceret, imitatum se esse[t] pœna in hostem capienda.' 30. Cecidere Persarum

[r] *Non tantum intrepido, sed etiam feroci vultu.*
[s] *Quamvis nihil aliud profecero, saltem cogam illud abrumpere suspiriis.*
[t] *Jam tum barbaricos mores admittente nova ejus fortuna.*

Alexander non ut voluisti morieris sed quicq. tormentorum, &c. Bong. et Dan. *Sed cum undique qua ducto insolenti gaud. juv. elatus alias virtutis etiam in hoste mirator, non ut vol. inquit sed, &c.* Ald. Colln. Gryph. Mer. Ban. et Col. *Sed cum undique telis est circumductus, ins. g. j. elatus alias virtutes etiam in hoste miratur. Tunc inquit Alexander, non ut voluisti, morieris Beti, sed quicquid, &c.* Florent. Leid. et Voss. 1. *Sed cum undique telis qua ducto insolenti g. j. e. a. virtutis e. in h. mirator, &c. sed quicquid in capt. inv. potest.* Voss. 2. *Sed undique telis circumdatus ins. g. j. e. alias virtutis etiam in hoste mirator, non ut voluisti inquit morieris, sed quicquid in captivum.* Vide Not. Var. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *tormentorum.* Voss. 2. omittit *te* ante *cogita.*—27 Florent. Leid. Voss. 1. 2. *reddidit vocem.*—28 Pith. *ad tacendum obstinatum.* Leid. *non genu p. non, &c.* Pal. 1. *et in hoc aliud gemitu interpellabo;* Voss. 2. *et si n. a. certe interpellando.* Multm edd. *interpolabo.* Vid. Not. Var. 'Necesse non est, ut cum Scheffero legamus: *et nisi hac* (voce), *illud* (silentium) *certe gemitu interpellabo.* Nec est, ut cum Heumanno scribamus: *interpellato.* Dicit Curtius: *certe gemitu* tuo hoc tuum silentium *interpellabo.*' Schmieder. —29 *Ira* Colon. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cuns. et Both. *Iram* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. *Iram;* et ita edd. vett. Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. et Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. *ritus induens nova, &c.* Bong. *in peregrinos ritus* conj. Heinsius. *traxere ad urbem* Voss. 2. *Achillen* Florent. Leid. et Voss. 1. Pro *deduceret* alii *duceret.* Voss. 2. *in hoste.*—30 Bong. 1. Florent. Leid. Voss. 1. *X. millia.* Pal. 1.

NOTÆ

[q] *Interpellabo*] Alii *interpolabo*, eodem sensu, quo non modo sæpe Curtius, verum etiam Cæsar usurpavit. Nisi si quis corruptos utrobique locos putet, ac pro *interpolare* legendum *interpellare.*

[r] *Vertit*] Hoc verbum absolute ponunt optimi Latinitatis auctores; ut immerito faciant qui *in iram vertit* legi volunt.

[s] *Achillem*] Olympias enim, Alexandri mater, genus ad Achillem referebat, teste Velleio, lib. 1. cap. 6.

[t] *Imitatum se esse*] Immo vero cru-

Arabumque circa decem millia :[a] nec Macedonibus incruenta victoria fuit. Obsidio certe non tam claritate urbis nobilitata est, quam geminato periculo regis: qui Ægyptum[v] adire festinans, Amyntam cum decem triremibus in Macedoniam ad inquisitionem novorum militum misit. 31. Namque præliis etiam secundis atterebantur copiæ: devictarumque gentium militi minor quam domestico fides habebatur.

VII. 1. Ægyptii olim Persarum opibus infensi,[a] quippe avare et superbe imperitatum sibi esse credebant, ad spem adventus ejus erexerant animos: utpote qui Amyntam quoque transfugam, et cum precario imperio[b] venientem, læti recepissent. 2. Igitur ingens multitudo Pelusium, qua intraturus [rex] videbatur, convenerat. Atque ille septimo die, posteaquam a Gaza copias moverat, in regionem Ægypti, quam nunc 'Castra Alexandri'[a] vocant, perve-

[a] *Jampridem inimici Persicæ potestatis.*
[b] *Cum potestate quasi emendicata.*

nobilitatem. Leid. et Voss. 1. *Amyntan;* Voss. 2. *Amintam.*—31 Pal. 1. *Namque etiam satis sibi erat multitudinis tamen copiæ devictarumque gentium militi minore.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *præliis.* Florent. Leid. et Voss. 1. *atterebantur tamen copiæ.* Voss. 1. *domitarumque gentium.*

1 Amst. Lugd. Col. 1579. aliæ post Modium omittunt *credebant.* Dan. *quis Amyntam;* Voss. 2. *qui admittam. q. t. et precario i. v. l. excepissent,* omisso *cum.*—2 Theocr. et Mer. *quam intraturus.* Dan. Pal. 1. Florent. Voss. 1. 2. Leid. et Bong. omittunt *rex.* Mox Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Lugd.

NOTÆ

delitate superasse. Nam Achilles mortuum Hectorem, Alexander spirantem adhuc Betim loris per talos trajectis religatum ad currum raptari jussit.

[a] *Decem millia*] Ingentis sane operis fuisse muros istos oportuit, quibus tuendis decem circiter hominum millia 'modicum præsidium' fuerint, ut Noster supra scripserat. Sed Hegesias apud Dionysium sex millia numerat.

[v] *Ægyptum*] Non huc ergo referenda sunt, quæ de Alexandro Hierosolymis recepto memorat Josephus, ut habes Supplem. lib. II. cap. 11. Nam septimo post Gazam expugnatam die Pelusium pervenisse testis est Arrianus: sed captâ Tyro Judæam ac reliquam Palæstinam invaserat antequam Gazam peteret. Euseb. Plin. Arrian.

[a] *Castra Alexandri*] Apud Hieronymum et Isidorum pro *Castris* legitur *Claustra Alexandri;* cui lectioni suffragari videtur Erasmus. Verum utro-

nit. 3. Deinde, pedestribus copiis 'Pelusium[b] petere' jussis, ipse cum expedita delectorum manu Nilo[c] amne vectus est: nec sustinuere adventum ejus Persæ; defectione quoque perterriti. 4. Jamque haud procul Memphi erat: in cujus præsidio Mazaces prætor Darii relictus, Orio[d] amne superato, octingenta talenta Alexandro, omnemque regiam supellectilem tradidit. 5. A Memphi eodem flumine vectus, ad interiora Ægypti penetrat, compositisque rebus ita, ut nihil ex patrio Ægyptiorum more

postquam a Gaza.—3 Ald. *Pelusium p. jussit.* Heinsius conj. *Nilo amne subvectus est.*—4 Pro *Mazaces* vulgg. *Astaces;* Pal. 1. *Staces;* Florent. et Voss. 1. *Astace.* Bong. habet: *Astaces pr. Darii;* Fauch. *A. pater Darii;* Leid. *Astaces a Dario relictus,* omisso *prætor.* Multæ edd. *Oxio amne;* Bong. Theocr. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Oron amne;* Mer. *Orion amne;* Lugd. et Amst. omittunt *Orio.* Freinsh. conj. *ostio amnis,* improbantibus Cunz. et Schmieder. qui emendationem Ortelii rectissimam putant: *ocyus amne.* Ortelius conj. etiam: *hocce amne.* 'Si Curtius nomen amnis scripsit, non intellexit alveum Nili ipsius, sed canalem, forte eum, qui ex Nilo, antequam dividitur, derivatus ortum versus præter Heroon urbem in sinum Arabicum ferebatur. Cum enim Alexander a Pelusio Heliopolin contenderet, Mazacæ, ex Memphi obviam eunti, præter Nilum iste quoque canalis transeundus erat. Qui utrum 'Heroon amnis' (ex quo Curtii *Oron amnis* corruptum esset) dictus fuerit, mihi non constat. Si vero, ut in duobus editis, vox *Orio* omittitur, tum sub *amne* intelligendus est Nilus ipse, ad cujus lævam sita erat Memphis.' *Schmieder.* Bong. *octinginta;* Voss. 2. et Mer. *octoginta.*—5 Voss. 2. *vectus interiora,* omissa præpositione. 'Legerem in Nostro: *ad inferiora,* si verbum 'penetrare' æque in *inferiora* ac in *interiora* quadraret, et nisi Curtius § 9. veriora ipse narraret.' *Schmieder.* Voss. 2. *ex patrio nihil.* Pleræque edd.

NOTÆ

bique *Castra* dici debuisse satis aperte indicat Ptolemæus, qui 'Αλεξάνδρου παραμβολὴν appellat.

[b] *Pelusium*] Eo venisse ipsum Alexandrum scribit Arrianus, indeque terrestri itinere Heliopolin usque contendisse.

[c] *Nilo*] Nilus, Africæ fluvius nobilissimus, cujus fontes, veteribus ignoti vulgo cum extitissent, nostro demum sæculo reperti sunt. Oritur in Goyamo Abyssinorum regno ex Lunæ, ut vocant, montibus: unde in lacum Zambre illapsus, totamque ferme Africam permeans, septem maxime ostiis Mari Mediterraneo miscetur. De ejus incrementis ceterisque mirabilibus consule Strabonem, lib. XVII. Plininm, Solinum, &c. atque ex recentioribus Scaligerum, Rhamusium, Alpinum, Vossium, &c. De Nili fontibus non modo consuluit Hammonem Alexander, verum etiam, qui eos investigarent, misit, Lucano teste lib. X.

[d] *Orio* [*ostio*] Prope Pelusium, ut ex Arriani lib. III. intelligi potest. Vel cum Ortelio lege: *ocius amne superato,* Nilo videlicet; quem solum hic licet intelligere. Nam *Orio* sive *Onio,* quod vulgo legitur, omnino corruptum est.

mutaret, adire Jovis Hammonis[a] oraculum statuit. 6. Iter expeditis quoque et paucis vix tolerabile ingrediendum erat:[c] terra cœloque aquarum penuria est: steriles arenæ jacent; quas ubi vapor solis accendit, fervido solo exurente vestigia, intolerabilis æstus existit: 7. luctandumque est, non tantum cum ardore et siccitate regionis; sed etiam cum tenacissimo sabulo, quod prælatum, et vestigio cedens, ægre moliuntur pedes.[d] 8. Hæc Ægyptii vero majora jactabant.[e] Sed ingens cupido animum stimulabat adeundi Jovem, quem generis sui[f] auctorem, haud conten-

[a] *Via ægre tolerabilis vel paucis viris, et impedimentorum vacuis.*
[d] *Quo pedes difficile se expediunt, utpote prælto et sub plantis cedente.*
[e] *Ægyptii passim ista referebant majora quam pro veritate.*

Jovis Ammonis; Pal. 1. et Voss. 2. *Jovis Admonis.*—6 Mer. *ingredientium erat.* Fauch. *accidit* pro *accendit*, superscripto *attingit.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. *et urente vestigia.* Voss. 2. Fauch. Pith. et Mer. *æstus exurit*; et sic Dan. in quo tamen aliud quid prius fuerat.—7 Ald. *non tamen cum*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *non solum cum.*—8 *Hæc Æ.* ma-

NOTÆ

[a] *Hammonis*] De hujus oraculi origine, deque Numinis ipsius forma, inferius, cap. 30. Nunc, ad nomen quod attinet, tacenda non est doctorum hominum conjectura, qui Hammonem (ita enim scribi oportere ex Festo probat Freinshemius), Hammonem, inquam, non alium a Chamo, Noë filio, fuisse opinantur. Inter utrumque enim affinitatem esse non solum nominum, sed etiam rerum. Nempe Hammonem, Diodoro teste, fuisse Libyæ regem; Chamum vero, ejus certe filios, ea loca post divisionem terrarum occupasse: indeque factum ut Sacris in Literis 'terra Cham' appelletur: ex Hebræo חם factum esse 'Hammon;' addita, ut alias sæpe, Græca vocis forma. Sed repugnat nonnihil Plato in Phædro, cum scribit Ἄμμωνα esse Θαμοῦν quendam, Ægyptiorum regem: sic enim Ἄμοῦν, (quo nomine vocatum ab Ægyptiis Jovem testatur Herodotus,) non ex 'Cham,' sed ex Θαμοῦν per ἀφαίρεσιν τοῦ θ, factum esset. Quicquid sit, magna fabularum artifex Græcia, ad suæ gentis Heroas transferre solita quicquid usquam celebre fuit, ut Hammonici templi auctore gloriari posset, hujusmodi commento usa est: Baccho, cum per deserta Libyæ duceret exercitum, aquarum penuria laboranti occurrisse arietem; cujus fugientis indicio perductus ad fontem, Jovi, quem arietis forma conspectum crediderat, templum construxerit; addito Ammonis cognomine, quod mediis in arenis, quas Græci ἄμμους vocant, apparuisset. Verum Diodorus lib. XVII. conditum a Danao templum scribit; et alias Herodotus fabulas texuit de hujus Oraculi templique origine.

[f] *Generis sui*] Non eo solum nomine, quia Hercules et Æacus, ad quos, ut vidimus, paternum maternumque genus referebat, Jove geniti erant;

JOVIS HAMMONIS CAPITA.

De his Snakenburg. in Præf. 'Jovis Hammonis facies,' inquit, 'arcessitæ sunt ex Patini Thesauro p. 151. *et Morelliano Specim. Tab. XVI. tum ex Itinerario Wheleri num.* 15. *quibus adjecimus effigiem quam explicuit acutissimus Is. Vossius ad Pompon. Melam* 1. 8. *ut eam exhibuit illustrissimus E. Spanhemius de usu et præst. num. Diss.* v. *p.* 350. *in* 4to.'

tus mortali fastigio, aut credebat esse, aut credi volebat. 9. Ergo cum iis, quos ducere secum statuerat, secundo amne descendit ad Mareotim[g] paludem: eo legati Cyrenensium[h] dona attulere; 'pacem, et ut adiret urbes suas,' petentes. Ille, donis acceptis, amicitiaque conjuncta, destinata exequi pergit. 10. Ac primo quidem et sequenti die tolerabilis labor visus: nondum tam vastis nudisque solitudinibus aditis; jam tamen sterili et emoriente terra. 11. Sed ut aperuere se campi alto obruti sabulo; haud secus quam profundum æquor ingressi,[f] terram oculis[i] requirebant. 12. Nulla arbor, nullum culti soli occurrebat vestigium: aqua etiam defecerat, quam utribus cameli [de]vexerant: et in arido solo ac fervido sabulo nulla erat. 13. Ad hæc sol omnia incenderat, siccaque et adusta erat

f Non aliter quam qui altum mare ingressi sunt.

jora Voss. 2. omisso *vero*. Voss. 2. *animum stimulabat cupido*.—9 Dan. Pal. 1. Florent. Bong. et Voss. 1. 2. *Ergo cum his*. Florent. Leid. et Voss. 1. *Mareotin*; Pal. 1. *Marcotim*; Pith. *Mareotra p. eo l. dona Cyrenensium*. Mer. *pacem ut adiret*, omisso *et*. In eadem *confecta* pro *conjuncta*.—10 Florent. Leid. Bong. et Fanch. *sequente die*.—11 Voss. 2. *abrupti sabulo*.—12 Pith. *solum occurrebat*; Voss. 2. *soli apparebat*. Vulg. *cameli devexerant*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *cameli vexerant*.—13 *Ad hoc* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. et Pal. 1. *ora incenderat* Theocr. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. probantibus Modio, Heum. et Cunzio; *omnia intenderat* Pal. 1. *siccaque usta* Voss. 2. *s. et a. erant omnia* Ed. pr. Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Junt. Bas. Freinsh. et recentt. 'Non dubitavi cum Modio scribere: *et adusta erat ora*. Facillime ex *ora* factum est *οἶα*, h. e. *omnia*.'

NOTÆ

sed quod ipse quoque Jovis se filium aut esse crederet, (si tamen credere potuit,) aut credi certe vellet.

[g] *Mareotim*] A Marea civitate Mareotis palus dicta, latitudine supra centum, longitudine infra trecenta stadia; quam Nili aquæ ex Canopico alveo derivatæ implent.

[h] *Cyrenensium*] Cyrene, urbs olim celebris, a qua nomen habuit Cyrenaica regio, hodie *Mesrata*, secundum littus Maris Africi, ab occasu Africam, ab ortu Marmaricam attingit. Eam Macedones primum occuparunt, retinuerunt Ptolemæi, Romani demum acceperunt a Ptolemæo Appione, Evergetis ex pellice filio, qui, patris testamento acceptam, suo ipse testamento moriens Romanis reliquit. Ceterum hos Cyrenensium legatos Memphi Regem adiisse tradit Arrianus lib. III. Diodorus autem tum demum occurrisse, cum jam medium iter ad Hammonem confecisset.

[i] *Terram oculis*] Tam vasta solitudo fuit, ut arenis itinerum vestigia delentibus, siderum aspectu, ut in mari, regenda via esset.

ora; cum repente, sive illud Deorum munus, sive casus fuit, obductæ cœlo nubes condidere solem: ingens æstu fatigatis, etiamsi aqua deficeret, auxilium. 14. Enimvero, ut largum quoque imbrem excusserunt procellæ, pro se quisque excipere eum, quidam ob sitim impotentes sui, ore quoque hianti captare cœperunt. 15. Quatriduum[j] per vastas solitudines absumtum est. Jamque haud procul oraculi sede aberant; cum complures corvi[k] agmini occurrunt, modico volatu prima signa antecedentes: et modo humi residebant, cum lentius agmen incederet; modo se pennis levabant, antecedentium iterque monstrantium ritu. 16. Tandem ad sedem consecratam Deo ventum est. Incredibile dictu, inter vastas solitudines sita, undique ambientibus ramis, vix in densam umbram cadente sole contecta est:[ɛ] multique fontes dulcibus aquis passim manantibus alunt sylvas. 17. Cœli quoque mira temperies, verno tempore[l] maxime similis, omnes anni partes pari salubritate percurrit.[λ] 18. Accolæ sedis[m] sunt ab Oriente proximi[n]

[ɛ] *Solis radiis vix inter spissas frondes penetrantibus.*
[λ] *Æqualiter salubris per omnes anni tempestates durat.*

Schmieder. Verba: *siccaque et adusta erant omnia*, pro glossemate habet Bothe. Pith. *obducto cœlo.* Pal. 1. *aqua deficiet.* Vide Not. Var.—14 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *ob sitim inobtentis sui;* Voss. 2. *ob s. inobtentus;* Pal. 1. *obsiti impotentes sui.*—15 Pal. 1. *sedet aberant.* Voss. 2. *agmini incurrunt.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *cedentium* pro *antecedentium.* Voss. 1. et Bong. 2. *interque m. ritu.*—16 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ed. pr. Venet. Ald. Colin. Gryph. Bas. Junt. Erasm. Lugd. et Amst. *solitudines, ita undique;* Modio præeunte, Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Bothe: *solitudines sita, undique.* Freinshemius scriberet: *Tandem ad s. D. c. ventum: ea (incredibile dictu) i. v. s. sita, &c.* Heinsius: *solitudines, ita undique eam ambientibus r. v. i. d. u. pervadente sole, &c.* Col. *itaque undique, &c.* Pro *contecta est* Erasm. *contacta est.* Voss. 2. *multi fontes.* Pith. *manantibus passim.*—17 Florent. et Voss. 1. *verno tepori,* rectissime, inquit Cunz. 'Vulgatæ lectionem duorum codd. *verno tepori* præferrem, nisi in Diodoro haberetur: *ταῖς ἐαρναῖς ὥραις.*' *Schmieder.*—18 Amst.

NOTÆ

[j] *Quatriduum*] De itineris spatio a Mareotide ad Hammonem unus diserte loquitur Diodorus, lib. XVII. octo omnino dies in itinere positos scribens.

[k] *Complures corvi*] Aristobulus apud Arrianum duos apparuisse corvos testatur; Ptolemæus autem apud eundem, dracones fuisse tradit. Sed Aristobulo plures consentiunt.

[l] *Verno tempore* [*tempori*] Fortasse *tepori* melius.

[m] *Accolæ sedis*] Ad Occasum Ægypti secundum Mediterranei Maris

Æthiopum: in Meridiem versus Arabes spectant, 'Troglodytis'[o] cognomen est: quorum regio usque ad rubrum mare excurrit: 19. at qua vergit ad Occidentem, alii Æthiopes colunt, quos 'Scenitas'[p] vocant: a Septemtrione Na-

et Lugd. *Æthiopiam.* Pal. 1. *in M. versum Tragoditis;* Dan. Pal. 3. Florent. Leid. et Voss. 2. *Tragoditis in M. versam Arabes spectant: Tragoditis nomen est;* Bong. quem Gruterus vidit: *in M. versam A. spectat: Trogoditis nomen est;* Venet. Mediol. Veron. Junt. Mer. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. et Col. *in M. versi Arabes spectant, Troglodytis cognomen est;* Bong. 1. 2. pro *versi* habent *versatus,* et *Tragoditis* pro *Trogloditis;* Voss. 1. *M. versam A. spectant Troglodytis, &c.* Vide Not. Var.—19 Dan. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *a qua vergit;* Ald. *at quæ.* Florent. Leid. Voss. 2. Bong. 2. Pith. et Fauch. *ad occidentalem;* Venet. Mediol. Veron. et Mer. omittunt *ad.* Bong. et Voss. 1. *Simnos vocant;* Ald. Frob. et Lugd. *Symnos vocant;* Florent. Theocr. Leid. et Voss. 2. *Simnos vocant;* Mer. Bas. et Col. *Symnos vocant.* Dan.

NOTÆ

littus occurrit primum Libya quam exteriorem vocant, tum Marmarica, inde Cyrenaica Pentapolis; quam excipit Africa proprie dicta. Quanquam priores tres ita distinguuntur finibus, ut singularum nomine sæpe vocetur quicquid terrarum inter Minorem Africam atque Ægyptum intercipitur. Inde factum est ut Hammonis Templum, quod in illa exteriore Libya, non procul Marmaricæ finibus, visebatur, alii in Cyrenaica, alii in Marmarica, alii in Libya collocarint.

[a] *Proximi*] Procul hinc quidem utraque Æthiopia, Superior et Inferior: illa supra Ægyptum ad Nilum flumen et Arabicum Sinum, Oceanumque Æthiopicum; ista etiam longius ultra Æquatorem protensa: procul etiam Troglodytarum Arabum et Nasamonum regiones, quorum illi inter Ægyptum et Rubrum Mare, isti ad oram Syrtis in Africa Minore incolunt. Ergo non aliter videtur defendi posse a multiplici errore Curtius, quam si dixerimus fuisse aliquas Æthiopum extra Æthiopiam, extra Africam proprie dictam aliquas Nasamonum Colonias: Troglodytas vero non tam propria gentium esse nomina, quam populorum in antris viventium communia. Sed, ut hæc ita sint, tria tamen graviter peccasse Curtium nemo inficias iverit. Primum in Troglodytis Hammoniorum vicinis, quod eos Troglodytis ad Rubrum Mare Arabibus, tam longe hinc dissitis, conjungat. Alterum pæne par, quod Nasamones Hammonis accolas cum Nasamonibus Africæ populis ad utramque Syrtim confundat; a quibus tota Marmaricæ et Cyrenaicæ latitudine divisi erant. Tertium, quod eosdem a septemtrione ponat, qui ab occasu erant collocandi, ut apud Ptolemæum videre est tabula Africæ 3.

[o] *Troglodytis*] A τρώγλη, *caverna*, et δύω, *ingredior*, Troglodytæ dicti sunt, populi in speluncis degere assueti, quales fuisse non modo in Arabia, quam diximus, Troglodytica, verum etiam in Æthiopia, et circa Pontum, ex Plinio, Æthico, et Strabone, &c. cognoscimus. Dicuntur et Trogodytæ a τρὼξ, τραγὸς, quod idem atque τρώγλη.

[p] *Scenitas* [*Simos*] Quid hoc loco scripserit Curtius, plerique addubitant. *Simnos, Symnos,* quos libri offerunt, nemo Geographus uspiam re-

samones [q] sunt, gens Syrtica,[r] navigiorum spoliis quæstuosa:[i] 20. quippe obsident littora, et æstu destituta navigia notis sibi vadis occupant.[j] Incolæ nemoris, quos 'Hammonios' vocant, dispersis tuguriis habitant: medium nemus pro arce habent, triplici muro circumdatum. 21. Prima munitio[s] tyrannorum veterum regiam clausit: in proxima conjuges eorum cum liberis et pellicibus habitant; hic quoque Dei oraculum est: ultima munimenta satellitum armigerorumque sedes erant. Est etiam aliud Hammonis nemus: 22. in medio habet fontem, 'aquam Solis'[t] vo-

[i] *Gens ex navium interceptarum spoliis ditescens.*

[j] *Per vadosa loca ipsis cognita invadunt naves, quæ recedente maris fluctu hærent in brevibus.*

Pith. Put. Bong. 2. Florent. et Fauch. *gens Tyrtica;* Bong. 1. *g. Tyrticia;* Voss. 2. *gens Tirtica;* Pal. 1. *g. Tyricha;* Ald. *gens nutrita.* Voss. 1. *spoliis. questuosa;* Pith. *sp. copiosa.*—20 Pith. *sibi lidis occupant.* Vulgo *quos Ammonios;* Voss. 2. *quos Ammonicos;* Bas. *quos Hammonicos.*—21 'Pal. Dan. Pith. Put. Fauch. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ed. pr. Venet. Rom. Mediol. Veron. Ald. et recentt. *veterem regiam.* Recepi Sebesii conjecturam, præeunte Cellario, *veterum.* Diodor. *τῶν ἀρχαίων δυναστῶν βασιλεία.*' *Schmieder.* In Bong. 2. vox *pellicibus* extat in litura. Alii *habitabant* pro *habitant.* Voss. 2. *armigerorum sedes,* omisso *τῷ que.* Theocr. omittit *sedes.*—22 Florent. et Leid. *Est et aliud;* Voss. 1. omittit *etiam.* Voss. 2. *habent fontem.* Pal. 1. *fontem*

NOTÆ

perit. *Scenitas* in antiquis codicibus legi affirmat Raderus; et sane quosdam Æthiopum *Scenitas* esse, hoc est, in tentoriis degere, antiqui juxta et recentiores produnt. Sed propius accedit ad scripturæ vestigia, quod legimus *Simos.* Hi colonia quædam fuerunt Æthiopum, et ipsi Nomades, adeoque Scenitæ, ut ex Agatharchide discimus apud Photium 250. cap. 26.

[q] *Nasamones*] 'In ora Syrtis,' inquit Plinius, 'Nasamones, quos antea Mesammones Græce appellavere, ab argumento loci,' quod mediis in arenis habitarent: a *μέσος, medius,* et *ἄμμος, arena.*

[r] *Gens Syrtica*] Syrtes loca quædam in Maris Africi littore, quibus, inquit Sallustius, nomen ex re inditum: 'Nam duo sunt sinus prope in extrema [Orientem versus] Africa; impares magnitudine, pari natura;... ubi mare magnum esse et sævire ventis cœpit, limum arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt; ita facies locorum cum ventis simul mutatur.' A *σύρω* itaque, quod est, *traho,* Syrtes appellatæ, quod in ea loca limus et arena maris æstu ac procellis trahantur, quibus impactæ naves adhærescunt. Vulgo dicimus, *les Seches de Barbarie.* Inde quævis brevia in mari 'Syrtes' dicuntur, *des bancs de sable.*

[s] *Prima munitio*] Primam intellige intimam, et in ipso arcis ac nemoris velut umbilico inclusam. *Veterem*] Alii *veterum.*

[t] *Aquam Solis*] In ejus fontis miraculo describendo omnes prope Cur-

Q. Curt. *pag.* 274.



cant: sub lucis ortum tepida manat; medio die, cum vehementissimus est calor, frigida eadem fluit; inclinato in vesperam calescit; media nocte fervida exæstuat; quoque propius nox vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrescit; donec sub ipsum diei ortum assueto tepore languescat.[t] 23. Id quod pro Deo colitur, non eandem[u] effigiem habet, quam vulgo Diis artifices accommodaverunt:[x] umbilico[y] maxime similis est habitus,[z] sma-

[t] *In solitam temperiem defervescat.*
[x] *Qualem plerumque opifices simulacrorum Diis tribuerunt.*

quem Solis vocant; Florent. Leid. Voss. 1. Boug. Lugd. et Amst. *fontem: Solis aquam.* Voss. 2. *sub l. ortu.* Boug. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Lugd. et Amst. *cujus vehementissimus.* Pal. 1. *in vesperum.* Theocr. *incalescit.* Voss. 2. *fervide estuat cum propius;* Leid. etiam *cum.* Bong. Amst. et Lugd. *nox propius.* Col. et Mer. *tempore languescit.*—23 *Id pro Deo* Pal. 1. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *quod non eandem* Voss. 2. Mox Florent. *umbilico maxime similis est habitus zmaragd. et gem. coagment.* Leid. *umb. maxime s. est*

NOTÆ

tio consentiunt; de loco plurimum et ab isto et inter se discrepant: Plinius lib. II. cap. 103. in Troglodytis reponit. Idem lib. V. cap. 50. ad Debrim, Garamantum urbem, quod et Ptolemæus fecit; Arrianus vero in ipso oraculi nemore, quod unicum describit. Causas porro hujus miraculi qui nosse volet, adeat de his disserentes Lucret. VI. 848. Plinium locis citatis, Solinum, c. 27.

[u] *Non eandem*] Humanam videlicet, qua vulgo Dii exhibentur. Atqui Arnobius lib. VI. ex Hammone Martem, ex Marte vicissim Hammonem fieri posse asserit, si alterius arma cum alterius cornibus commutaveris: ex quo non obscure conjicias, exceptis arietinis cornibus, nihil ab humana forma discrepasse Hammonem. Et vero eam ob causam addita fuisse docet Diodorus Sicul. lib. III. quod Hammon ille, Libyæ Rex, galeam arietinis cornibus insignem gestare consuevisset.

[y] *Umbilico* [*umbriculo*] Magna hic legendi interpretandique varietas. Scribebant alii sic: *umbilico tenus arieti similis est.* Recte fortasse, nisi reclamarent veteres libri omnes, ubi nusquam hæc verba *tenus arieti.* Hoc autem non emendare, sed depravare est. Alii, veterem secuti scripturam: *umbilico maxime similis est.* Sed quid tandem ' umbilicus ' ille? Scio non deesse exempla Numinum, quæ sub informi hujuscemodi specie colerentur; nec absurdius pro Jove umbilicum, quam pro Venere conum aut pyramidem, pro Cybele lapidem adorari. Verum, id si ita est, ubi corniger Hammon? Ubi arietis forma, quam ceteri vulgo tribuunt scriptores? aut quo pertinet illa conspecti arietis fabula? Aliter alii hunc nodum expediunt. Sunt qui arietina cornua ἀλληγορικῶς affingi velint; quod responsa ederet propter ambiguitatem veluti tortuosa. At enim nec solus Jupiter, nec in hoc solum templo perplexa reddebat oracula; cur igitur aut unus hic, aut uno hoc

ragdo [x] et gemmis coagmentatus. 24. Hunc, cum responsum petitur, navigio aurato [y] gestant sacerdotes; multis argenteis pateris ab utroque navigii latere pendentibus sequuntur matronæ virginesque patrio more inconditum quoddam carmen canentes,[m] quo 'propitiari Jovem' cre-

[m] *Immodulatum quendam concinentes hymnum.*

---

habitus sm. et gem. coaucmentatus; Voss. 1. *umb. max. s. c. h. sm. et g. coamentatus;* Voss. 2. *umb. m. s. est. h. et smar. et gem. coagmentatus;* Dan. *Utimbrico m. simili est habitus sm. et g. coaugmentatus;* Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *Umbilico max. similis est habitus sm. et g. coagmentatus.* Bong. omittit *habitus*, et pro *smaragdo* habet *zmaragdo*. Vide Not. Var.—24 Leid. *responso petitur.*

NOTÆ

loco arietinis pingatur cornibus? Visum aliis sic distinguere Jovis effigiem ab eo quod pro Numine colebatur, ut ipse quidem arietis specie exhiberetur: sed aliud quiddam, smaragdo et gemmis in umbilici formam coagmentatum, ejus loco adoraretur. Hanc vim habere scilicet verba illa: 'id quod pro Deo colitur.' Sed quis non videt violentum id esse interpretandi genus? aut quis credat Jovem non ea qua conspectus credebatur, sed aliena rudique specie adoratum consultumque fuisse? Nullius ingeniosior conjectura quam Isaaci Vossii, cujus hic lectionem amplexi sumus. 'Ab 'umber,'' inquit, 'fit umbriculus, ut a 'venter' ventriculus,' &c. Est autem 'umber' spurium quoddam ovis genus, ex ove et musmone genitum, caprino villo, cornibus in anticam partem flexis, iisque ut plurimum geminis, nonnunquam etiam quaternis, immo et senis. Tales in Africa potissimum nascuntur. Græci ὑμβρίκια vocant; quo etiam nomine spurium quodlibet animalium genus apud eos significatur. Vide Plinium lib. VIII. cap. 49. Vossium in Melæ lib. I. cap. 8. Hanc ego lectionem ceteris præferendam censeo, quia, si minus vera, certe veræ simillima videri potest. Nec me multum movet hujus vocis novitas, nulli forte præterea Latino scriptori usurpatæ. Nam et ἀναλογίᾳ ipsa defenditur, et, qui dictionem Curtianam esse probarit, Latinam ostenderit. Illud gravius, quod hæc umbriculi species cum Arnobii loco parum convenire videatur. Verum id nunc non agitur, qualis Hammon reipsa fuerit, sed qualem Curtius hic describat. Deinde Arnobius et Curtius inter se, et cum ceteris scriptoribus, facile conciliari possunt, si quis attendat quæ de variis Hammonis formis habet Kircherus in Œdip. Ægypt. Syntag. III. cap. 6. Nam isti hoc unum ferme dicunt, Jovis Hammonii simulacrum arietino vultu fuisse; quod satis intelligitur, quamvis sola arietis cornua cum Arnobio tribuas. Curtii vero umbriculus genus est arietis Libyci.

[w] *Habitus*] Sic distinguendum censuimus, potius quam: *similis est; habitus smaragdo, &c.* Est enim 'habitus' hoc loco non vestis, sed species, forma, figura Numinis, ut ex Diodori verbis conjicere possumus. Et aliquin parum apte cohærerent ista, 'id quod pro Deo colitur,' et, 'umbriculo maxime similis est.'

[x] *Smaragdo*] Opportune; nam circum ea loca nasci smaragdum testis est Plinius, lib. XXXVII. cap. 5.

[y] *Navigio aurato*] Quæ causa fuerit gestandi aurato navigio Hammonis,

dunt, 'ut certum edat oraculum.' 25. At tum quidem regem propius adeuntem maximus natu e sacerdotibus 'filium'[z] appellat; 'hoc nomen illi parentem Jovem reddere' affirmans.[a] Ille 'se vero' ait, 'et accipere, et agnoscere;' humanæ sortis oblitus. 26. Consuluit deinde, 'an totius orbis imperium fatis sibi destinaret pater?' vates, æque in adulationem compositus, 'terrarum omnium rectorem fore ostendit.' 27. Post hæc institit quærere, 'an omnes[a] parentis sui interfectores pœnas dedissent.' Sacerdos 'parentem ejus' negat 'ullius scelere posse violari: 28. Philippi autem omnes interfectores luisse supplicia:' adjecit; 'invictum fore, donec excederet ad Deos.' Sacrificio

[a] *Testatus patrem Regis Jovem hoc ipsi nomen attribuere.*

Frob. Bas. Mer. et Col. *cum multis.* Voss. 1. omittit: *argenteis pateris ab utroque navigii latere.* Paulo post, Voss. 2. *reddat oraculum.*—25 *Ac tum* Florent. Leid. Voss. 2. Bong. Bas. Amst. et Lugd. *propicius adeuntem* Voss. 1. *propius accedentem* Voss. 2. *Jovem parentem* Bong. *credere appellans affirmat* Voss. 2. *Ille severo se ait* Dan. *Ille vero ait* vulgg. *Ille se vero et accipere se ait* Lugd. *Ille se vero ait* Pal. 1. Mer. Bas. et Frob. *Ille se vero et accipere ait* Bong.—26 Florent. Leid. Bong. et Dan. *satis* pro *fatis.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. Venet. Veron. Mediol. Mer. Bas. et Col. *destinaret. Pater æque,* omisso *vates;* Frob. *vates æque.* Modius deleret τὸ *pater.* Dan. *adultionem,* et correctum ab al. m. *adulationem.*—27 Pal. 1. *S. parentis ejus interfectorem negat.* Voss. 1. *illius scelere.*—28 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. omittunt *interfectores.* Bas. *accederet ad Deos.* Ald.

NOTÆ

haud promtum est divinare. Hanc refert Hervartus ad suam de Nautica Pyxide Conjecturam, minus felici invento. Eam forte probabilius quis repetat ex Strabonis lib. XVII. cujus hæc verba sunt: 'Et, ut ex multis deprehendi argumentis potest, templum illud [Hammonis] prius in littore stabat, atque hæc loca maritima erant.' Vide etiam ejusdem lib. I.

[z] *Filium*] 'Sunt,' inquit Plutarchus, 'qui dicant vatem Græce dicere volentem ὦ παῖδιον, per barbarismum παῖ Διὸς pronuntiasse.' Id ab Alexandro ejusque adulatoribus oraculi loco acceptum, quasi παῖ Διὸς, *Jovis fili,* dixisset. Nimis id quidem subtile. Nam consilio sic appellasse declarat, quod addit Curtius, 'hoc illi nomen parentem Jovem reddere.' Nec dubitare sinit Justinus; quo auctore constat, omnia hic acta ex composito, cum subornati sacerdotes, conficto ad gratiam mendacio, Regem Jove natum testati sunt: quæ ille commento, vel suam matrisque infamiam abolere, (ferebatur enim ex alio quam ex Philippo satus,) vel Bacchi et Herculis gloriam æmulari, vel populorum animos ad sui venerationem metumque traducere studuit.

[a] *Omnes*] Atqui Alexandro Lyncistæ pepercerat. Vide Suppl. lib. I. cap. 10. et infra lib. VII. cap. 1.

deinde facto, dona et sacerdotibus et Deo data sunt; permissumque amicis, 'ut ipsi quoque consulerent Jovem.' Nihil amplius quæsiverunt, quam, 'an auctor esset sibi divinis honoribus colendi suum regem.' 'Hoc quoque acceptum fore Jovi' vates respondit; ['ut ipsi victorem regem divino honore colerent.'] 29. Vere et salubriter æstimanti fidem oraculi[o] vana profecto responsa videri potuissent: sed fortuna, quos uni sibi credere coëgit, magna ex parte avidos gloriæ magis, quam capaces facit.[p] 30. 'Jovis' igitur 'filium' se non solum appellari passus est; sed etiam jussit:[b] rerumque gestarum famam, dum augere vult tali appellatione, corrumpit.[c] 31. Et Macedones, assueti quidem regio imperio, sed majore libertatis umbra,[q] quam ceteræ gentes, immortalitatem affectantem contumacius, quam aut ipsis expediebat, aut regi, aversati

[o] *Recte et sapienter consideranti quæ fides esset responsi.*

[p] *Quos prospera sors sibi soli fidem habere compulit, eos ut plurimum reddit magis gloriæ cupidos, quam ad eam moderate ferendam idoneos.* [q] *Specie.*

Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *et Deo facta sunt;* liber scriptus Aldi: *et D. factæ sunt.* Voss. 2. *permissum amicis,* omisso *τῷ que.* Pith. *ipsi c. Jovem,* omisso *τῷ quoque.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bas. *quæsierunt.* Voss. 2. *ut auctor esset.* Bong. Dan. Florent. et Leid. *sui regem.* Bong. 2. et Voss. 1. omittunt: *acceptum f. J. v. r. ut i. v. r. d. h. colerent.* Dan. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 2. *respondent,* et cum Theocr. omittunt: *ut i. v. r. d. h. colerent.* 'Et non immerito ex glossa esse censentur.' *Schmieder.*—29 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Mer. et Col. *vera et salubri æstimatione;* Bong. præter Pith. *salubria;* Bas. *vera et salubri æstimatione: fidem oraculi æstimanti;* Voss. 2. *vera et salubria extimatione.* Ald. Colin. Gryph. *fides oraculi;* Aldi membranæ *quidem oraculi.* Dan. et Bong. *responsi;* Pal. *responsa sicut videri;* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *responsa si videri.* Pal. 1. *quos ubi sibi;* Voss. 2. *quos sibi uni.* Amst. Lugd. aliæ, *cogit* pro *coëgit.*—30 Pal. 1. *augeri vult.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Frob. Lugd. et Amst. *corrupit;* 'quod recepissem, si præcederet *voluit,* non *vult.*' Schmieder.—31 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *sed in majore.* Multæ edd. vett. omittunt *affectantem.* Voss. 2. *quam ipsis,* omisso *aut.* Ald. Col. Gryph. *adversati sunt;* Mer. *tergiversati*

NOTÆ

[b] *Jussit*] Post devictum Persarum imperium, lib. VIII. cap. 5.

[c] *Corrumpit*] Sive enim non persuaderet se Jovis esse filium, notam sibi inurebat insanæ ambitionis; sive persuaderet, non poterant in Jovis filio admirabilia esse, quæ, si ab homine essent profecta, instar prodigii habita forent.

sunt.[d] 32. Sed hæc suo quæque tempori reserventur. Nunc cetera exequi pergam.

VIII. 1. Alexander ab Hammone rediens,[a] ut [a mari] ad Mareotim[b] paludem, haud procul insula Pharo[c] sitam, venit, contemplatus loci naturam, primum in ipsa insula statuerat urbem novam condere. 2. Inde, ut apparuit, magnæ sedis insulam haud capacem, elegit urbi locum,[d] ubi nunc est Alexandria,[e] appellationem trahens ex nomine[f] auctoris.

sunt; Voss. 2. *aut versati sunt*.—32 *Sed h. s. quoque* edd. vett. *tempore* Voss. 2. Ald. et Mer. *assequi pergam* Voss. 2.

1 'Videntur ista: *a mari*, [ita Ed. pr. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Snak. Bip. Cunz. et Both.] scribentis errore, ex primis literis sequentium nata. In quatuor codd. [Florent. Leid. et Voss. 1. 2.] deficiunt: *ut a mari ad*; alii [nt Pith.] habent: *rediens in Mareotim*; alii, [nt Bong.] *ut Mareotim*.' Schmieder. Voss. 2. *insula Phare*.—2 Voss. 1. *ut apparuerat*. Dan. Bong. Pal. 1. et Leid. *capacem esse*; Voss. 2. *capacem fore*. Leid. et Dan. *Alexandri*. Ald. *C. qui quicquid*; Bong.

NOTÆ

[d] *Aversati sunt*] Exempla dabunt Philotas, Callisthenes, Hermolaus, &c. suis locis.

[a] *Rediens*] Arrianus et Plutarchus prius inchoatam Alexandriam referunt, quam ad Hammonem iter instituerit: Curtio consentiunt Diodorus et Justinus. Neutrum certa ratio aut probat aut refellit; sed illis magis favet, quam istis, temporis ratio, sive quo Ægyptum ingressus est, sive quo discessit.

[b] *Mareotim*] De Mareotide dictum cap. 28.

[c] *Pharo*] Pharus, insula, si Stephano credimus, a Pharo Menelai proreta nomen accepit, quod a serpente ictus ibidem humatus esset. *Haud procul*] Eam tamen Homerus Odyss. A. describit unius diei navigatione a continenti dissitam. Quod si verum est, multum oportuit terræ aggestum esse, ut sequentibus sæculis continens ad insulam aggere jungi posset. Equidem magnam Ægypti partem ex advectis Nilo fluvio terris extitisse Justinus et Strabo indicant. In ea insula turris fuit præcelsa, Sostrati Cnidii opus; cujus e fastigio suspensa fax portum ex alto navigantibus monstraret. Inde Phari nomen inditum facibus, quæ edito ex loco noctu accensæ portum nautis procul indicant.

[d] *Urbi locum*] Non usquequaque nudo et vacuo solo urbem novam Alexander excitavit. Nam ex Strabone constat vetustos Ægyptiorum Reges, loci opportunitate conspecta, oppidum ibi exstruxisse Rhacotin, quæ postea pars Alexandriæ fuerit; ut non temere scripserit Hieronymus in Epitaphio Paulæ, 'urbem No,' quæ ipsa Rhacotis est, 'postea versam esse in Alexandriam;' nec culpandus videatur, quisquis est, noster interpres, qui Ezechielis cap. XXX. vs. 14. 15. 16. inter urbes Ægypti primarias Alexandriam memorat, quamvis anticipato nomine.

[e] *Alexandria*] Hæc illa urbs est Ægypti regia, tot scriptorum monumentis celebrata; de cujus amplitudine, magnificentia, divitiis, emporio,

Complexus quicquid loci est inter paludem et mare, octoginta stadiorum[g] muris ambitum destinat; et, qui exædificandæ urbi præessent,[h] relictis, Memphim[i] petit. 3. Cupido, haud injusta quidem, ceterum intempestiva, incesserat, non interiora modo Ægypti, sed etiam Æthiopiam invisere. Memnonis[j] Tithonique celebrata regia cognoscen-

Voss. 2. Lugd. et Amst. *C. q. soli.* Florent. Leid. et Voss. 1. *ac mare.* Pal. 1. *destinat; qui*, omisso τῷ *et.* Edd. vett. cum Ald. Colin. Gryph. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cuns. et Both. *qui ædificandæ;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *qui ex ædificandæ*, quod recepit Schmieder. —3 Pal. 1. et Dan. *aut injusta;* et Dan. ab al. m. *haud.* Voss. 1. *incesserunt.* Voss. 1. 2. *Æthiopiam.* Bong. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Titonisque;* Dan. *Totonisque*, et ab al. m. *Titonisque;* Pal. 1. *Thitonisque.* Voss. 2. *cele-*

NOTÆ

templis, palatiis, bibliotheca, ceterisque monumentis, nec pauca referre convenit, nec omnia fas est in tam brevi opere dicere. Consule sis Strabonem lib. XVII. Hirtium de Bello Alexandrino, Marcell. lib. XXII. Hodie vix quicquam superest de antiqua illa magnificentia, propter quam 'vertex omnium urbium' dicta fuerat. Quippe, collabente Romanorum Imperio, simul cum reliqua Ægypto venit in Saracenorum potestatem anno Christi circiter 636. translataque Babylonem sive Cairum regni sede, paulatim deseri cœpta est; tum anno 1365. a Petro, Cypriorum Rege, magnam partem capta et incensa est; ex quo, nemine reparante, sensim in ruinas abierunt illius pleraque. Vide Bellonium, Marmolium, &c. Jacta sunt ejus fundamenta ab Alexandro sub Olymp. 112. annum 2. Si Juliani anni formam attendas; regni ipsius 5. U. C. 422. ante æram Christi 332. Sed primus adhuc labebatur annus Græcus Olymp. 112. ab isto enim Ptolemæus annos Alexandri inchoat in Canone. Eusebius septimo Alexandri anno tribuit, sed forte ad operis finem respexit. De Livii, Solini, Eutropii, aliorumque erroribus circa hanc epocham Petavius de Doctr. lib. X. cap. 37.

[f] *Nomine*] Nec vero unam hanc de suo nomine urbem appellavit; nam et alias infra videbimus ab eo conditas ejusdem nominis, et plures etiam ab diversis auctoribus memorari ad usque octodecim, testis est Dionysii Perieg. Scholiastes vs. 254. Nisi forte ex una quandoque plures fiunt; vel aliquæ ab aliis conditæ, et Alexandri nomine appellatæ sunt.

[g] *Octog. stadiorum*] Hoc est, passuum decies mille. *Muris*] Forte *muri ambitum.*

[h] *Præessent*] Horum princeps fuisse fertur Dinocrates, quidam Macedo, insignis architectus; quem Hirtius 'Dinocharem' seu 'Democharem;' Plutarchus 'Stasicratem;' Ælianus 'Chinocratem;' vulgati Strabonis codices lib. XIV. 'Cherasinocratem' corrupte vocant; cum Mss. teste Casaubono, 'Dinocratem' exhibeant.

[i] *Memphim*] De Memphi supra, cap. 1. De Æthiopia cap. 7.

[j] *Memnonis*] Fuit Memnon Tithoni filius, ex Aurora, ut Poëtæ fabulantur, Tithoni pater; vel, quod alii rectius putant, frater erat Laomedon

dæ vetustatis avidum trahebat pæne extra terminos solis.[k] 4. Sed imminens bellum, cujus multo major supererat moles, otiosæ peregrinationi tempora exemerat. Itaque Ægypto[l] præfecit Æschylum Rhodium et Peucesten Macedonem; quatuor millibus militum in præsidium regionis ejus datis: 'claustra Nili fluminis Polemonem[m] tueri' jubet: triginta ad hoc triremes datæ. 5. Africæ[n] deinde, quæ Ægypto juncta est, præpositus Apollonius: vectigalibus ejusdem [Africæ] Ægyptique Cleomenes. Ex

---

bratam regiam. Pith. *terminum solis.*—4 Pith. *superat moles.* Pal. 1. *otiose peregrinanti;* unde Scheffer. suspicabatur, veram lectionem esse: *otiose peregrinandi.* Amst. *Ægypto præfecerat.* Pith. Fauch. Florent. et Leid. *Hesculum;* Bong. 2. et Voss. 1. *Hæsculum;* Voss. 2. *Oseulum todium;* Bong. 1. *Heseuloem;* Mer. Erasm. Bas. et Col. *Esquilum.* Voss. 2. *et Pendesten Macedonem.* Pith. *castra Nili.* Bong. Leid. et Voss. 1. *Polimonem;* Dan. *Polymonem;* alii *Polymenem.* Dan. *triens datæ,* et ab al. m. correctum *triremes.*—5 *Africæ* Voss. 2. 'Vocem *Africæ* secundo loco cum Rutgersio pro glossemate habeo.' *Schmieder. Clemens* pro *Cleomenes* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Dan. Pal. 1. Col. et Bas. sed deest in Voss. 2. pro quo Ald. et Mer. exhibent

NOTÆ

Trojæ Rex. Quare Memnon patrueli Priamo suppetias tulit, Æneid. I. 493. 'Et nigri Memnonis arma.' Quod si non plures fuerunt ejusdem nominis, oportet unum eundemque non Æthiopiæ solum et Ægypto, sed etiam maximæ Asiæ parti imperasse. Nam eorum regia, ut mox dicemus, in Thebaide sita (ubi et celebris illa Memnonis statua) satis indicat Æthiopum eos ac Ægyptiorum reges extitisse; tum quod Strabo refert lib. XV. a Tithono Memnonis patre Susa esse constructa, hujus urbis arcem Memnonium vocari, ipsumque Memnonem juxta Paltum Syriæ et flumen Badam sepultum prodi; hæc, inquam, argumento sunt Asiæ quoque dominatos esse; quod ex Thebaicis monumentis apud Strabonem confirmatur. Idque ipsum illa Tithoni et Auroræ fabula adumbrari crediderim. Sed illud credibilius, plures fuisse Tithonos, vel certe Memnonas, quos Græci suo more in unum confuderint.

[k] *Terminos solis*] Immo hercle vix ad terminos solis. Nam sive Thebis, sive in Abydo urbe fuit hæc regia, non parum citra Cancri Tropicum erat, cum infra Syenen utraque urbs esset.

[l] *Ægypto*] Præsidiis Macedonum quæ in Ægypto reliquit: nam regionem totam Doloaspi Ægyptio administrandam commisit, ut auctor est Arrianus.

[m] *Polemonem*] Duos hic videtur Curtius in unum confundere, cum Arrianus lib. III. alterum Pelusio oppido, alterum classi triginta navium præfectum scribat; illum Megaclis filium, hunc Theramenis.

[n] *Africæ*] Africæ latius sumtæ partem intelligit, quam supra descripsimus, Libya, Cyrenaica, et Marmarica constantem: nam Africa proprie dicebatur, quæ a Libya, vel Cyrenaica, ad Mauritaniam usque pertinebat secundum maris littus.

finitimis urbibus commigrare Alexandriam jussis, novam urbem magna multitudine implevit. 6. Fama est, 'cum rex urbis futuræ [o] muros polenta, ut Macedonum [p] mos est, destinasset, avium greges advolasse, et polenta esse pastas; cumque id omen pro tristi a plerisque esset acceptum, respondisse vates, magnam illam urbem advenarum [q] frequentiam culturam, multisque eam terris alimenta [r] præbituram.' 7. Regem, cum secundo amne defluere, assequi cupiens Hector, Parmenionis filius, eximio ætatis flore, in

---

demens. Freinsh. suspicatur: *Rex finitimis urbibus.* Pith. *multitudine replevit.* —6 Bong. Florent. et Leid. *urbem futuri;* Voss. 1. *urbis futuri;* Voss. 2. *urbem futuris;* nonnullæ edd. vett. *urbi futuris;* Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Mer. Freinsh. Snak. Barb. Bip. et Cunz. *urbis futuris muris polentam.* 'Locus sine dubio mendosus. Modius omnium optime conjecit: *urbis futuræ muros polenta, &c.* vereor, ne librarius quidam hæc verba ex ingenio suo inseruerit.' *Cunz.* Ita etiam conj. Gronov. et ita ediderunt Maitt. Tell. Cellar. Pitisc. et Bothe. Bong. 1. *urbis* pro *muros.* Dan. Pal. 1. Bong. Florent. et Voss. 1. *polenta.* Modius ex conj. *designasset.* Vide Not. Var. Voss. 2. *devolasse.* Erasm. Bas. et al. vett. *polentam esse pastas;* Mod. *polentam depastas.* Pal. 1. *tristi habentur a.* Voss. 2. *respondere . . . cultatam culturam;* Voss. 1. *frequentium* pro *culturam.*—7 Dan. et Voss. 2. *secundo amni.* Pal. 1. *defluere.* Leid.

NOTÆ

[o] *Urbis futuræ*] Lectionem hanc Gronovii ceteris facile anteferendam censuimus, quæ parum cum phrasi Curtiana, vel cum historiæ veritate conveniunt. Nam *destinare urbem futuris muris συνεδοχικῶς* dici, quasi, secundum futuros muros, vereor ut Curtius probaret; qui vero sic legunt: *urbis futuris muris polentam . . . . destinasset,* ii nec vim hujus verbi propriam satis attendunt, nec rei gestæ veritatem; cum ex aliis scriptoribus constet jam sparsam fuisse designandis muris, non paratam solum in eum usum farinam, tunc cum ab avibus depasta fuit. 'Destinare' enim, designare, est, ut optime notat Gronovius ex Virgilio in Culice vs. 390. 'Locum capit, hunc et in orbem Destinat.' Tum ex Vegetio II. 10. atque ex Livio quorum verba laudat. Addere poterat Curtium ipsum lib. VI. cap. 9. lib. IX. cap. 7. et. 9.

[p] *Macedonum*] Hoc solus Curtius; qua fide, dubium. Certe Arrianus, Plutarchus, Strabo, Valerius Maximus, et Marcellinus, non consilio sed casu factum scribunt, ut, calcis vel cretæ penuria, cujus in ea re usus erat, farina adhibita fuerit.

[q] *Advenarum*] Frequentiam advenarum invitavit non solum portus commodissimus et emporii celebritas, sed etiam liberalium artium studia, quæ in hac urbe, si usquam alias, floruerunt. Vide quos laudavimus scriptores, et, si lubet, præterea Diodorum lib. XVII.

[r] *Alimenta*] Satis quidem constat magnam ex ea urbe frumenti vim exportari solitam, cum in alias oras, tum Romam, præcipue florente imperio, deinde Constantinopolim; ex quo Magni Athanasii hostes ejus quondam apud Constantinum calumniandi ansam arripuisse leguntur.

paucis Alexandro carus, parvum navigium conscendit, pluribus, quam capere posset, impositis: itaque mersa navis omnes destituit: 8. Hector, diu flumini obluctatus, cum madens vestis et astricti crepidis pedes natare prohiberent, in ripam tamen semianimis evasit; et ut primum fatigatus spiritum laxavit,[a] quem metus et periculum intenderant,[a] nullo adjuvante[b] (quippe in diversum evaserant alii) exanimatus est. 9. Rex amissi ejus desiderio vehementer afflictus est: repertumque corpus magnifico extulit funere.[c] Oneravit hunc dolorem nuntius mortis Andromachi,[t] quem præfecerat Syriæ: vivum Samaritæ cremaverant. 10. Ad cujus interitum vindicandum, quanta maxima celeritate potuit, contendit: advenientique sunt tra-

[a] *Statim atque respirationis meatum aperuit, quam periculi metus comprimere coëgerat.* [b] *Cum nemo esset qui opem ferret.*
[c] *Auxit hunc luctum.*

et Voss. 1. *Hæctor.* Dan. habet *in* ante *paucis*, sed aliud prius fuit. Voss. 1. *capere p. inoptis.* Voss. 2. *itaque rasa navis.*—8 Pal. 1. *in ripa tamen.* Bothe conj. *at ut primum, &c.* Voss. 2. *spiritum lassavit.* Pal. 1. Bong. Leid. Voss. 1. 2. et Mer. *intenderat.* Mer. *quippe in adversum.*—9 *Rex* deest in Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *vehementer affectus est* Theocr. Nonnullæ edd. post Modium: *extulit munere.* Leid. *quam p. Syriæ.* Bong. *cremaverunt;* Voss. 2. *decremaverant.*—10 Florent. Leid. et Voss. 1. *quanta max-*

NOTÆ

[a] *Spiritum laxavit*] Cum in ipso enatandi labore partim subitus pavor, partim admittendæ per os et nares aquæ periculum, respirationis vias diu occlusas tenuisset, longo et vehementi conatu distenta respirandi organa, repente deinde laxata, solito munere fungi non potuerunt, præsertim cum nullus adesset, qui ingesto in os cibo, aut infuso liquore, exhaustos spiritus suppleret, ac semianimem refocillaret.

[t] *Andromachi*] De Andromacho, Syriæ præfecto, supra, cap. 1. Hunc Samaritani coorta seditione vivum cremarunt. Oportuit ergo non Cœlesyriæ solum, quod supra Curtius significabat, sed etiam Judææ Samariæque præpositum fuisse, quod Eusebius testatur in Chron. et Cedrenus. *Samaritæ*] Samaria in Sacris Literis notissima civitas, Israëlitici regni metropolis, ab Amri Israëlitarum sexto Rege condita, annis ante Christum circiter 928. Nomen habuit a quodam 'Somer,' qui montem extruendæ urbi destinatum Regi vendiderat. Eam ab Joanne Hyrcano, Judæorum Pontifice, excisam Herodes magnus instauravit, et in gratiam Augusti Cæsaris 'Sebasten' appellari voluit. Ab ea regio ipsa 'Samaria' nuncupata est, quam hodie Arabum regulus obtinet, Turcorum vectigalis.

diti tanti sceleris auctores. 11. Andromacho deinde Memnona substituit: affectis supplicio, qui prætorem interemerant. Tyrannos, inter eos Methymnæorum [u] Aristonicum et Chrysolaum, popularibus suis tradidit: quos illi [e muris],[v] ob injurias tortos, necaverunt. 12. Atheniensium [w] deinde Rhodiorum [que] et Chiorum legatos audit. Athenienses 'victoriam' gratulabantur; et, 'ut captivi [x] Græcorum suis restituerentur,' orabant: Rhodii et Chii 'de præsidio' querebantur: omnes ea, quæ desiderare [y] visi, impetraverunt. 13. Mithylænis [z] quoque, ob egregiam in partes suas fidem, et pecuniam, quam in bellum impenderant, [obsides] reddidit, et magnam regionem finibus eorum

---

ime. Mer. *cædis auctores.*—11 Pith. *Memnona;* Leid. *Nemnona.* Biancardus ex Arrian. II. 13. 9. emendat *Menona;* sed vide supra ad Nostr. IV. 1. 4. *affectisque supplicio* Florent. et Leid. *Tyrannis* Pal. 1. *interque eos* Florent. et Leid. *inter eosque* Bong. *eos* deest in Voss. 1. *itaque eos* Voss. 2. *inter quos* Lugd. *interea* Amst. *Medimnæum* Pal. 1. *Mechimneorum* Voss. 2. *Medimeorum* Mer. Bas. et Col. *et Ersilaum* Pal. 1. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *et Horsil* Pith. *et Chorsil* Fanch. *e muris* omittunt Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 'nec scio an pro insititiis hæc verba habenda et prorsus abjicienda sint.' *Cunz.* 'At si vulgatam salvam censes, vel cum Cellario conjunge *e muris necaverunt*, h. e. e muris eos præcipitatos necaverunt, postquam ob injurias torti erant; vel junge: *e muris tortos*, ut poëtice dictum pro: e muris præcipitatos, projectos.' *Schmieder.*—12 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. omittunt τὸ *que* post *Rhodiorum.* Voss. 1. *victorium gratabantur.* Mer. *sui.* Mod. Lugd. Freinsh. Cell. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both. *æqua d. visi;* Dan. Pal. 1. Florent. Leid. Voss. 1. et edd. vett. *ea quæ d. visi;* Voss. 2. *ea,* omisso *quæ.* Mer. *jussi* pro *visi.* Voss. 2. *impetrabant.*—13 Pal. 1. *Mytilenam eis;* Voss. 1. et Ald. *Mithyleneis;* Bong. 1. *Mitilameis;* Mer. *Mytilenis.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. et Col. omittunt *suas.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *obsides;* 'quam

NOTÆ

[u] *Methymnæorum*] Methymna urbs in Lesbo insula; de qua hoc libro, cap. 5.

[v] *E muris*] Redundant hæ duæ voces; nisi forte pro *necaverunt* reponendum fuit *suspenderunt*, vel *præcipitarunt*, aut aliquid demum simile. Nec displicet Blankardi conjectura, sic restituentis: *quos illi ob injurias tortos in muris necaverunt*, quo nempe in omnium oculis pœnas darent.

[w] *Atheniensium*] De Athenis, vide Suppl. lib. I. cap. 2. 5. 6. &c. De Rhodo et Chio, supra egimus, cap. 1.

[x] *Captivi*] Id jamdiu ante postulaverant, cum adhuc ad Celænas esset, lib. III. cap. 1. ubi hoc solum responsi abstulerant, 'reddendos fimito Persico bello.'

[y] *Ea quæ* [*æqua*] *desiderare*] Legunt aliqui *ea quæ;* sed parum convenienter dici putem: *ea, quæ desiderare visi, impetraverunt.*

[z] *Mithylænis*] De Mitylene, vide cap. 1. hujus libri. De Cypro cap. 1. De Creta cap. 1.

adjecit. 14. Cypriorum quoque regibus, qui a Dario defecerant ad ipsum et oppugnanti Tyrum miserant classem, pro merito honos habitus est. 15. Amphoterus deinde, classis præfectus, ad liberandam Cretam missus, (namque et Persarum et Spartanorum armis pleraque ejus insulæ obsidebantur,) 'ante omnia mare a piraticis classibus vindicare' jussus: quippe obnoxium prædonibus erat, in bellum utroque rege converso. 16. His compositis, Herculi Tyrio[a] ex auro crateram cum triginta pateris dicavit: imminensque Dario[d] 'iter ad Euphraten[b] pronuntiari' jussit.

IX. 1. At Darius, cum ab Ægypto divertisse in Africam hostem comperisset, dubitaverat, utrumne circa Mesopotamiam subsisteret, an interiora regni sui peteret: haud dubie potentior auctor præsens futurus ultimis gentibus impigre bellum capessendi, quas ægre per præfectos suos moliebatur.[c] 2. Sed ut idoneis auctoribus fama vulgavit,[b] 'Alexandrum cum omnibus copiis, quamcumque ipse adisset regionem, petiturum:' haud ignarus, quam cum strenuo

[d] *Et in Darium properans.*

[c] *Potentius incitaturus per se ipse, ad arma celeriter capienda, remotas nationes, quas difficile movebat ope Satraparum.*

[b] *A nuntiis fide dignis profectus rumor.*

vocem si retinere vis, lege cum Freinshemio: *et obsides.*' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. et Mer. *finium*, omisso *eorum*.—14 Pal. 1. *et oppugnati*.—15 Ed. pr. Venet. Rom. Mediol. Vet. 1474. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *Persarum et Parthorum;* Dan. *P. et Parthenorum*, et, subditis punctis, *Parthorum;* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *P. et Parthanorum;* Voss. 2. *P. et Pirathorum;* Bong. 1. et Pal. 1. *P. et Sparthanorum;* Freinsh. in ed. 1. Cellar. Pitisc. Snak. Barb. Bip. Cuna. et Both. *P. et piratarum;* Freinsh. in ed. 2. Maitt. Tell. *P. et Spartanorum*, quod recepit Schmieder. Dan. et Bong. 2. *bello utrimque in regem conversi;* Bong. 1. *in bellum utrumque in regem;* Florent. Leid. Voss. 1. Venet. et Veron. *bello utrimque in regem converso;* Voss. 2. *bello utroque rege converso*.—16 Pith. *trigintis pateris*. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *pronunciari iter ad Euphraten*.

1 Bas. et Erasm. *cum Ægypto*. Florent. Leid. Dan. Pal. 1. et Bong. *devertisse;* Mer. *divertisse in Africam;* Voss. 2. *in Affricam;* et mox: *circa M. obsistaret*.—2 Voss. 2. *regionem ipse adiisset;* Pal. 1. *audisset*. Lugd. et aliæ

NOTÆ

[a] *Herculi Tyrio*] De hoc antea diximus, cap. 2.

[b] *Euphraten*] De Euphrate, Tigri, et Mesopotamia inferius, lib. v. c. 1.

res esset, ' omnia longinquarum gentium auxilia Babyloniam [a] contrahi' jussit. Bactriani Scythæque et Indi convenerant: nam [b] et ceterarum gentium copiæ partibus simul affuerunt.[e] 3. Ceterum, cum dimidio [c] ferme major esset exercitus, quam in Cilicia fuerat, multis arma deerant: quæ summa cura comparabantur. Equitibus equisque tegumenta erant ex ferreis laminis [d] serie inter se connexis: quis antea præter jacula nihil dederat, scuta gladiique adjiciebantur: 4. equorumque domandi greges pedi-

[e] *Ad exercitum Darii esse una adjunxerunt.*

multæ edd. *petiturus.* Pal. 1. *quam cum strenuior esset;* Pith. etiam *strenuior;* Fauch. *strenuior,* a m. sec. nam antea fuerat: *strenuiores;* Voss. 2. *quantum strenuiorum eo esset.* Vulgg. *Babylonem;* sed Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Mer. Frob. et Col. *Babyloniam.* Pith. omittit *simul.* ' Hæc verba: *nam et c. g. c. p. s. affuerunt,* in quibus explicandis viri docti frustra desudarunt, quibusque nullum idoneum sensum extorquere potuerunt, suo loco non esse, facile quisque videt. Equidem pro glossemate ea habeo, quod in margine additum erat, ut appareret, quonam modo fieri potuerit, ut hic Darii exercitus dimidio ferme esset major quam ille in Cilicia fuerat. Deinde autem in textum ipsum facile irrepsit. Itaque prorsus abjicienda; sin minus transferenda saltem sunt hoc modo: *in Cilicia fuerat; nam et ceterarum, &c.* Heum. conj. *partibus ejus.*' Cunz. Bothe conj. *convenerant; nunc et ceterarum, &c.*— 3 Voss. 2. *major exercitus,* omisso τῷ *esset;* et mox *equis,* omisso τῷ *que.* Leid. Voss. 1. Bong. 2. Pith. et Dan. *tegimenta;* Voss. 2. *tegmenta.* Pith. et Leid. *ferreis lamminis.* Voss. 2. *serieque;* et mox: *nil dederat.* Leid. et Voss. 1. *adiciebantur;* Voss. 2. *injiciebantur.*—4 Voss. 1. 2. aliique delent *que*

NOTÆ

[a] *Babyloniam*] De Babylone lib. v. cap. 1. De Bactrianis lib. VII. cap. 4. De Scythis lib. VII. cap. 7. &c. De India lib. VIII. cap. 9. *Babylonem* scribere malui, quam, quod alii habent, *Babyloniam;* quod Latini sermonis ratio facilius videtur admittere, *copias Babylonem contrahi,* quam *Babyloniam.* Ceterum haud satis apparet quo consilio Darius tam longinquas gentes Babylonem acciverit, ut eas postmodum versus interiora regni eodem, quo venerant, itinere reduceret. Arrianus certe ad Arbela primo, tum per Lycum ad Gaugamela Darium adducit. Atque haud scio an ipse Curtius postea suam refellerit de Babylone sententiam, cum totius exercitus opes Arbelis a Dario veniente depositas scribit; quis enim non videt a tergo relinqui impedimenta debuisse? Cum ergo eis Arbela processerit, ut ipso teste Curtio infra demonstrabitur, necesse est illac transierit, ab Oriente, non ex Babylone veniens.

[b] *Nam*] Melins forte, *jam.*

[c] *Dimidio*] Hoc loco utemur infra, ad cap. 12. ut errorem, qui in Curtii numeros irrepsit, demonstremus, et, qua licet, corrigamus.

[d] *Ferreis laminis*] Vide lib. III. cap. 11.







ROTÆ CURRUUM FALCATORUM.

1. 2. *Utraque Raderi: prima, ut ipse edidit; altera, uti videtur descripsisse in notis.*

3. 4. *J. Schefferi ex L. de Re Vehiculari.*
5. *G. Stewechii ad Vegetium.*
6. *J. Perizonii in Curtio Vindic.*

tibus distributi sunt, ut major [e] pristino esset equitatus: ingensque, ut crediderat, terror hostium, ducentæ falcatæ quadrigæ, unicum illarum gentium auxilium, secutæ sunt. 5. Ex summo temone [f] hastæ præfixæ ferro eminebant: utrimque a jugo ternos direxerant gladios: [d] et inter gladios [rotarum] plura spicula eminebant in adversum: aliæ deinde falces [g] summis rotarum orbibus hærebant, et aliæ in terram dimissæ; quicquid obvium concitatis equis fuisset, amputaturæ. 6. Hoc modo instructo exercitu ac perarmato, Babylone copias movit. A parte dextra erat Tigris, nobilis fluvius; lævam tegebat Euphrates: agmen Mesopotamiæ campos impleverat. 7. Tigri deinde superato, cum

[d] *Ex utraque jugi parte tres enses affixerant directos antrorsum.*

post *equorum;* Leid. *equorumque donandi.* Pith. *pedibus.* Voss. 2. *hostium terror.*—5 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *præfixo.* Voss. 2. omittit *eminebant.* Col. *tergo* pro *ternos.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *direxerat.* Mer. Bas. et Ald. *gladios, rotarum.* Dan. Pal. 1. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *gladios inter radios rotarum;* Aldi membranæ et Frob. *gladios et in radiis rotarum.* Voss. 2. omittit *plura.* Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. *falces summissæ,* probante Cnnzio; Voss. 2. *falces summis se;* Col. Mer. Bas. et Frob. *submissæ.* Pro *orbibus* Florent. *opibus;* Voss. 1. *obibus.* Florent. *in terra;* edd. vett. *in terram demissæ.* Pal. 1. *amputavere.* Videndæ Not. Var. 'Curtii verba, ut nunc leguntur, me parum intelligere non diffiteor. Parum juvant Variæ Lectt. Locus tamen restitui potest, sola voce *rotarum* ejecta, tanquam ex seqq. male huc translata. Scribe: *et inter gladios* (sic libri quidam scripti pro *radios*) *plura spicula eminebant;* i. e. inter jugi partes extremas, ex ipso jugo inter equos hostem versus prominebant.' *Schmieder.* —6 Voss. 1. *Babylone.*—7 Leid. et Voss. 1. *Tygri.* Pal. 1. *superata.* Pith.

NOTÆ

[e] *Major*] Et hoc argumentum erit vitiatæ in numerorum nota lectionis, cap. 12. § 13.

[f] *Temone*] Temo lignum est oblongum inter duos equos medium, ab eo dictus, inquit Varro, quod plaustrum sive currum et jugum contineat, hoc est, alterum alteri committat. Jugum vero lignum aliud transversum extremo temoni commissum, cui boves, equi, leones, &c. colligantur. Ex summa igitur, hoc est, extrema temonis parte antrorsum eminebat hasta ferro armata; ex jugi vero parte utraque terni gladii.

[g] *Falces*] Non satis apparet quid sibi velit hoc loco Curtius: nec ipse forte quid scriberet satis intellexit, in apparatu bellico pugnisque describendis haud admodum peritus. Ut ut est, falces illæ rotarum orbibus affixæ sic debuerunt ad latus utrimque protendi, ut motu suo ampliorem, quam ipsæ rotæ, circulum non describerent; alioqui nullo pacto ad currnum motum accommodari potuerunt.

jussit 'æquari totumque fastigium extendi.'[A] 11. Alexandro, qui numerum copiarum ejus, quantum [procul] conjectari poterant, æstimabant, vix fecerunt fidem, tot millibus cæsis, majores[r] copias esse reparatas. 12. Ceterum omnis periculi et maxime multitudinis contemtor undecimis[s] castris pervenit ad Euphraten: quo pontibus[t] juncto 'equites primos ire, phalangem sequi' jubet; Mazæo, qui, ad inhibendum transitum ejus, cum sex millibus equitum occurrerat, non auso periculum sui facere.[i] 13. Paucis deinde, non ad quietem, sed ad reparandos animos, diebus datis militi, strenue hostem insequi cœpit: metuens, ne interiora regni sui peteret, sequendusque esset per loca omni solitudine[u] atque inopia vasta. 14. Igitur quarto die[v]

[A] *Omnem collium eminentiam complanari.*
[i] *Cum Mazæus non esset ausus vires suas experiri.*

cultorum. Bong. 1. 2. *et ad ea quæ;* Florent. Leid. Voss. 1. et Theocr. *etiam ad ea quæ;* vulgo ante Schmieder. *etiam quæ procul, &c.*—11 Voss. 2. *numero.* 'Vox *procul* a quibusdam edd. [Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. et Mer.] abest, idque bene, si locus vel de transfugis vel de exploratoribus ex mediis forte hostium castris venientibus intelligendus est.' *Schmieder.* Florent. Leid. Voss. aliique codd. *poterat,* quod Heum. defendit. Voss. 2. *extimabant.* Voss. 1. *esse reperatas.*—12 Ald. *undecim castris.* Leid. et Voss. 1. 2. *ad Euphraten pervenit.* Pal. 1. *primo ire.* Multæ edd. ante Freinsh. omittunt *ejus* post *transitum.*—13 Voss. 2. *Deinde paucis.* Florent. Leid. et Voss. 1. *ad præparandos,* quod malit Modius.—14 Pal. 1. *Ambelam;*

NOTÆ

forte cum Junio legere malis: *ad ea, quæ procul recessere, permittitur,* id est, 'transmittitur;' quo sensu verbum hoc a Sisenna usurpatum tradunt.

[r] *Majores*] Ex hoc quoque loco infra colligemus mendum in numeros Curtianos irrepisse, ubi Darii copias recenset.

[s] *Undecimis*] Vide lib. III. cap. 16. Quo vero ex loco ad Euphratem et Thapsacum undecimis castris pervenisse velit, parum liquet. Certe aliunde quam Tyro numeranda sunt. Quis enim putet grave impedimentis agmen undecim diebus quinque forte stadiorum millia, hoc est milliaria 625. confecisse?

[t] *Pontibus*] Fuisse jam ibi pontem ad Thapsacum tradit Arrianus, sed qui ad ulteriorem ripam non pertingeret. Hunc a Mazæo desertum suppleri jussit, qua parte imperfectus erat, additis etiam aliis.

[u] *Solitudine*] Quam alibi locorum natura fert, alibi Darius de industria faceret incendio et vastitate.

[v] *Quarto die*] Et hoc incredibile, tantum itineris quatuor diebus confectum, quantum, Eustathio teste, ad septimum diem fortis et celer viator possit absolvere. Certe Strabo lib. XVI. a Thapsaco ad Tigrim stadia numerat 2400.

præter Arbela [w] penetrat ad Tigrim. Tota regio ultra amnem recenti fumabat incendio; quippe Mazæus, quæcumque adierat, haud secus quam hostis urebat. 15. Ac primo, caligine, quam fumus effuderat, obscurante lucem, insidiarum metu substitit: deinde ut speculatores præmissi 'tuta omnia' nuntiaverunt, paucos equitum ad tentandum vadum [x] fluminis præmisit: cujus altitudo primo summa equorum pectora, mox, ut in medium alveum ventum est, cervices quoque æquabat. 16. Nec sane alius ad Orientis plagam tam violentus invehitur; [j] multorum torrentium non aquas solum, sed etiam saxa secum trahens: itaque a celeritate, [y] qua defluit, 'Tigri' nomen est inditum: quia Persica [z] lingua 'Tigrim' sagittam appellant. 17. Igitur

[j] *Nec ullum aliud flumen in Oriente tam rapide fertur.*

Voss. 2. *Arbelam;* Lugd. et Amst. *Arbella.* Florent. et Leid. distinguunt: *penetrat: ad Tigrim tota.* Mox Pal. 1. *quocumque adierat.*—15 Pro *effuderat* Bongars. et Heins. conj. *effuderat*, non improbante Freinshemio. Theocr. *dein ut;* Voss. 2. omittit *ut.* Voss. 2. *ad contemplandum;* Pal. 1. *attentandum;* Leid. et Voss. 1. *ad temptandum.*—16 Voss. 1. *Ne sane.* Theocr. *violenter.* Dan. *equas solum*, et corr. *aquas.* Ald. *qua defuit.* Vulgo ante Freinsh.

NOTÆ

[w] *Præter Arbela*] Mira hoc loco Curtii nostri oscitantia, qui, Arbela cum paulo ante trans Tigrim collocarit, nunc Tigrim ipsum præter Arbela ponit. Sunt qui ita excusent, quasi præter Arbela dixerit trajectum Tigrim, quod hic flexu quodam Orientem versus procurreret, ultra quam Arbela sita erant; ut merito scribere potuerit præter eam urbem transmissum fuisse ab Alexandro fluvium, quamvis ipsa ultra Tigrim esset. Verum hæc sententia, præter quam quod gratis, immo hercle ingratiis, Curtio affingitur, falsa est ipsa per se, uti supra demonstravimus ad cap. 9.

[x] *Vadum*] Diodorus quoque vado trajectum narrat, sed Arrianus lib. VII. negat Tigrim usquam vado transmeabilem esse.

[y] *A celeritate*] De ipso Tigri inferius, lib. v. cap. 1. Nunc ad nomen quod attinet rationemque nominis, Curtio consentiunt Strabo, lib. XI. et Plinius lib. VI. cap. 27. atque alii. Isidorus autem lib. XIII. cap. 21. ab animali tigride nomen ductum censet, propter velocitatis similitudinem. Utrumque verum esse potest, ut a sagitta animal, ab animali fluvius appellationem sortitus fuerit. Ut ut est, de ejus incredibili celeritate videri quoque potest Plinius lib. VIII. cap. 8.

[z] *Persica*] Medorum lingua *tigrim* sagittam esse alii tradunt; sed Persæ nimirum passim apud antiquos Medi vocantur, propter gentis et imperii affinitatem, ut non mirum sit idem utrisque vocabulum fuisse commune.

pedes, velut divisus in cornua,[a] circumdato[b] equitatu, levatis super[c] capita armis, haud ægre ad ipsum alveum penetrat. 18. Primus inter pedites rex egressus in ripam, vadum militibus manu, quando vox exaudiri non poterat, ostendit: sed gradum firmare vix poterant, cum modo saxa lubrica vestigium fallerent,[d] modo rapidior unda subduceret. 19. Præcipuus erat labor eorum, qui humeris onera portabant: quippe cum semetipsos regere non possent, in rapidos gurgites incommodo onere auferebantur: et dum sua quisque spolia consequi studet, major inter ipsos, quam cum amne orta luctatio est: cumulique sarcinarum passim fluitantes plerosque perculerant.[d] 20. Rex monere, 'ut satis haberent, arma retinere; cetera se redditurum.' Sed neque consilium, neque imperium accipi poterat: obstrepebat hinc metus; præter hunc[e] invicem

[a] *Sed firmo gressu niti ægre poterant, quod nunc saxa levia subducerent se pedibus, nunc violentior aqua illos disturbaret.*

Tigris nomen. Col. *qui P. lingua.* Leid. et Voss. 1. *Tygris.*—18 Voss. 2. *in ripa.*—19 Leid. et Voss. 1. *honora portabant.* Bong. 1. *in rapido gurgitis.* Bong. 2. *incommodo onere,* sed superscriptum *a,* ut esset *onera.* Mox Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *cum amni.* Voss. 1. *horta l. est;* Voss. 2. *exorta est luctatio.* Pal. 1. *cumuli sarcinarum,* omisso *que.* Voss. 2. *plerosque pertulerant.*—20 Pith. *arma retinere tantum.* Voss. 2. *obstrepebant.* Ed. pr. Venet. Rom. Vet. an. 1474. Veron. et recentt. *natantium;* Mer. *mutantium;* Elz. *notantium;* Dan. Pal. 1. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *nutantium,* quod, Snakenburgio suadente, recepit Schmieder. Freinshemius conj. *vocantium,*

NOTÆ

[a] *In cornua*] Cornu quid sit in exercitu diximus lib. III. cap. 1.

[b] *Circumdato*] A sinistra quidem, ut fracta equorum objectu rapiditas fluvii faciliorem peditibus transitum præberet. A dextra fortasse, ut si quos istorum vis fluminis abriperet, ab equitatu exciperentur, ac sublevarentur, quod a se factum in re simili, cum Iberum amnem trajiceret, scribit ipse C. Cæsar de Bello Civ. lib. I. Plura sunt ejus generis exempla.

[c] *Levatis super*] Atqui Diodorus lib. XVII. Alexandrum ait, ut vehementiæ undarum obsisteret, 'manus inter se arcte conserere, totamque corporum molem veluti jugo connexam habere' milites jussisse. Quod sane levatis super capita armis, aut sarcinis, facere non poterant, nisi forte ad summum bini.

[d] *Perculerant*] Amissæ rei dolore et recuperandæ desiderio. Malim tamen proprie sumere, ut *perculerant* idem sit ac 'incurrendo prostraverant.'

[e] *Præter hunc*] Aptior videri poterat Acidalii lectio, expuncto *præter*, sic restituentis: *hinc metus, hinc invicem, &c.* Sed Freinshemius vulgatam retineri posse censuit, etsi ab

nutantium[f] mutuus clamor. 21. Tandem, qua leniore tractu amnis aperit vadum, emersere: nec quicquam præter paucas sarcinas desideratum est. Deleri potuit exercitus, si quis ausus esset vincere: sed perpetua fortuna regis avertit inde hostem. 22. Sic Granicum,[g] tot millibus equitum peditumque in ulteriore stantibus, ripa superavit: sic angustis in Ciliciæ callibus tantam multitudinem hostium. 23. Audaciæ quoque, qua maxime viguit, ratio minui potest; quia nunquam in discrimen venit, an temere[h] fecisset.[i] Mazæus, qui,[j] si transeuntibus flumen supervenisset, haud dubie oppressurus fuit incompositos, in ripa demum, et jam perarmatos, adequitare cœpit. 24. Mille admodum equites præmiserat: quorum paucitate Alexander explorata, deinde contemta, præfectum Pæonum

[i] *Niniæ quoque fiduciæ culpa minui ex eo potest, quod nunquam hoc in quæstionem venit, an sine ratione aliquid suscepisset.*

quod a Tellierio receptum est tanquam Curtianum.—21 Voss. 2. *leviore* pro *leniore*.—22 Bong. Leid. et Col. quam Schragius vidit, *vinc. aus. esset*; Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *vincere*; Bong. 2. et Voss. 1. exhibent, *vincire*. Amst. *inde hostes*. Voss. 2. *Sic Graneum*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *Ciliciæ collibus*. Leid. *hostium fugavit*. —23 Mer. *raro m. potest*; Heins. conj. *ratio minime iniri potest*. Dan. Pal. 1. Florent. et Leid. *an t. fecisset Mazæus: qui si*; Col. Mer. et Voss. 1. *an t. f. Mazæus, qui si*; Bas. *an temere fecisset: Mazæus qui si*; Frob. *an t. fecit et Mazæus, qui si*; Voss. 2. *an t. res f. Mazæus, qui transeuntibus*; alii: *Mazæus si transeuntibus, &c.* Vide Not. Var. Pal. 1. *in ripam*, et mox omittit *et jam*. —24 Pro *Mille* Bong. 1. *II.* Bong. 2. et Florent. ꝏ; Voss. 1. *o c.* Mox Pal. 1. Bong. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mer. *Pænorum*; Bas. *Pænarum*.

NOTÆ

usitata loquendi formula paululum abhorrentem.

[f] *Nutantium* [*vocantium*] Non dubitavi, eodem auctore Freinshemio, sic restituere, pro *natantium*, quod vulgo legebatur. Primum enim non natatu sed vado transitum est. Deinde quid illud est, *invicem natantium*? Contra vero quam apposite dicetur *invicem vocantium mutuus clamor*?

[g] *Granicum*] Vide Supplem. lib. II. cap. 5. *Ciliciæ*] Lib. III. cap. 4.

[h] *An temere*] Adeo constanter felix fuit, ut ne in mentem quidem venerit dubitare quicquamne temere fecisset.

[i] *Mazæus, qui*] Ita plerique omnes tum Mss. tum excusi; ut necessario suppleri debuerit verbum *fuit*, quod deerat. Legi etiam posset, utraque voce rejecta, *qui* et *fuit*.

[j] *Pæonum*] Pæones Macedoniæ populi Occidentem inter ac Septemtrionem, infra Axii amnis fontes.

equitum Aristona 'laxatis habenis invehi' jussit. 25. Insignis eo die pugna equitum, et præcipue Aristonis fuit: præfectum equitatus Persarum Satropatem, directa in gutture[k] hasta, transfixit; fugientemque per medios hostes consecutus, ex equo præcipitavit, et obluctanti caput gladio demsit: quod relatum magna cum laude ante regis pedes posuit.

X. 1. Biduo ibi rex stativa[a] habuit: in proximum[a] deinde iter pronuntiari jussit. Sed prima fere vigilia[b] luna deficiens[c] primum nitorem sideris sui condidit; deinde sanguinis colore suffuso[d] lumen omne fœdavit: 2. solicitisque sub ipsum tanti discriminis casum ingens religio et ex ea formido quædam incussa est.[b] 3. 'Diis invitis in ultimas terras trahi se' querebantur: 'jam nec flumina[e] posse adiri; nec sidera pristinum præstare fulgorem: vastas terras, deserta omnia occurrere: in unius hominis jactatio-

[a] *In crastinum diem.*

[b] *Cum jam essent animi propter imminens tanti prælii periculum, vehemens religionis sensus, atque ex eo natus pavor quidam eos invasit.*

Voss. 2. *lassatis habenis.*—25 Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Satropaten;* alii, *Satropacem.* Voss. 1. *per m. ostes.* Voss. 2. omittit *magna.* Voss. 1. *ante reges.*

1 Pith. *rex statua;* Lugd. et Amst. *stativa rex.* Bas. omittit *in* ante *proximum.* Florent. et Voss. 2. omittunt *iter.* Pal. 1. et Leid. *pronuntiari jussit iter.*—2 Pro *suffuso* Freinsh. conj. *suffusa,* eique favet Gualt. ita canens: 'sanguineo suffusa rubore Fœdavit lumen.' Voss. 2. *solicitique.* Pal. 1. *criminis causam.* Florent. Leid. et Voss. 1. *inconcussa est;* et sic Dan. sed cum rasura.—3 Mer. *duci* pro *trahi,* quod Veron. omittit; Leid. et Florent. *trahi sequebatur.* Bong. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 2. *posse adire.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Theocr. *servare fulgorem.* Voss. 2. *in hominis unius;*

NOTÆ

[k] *In gutture*] Placeret alicui forte *in guttur;* sed retineri potest vulgata lectio, sive dicas *in gutture transfixit* sive *directa in gutture;* ut docuimus lib. III. cap. 5.

[a] *Stativa*] A 'stando' castra dicta sunt *stativa,* quod in iis exercitus staret, sive consisteret. Sed vox 'castra' plerumque supprimitur.

[b] *Vigilia*] De vigiliis earumque numero dictum est ad lib. III. cap. 8. *Discriminis*] Ibid. cap. 12.

[c] *Luna deficiens*] Incidit Lunæ defectus hic in diem Septembris vigesimum, hujus Olymp. 112. an. 2. diebus ante pugnam undecim, Plutarcho teste. Commissum igitur prælium ipsis Kalendis Octobris.

[d] *Suffuso*] Malunt alii *suffusa.*

[e] *Flumina*] Et tamen Euphratem ac Tigrim trajecerant. Hoc ergo aiebant, solito difficilius transiri flumina.

nem tot millium sanguinem impendi: fastidio esse patriam; abdicari[f] Philippum patrem; cœlum[g] vanis cogitationibus peti.'[e] 4. Jam pro[h] seditione res erat,[d] cum ad omnia interritus, 'duces principesque militum frequentes adesse prætorio, Ægyptiosque[i] vates,' quos cœli ac siderum peritissimos[j] [esse] credebat, 'quid sentirent, expromere' jubet. 5. At illi, qui satis scirent, temporum orbes implere destinatas vices, lunamque deficere, cum aut terram[k] subiret, aut sole[l] premeretur, rationem quidem ipsis perceptam non edocent vulgus;[e] 6. ceterum affirmant, 'solem[m]

[c] *Divinos honores insana spe ab eo affectari.*
[d] *Instar seditionis habebat ille motus.*
[e] *Cum probe nossent annorum periodos perficere ordinatos cursus, et Lunam eclipsim pati cum vel terræ subjacet, vel Soli supponitur, causam eclipsis sibi notam non aperiunt coram vulgo militum, sed, &c.*

Lugd. Amst. et Mer. omittunt *in*. Lugd. et Amst. *jactatione*. Voss. 2. *abdicare P. patrem*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Elz. Col. Frob. et Mer. *cœlum v. c. petere*.—4 Frob. Amst. et Lugd. *prope seditionem*, ut maluit Faber, Epist. I. 51. Bas. Mer. et Col. *rex erat*. Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Pal. 1. Bas. Col. et Mer. *prætorio jubet*. Voss. 1. cum nonnullis aliis omittunt *esse* ante *credebat*.—5 Voss. 1. *aut terra s. aut solem;* Bong. 2. et Bas. *aut sola*. Pro *premeretur*, quod Thuan. et Gualt. retinent, nonnullæ edd. vett. *privaretur*. Leid. *præceptam*.—6 Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Bas. Frob.

NOTÆ

[f] *Abdicari*] Quia Jove natum credi se volebat. Vim porro quandam peculiarem Raderus hoc loco subesse putat huic verbo *abdicari;* quia cum parentum proprie sit 'abdicare' liberos, contra Alexander parentem Philippum abdicaret.

[g] *Cœlum*] Quod inani ambitione divinitatis opinionem honoresque affectaret.

[h] *Pro*] Legunt alii *prope seditionem*, eodem sensu.

[i] *Ægyptiosque*] Solum a Rege consultum Aristandrum meminit Arrianus, auctoremque fuisse ut illo ipso mense pugnaretur; quod ita factum est, si Lunarem Græcorum mensem attendas.

[j] *Peritissimos*] Fuerunt hi revera peritissimi Astronomiæ; quam sive ipsi a Chaldæis, sive Chaldæi ab ipsis, ut vult Josephus, acceptam, Græcis deinde tradiderunt.

[k] *Terram*] Terram subire Luna Curtio dicitur, cum in umbram terræ incidens, solis luce privatur: cum alioqui nunquam infra terram proprie dicatur existere, quæ ipsa potius infra lunam est.

[l] *Sole*] Aut falso aut improprie dictum. Improprie, si deficere Lunam volnit Curtius: quoties Soli subjecta, qua parte nobis obversa est, luce caret: id enim Lunæ 'silentium,' non 'defectio' dicitur. Falso, si Lunæ eclipsim eam vocat, cum Solis lumen interpositu suo nobis eripit: neque enim hæc Lunæ, sed Solis eclipsis est.

[m] *Solem*] Hoc de industria, atque

Græcorum lunam esse Persarum: quoties illa deficiat, ruinam stragemque illis gentibus portendi:' veteraque exempla[n] percensent 'Persidis regum, quos adversis Diis pugnasse, lunæ ostendisset defectio.' 7. Nulla res efficacius multitudinem regit, quam superstitio: alioquin impotens, sæva, mutabilis, ubi vana religione capta est, melius vatibus quam ducibus suis paret. Igitur edita in vulgus Ægyptiorum responsa rursus ad spem et fiduciam erexere torpentes.[f] 8. Rex, impetu animorum utendum ratus, secunda vigilia castra movit: dextra Tigrim habebat; a læva montes, quos 'Gordæos'[o] vocant. 9. Hoc ingresso iter spe-

[f] *Iterum ad fiduciam et audaciam traduxerunt eos, qui antea languebant metu.*

Col. et Mer. *quotiesque;* Voss. 2. *quotiescumque;* Pal. 1. *quotiensque;* Amst. *quotiens.* Bas. *portus portendi.* Voss. 1. *utraque exempla.* Pro *percensent* nonnullæ edd. vett. *recensent.* Lugd. et Amst. *aversis Diis;* Voss. 1. *adversus Deos;* Leid. et Voss. *adversis Dis.*—7 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. *multitudinem efficacius.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Lugd. Amst. Col. et Frob. *alioquin impotens;* Bong. 1. *alioqui potens.* Dan. *una religione,* et ab al. m. corr. *vana.* Pal. 1. *ducibus s. parent.* Voss. 1. *edita in vulgus.*—8 Leid. et Voss. 1. *Tygrin.* Amst. et Lugd. omittit præpositionem *a* ante *læva.* Dan. *quos Scordeos;* Bong. Pal. 1. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Col. et Mer. *quos Cordeos;* Ald. *quos Gordei;* Amst. et Lugd. *quos Cordaeos;* alii: *quos Gordyæos.*—9 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Dan. *ingressus iter.* Pal.

NOTÆ

ex composito, ut apparet, commenti sunt ad sedandos militum animos; quo fere modo apud Herodotum lib. VII. Xerxis vates Solis defectionem in Græcorum perniciem interpretantur. Nec vero Persarum magis numen, aut insigne, aut symbolum Luna fuit, quam Græcorum: cum potius Solem illi præcipue venerarentur, infra cap. 13.

[n] *Exempla*] Aut falsa finxerunt, ut apud ignaros antiquitatis, aut ex veris falsum collegerunt. Quid enim? si quando Persarum cladem Lunæ aliqua præcessit eclipsis, nunquamne Græci, nunquam aliæ gentes post similem defectum male pugnarunt?

[o] *Gordæos*] Legunt alii *Gordyæos;* nullo ad rem quod attinet discrimine. Quos enim Strabo passim Gordyæos vocat, hi Ptolemæo Gordæi sunt. Sed uterque Armeniæ montes intelligit, de quibus infra lib. v. cap. 1. At hos non a læva, sed a tergo potius habet qui secundo Tigri progreditur. Gordyæam quoque regionem Persidis agnoscit Stephanus, sed ad Tigris ostia procul hinc dissitam. Gordæos vero montes circa Arbela qui reponat, video neminem, nisi Curtium; cujus dubia est in Geographicis auctoritas. *Sogdianos* Arrianus vocat, qui Curtio Gordæi sunt, non minus aperto errore. Procul hinc Sogdiana, de qua Curtius lib. VII. cap. 10.

culatores, qui præmissi erant, sub lucis ortum, 'Darium adventare' nuntiaverunt. Instructo igitur milite, et composito agmine, antecedebat. 10. Sed Persarum exploratores [p] erant mille ferme, qui speciem agminis magni fecerant: [e] quippe ubi explorari vera non possunt, falsa per metum augurantur.[q] 11. His cognitis, rex, cum paucis suorum assecutus agmen refugientium ad suos, alios cecidit, alios cepit: equitesque præmisit simul speculatum, simul ut ignem, quo barbari cremaverant vicos, extinguerent: 12. quippe fugientes raptim tectis acervisque frumenti injecerant flammas: quæ cum in summo hæsissent, ad inferiora nondum penetraverant. 13. Extincto igitur igne, plurimum frumenti repertum est: copia aliarum quoque rerum abundare cœperunt. Ea res ipsa militi ad persequendum hostem animum incendit: quippe urente et populante eo terram, festinandum erat, ne incendio cuncta præriperet.[r] 14. In rationem [s]

[e] *Instar magni exercitus visi fuerant.*

1. *Darium advenere.*—10 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. et Theocr. *Persarum moratores;* unde Heinsius: *Persarum metatores.* Leid. et Voss. 1. 2. *magni agminis.* Voss. 1. et alii *explorare vera.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Sigeb. Theocr. Colon. et Dan. *augentur,* quod Heum. et alii defendunt; Udal. Pal. 1. Pith. Put. Bong. Fauch. Ed. pr. Venet. Rom. et Veron. *augurantur; Freinshemius conj. figurantur.* Vide Not. Var. 'Vel cum Cunze, voce *falsa* quarto casu sumta, ad *augurantur* subaudi 'homines;' vel cum Voss. 1. et aliis scribe: *explorare,* ut *ubi explorare* dictum sit, pro 'qui explorare non possunt.'' *Schmieder.*—11 Leid. et Voss. 1. *cepit alios.* Florent. Theocr. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. omittunt *simul* ante *speculatum.*—12 Voss. 2. *nondum ad inferiora.*—13 Leid. et Voss. 1. *habundare cœperunt.* Florent. *Ea res ipsi.* Voss. 2. *ne incendium.* Bong. Florent. Leid. Voss. 1. et Lugd. *cuncta præciperet.*—14 Leid. Florent. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *versa est.* Theocr.

NOTÆ

[p] *Exploratores*] Bongarsius aliique ex Mss. reponunt *moratores,* hoc est, qui cæteris tardius recederent; quo sensu vox ea legitur apud Livium lib. XXI. quod quidem istis magis congruere videtur, qui non ad explorandum, sed ad vastitatem et incendia facienda cum Mazæo relicti erant.

[q] *Augurantur* [*augentur*] Ita Modius et aliqui Mss. rectius meo judicio quam quod alii habent, *augurantur.* Freinshemius autem conjecit, et tanquam Curtianum admisit, *figurantur.*

[r] *Præriperet*] Radero elegantius videtur *præciperet;* quod etiam aliqui tum Mss. tum impressi libri habent, eodem sensu.

[s] *In rationem*] Necessitas prohibendi hostis ne omnia incendio corrumperet, in rationem versa est propius urgendi.

ergo necessitas versa; quippe Mazæus,[t] qui antea per otium vicos incenderat, jam fugere contentus, pleraque inviolata hosti reliquit. 15. Alexander, 'haud longius centum quinquaginta stadiis Darium abesse' compererat: itaque ad satietatem quoque copia commeatuum instructus, quatriduo in eodem loco substitit. 16. Interceptæ deinde Darii literæ sunt; quibus Græci milites solicitabantur, 'ut regem aut interficerent, aut proderent:' dubitavitque, 'an eas pro concione[u] recitaret,' satis confisus Græcorum quoque erga se benevolentiæ ac fidei. 17. Sed Parmenio deterruit; 'non esse talibus promissis imbuendas aures militum: patere vel unius insidiis regem: nihil nefas esse avaritiæ.' Secutus consilii auctorem,[v] castra movit. 18. Iter facienti spado unus ex captivis, qui Darii uxorem comitabantur, 'deficere eam' nuntiat, 'et vix spiritum ducere.' 19. Itineris continui labore animique ægritudine fati-

jam f. intentus. Pal. 1. *pleraque violata.*—15 Voss. 2. *quadraginta stadiis.* Dan. et Pal. 1. *Darion;* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Dareum a se abesse.* Florent. et Voss. 1. *in e. l. subsistit.*—16 Mer. *ut r. interciperent;* Pal. 1. Dan. Pith. Put. Fauch. Colon. Sigeb. Ed. pr. Venet. Rom. Mediol. Veron. Vet. an. 1474. Ald. Colin. Gryph. Basil. Junt. Lugd. Amst. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both. *ut r. interficerent;* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *ut r. aut interficerent,* quod recepit Schmieder. Mer. *an eas concione,* omisso *pro.* Dan. *confusis,* sed ab al. m. correctum *confisus.*—17 *Sed et* Fauch. Pith. et Mer. *terruit* Amst. et Lugd. *deterruit esse* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Venet. Veron. Rom. Vet. an. 1474. Col. Mer. Frob. et Bas. omisso τῷ *non.* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Pal. 1. Ed. pr. Venet. Rom. Vet. an. 1474. Veron. Ald. Colin. Gryph. et Bas. *affirmans patere;* Voss. 1. *adfirmanti patere.* Voss. 2. *vel nefas.*—18 Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt *unus;* Voss. 2. *spado egiptius qui Darii u. comitabatur.*—19 Pith.

NOTÆ

[t] *Quippe Mazæus*] Suspectum videri potest hoc, *quippe*, non solum quia pancis lineis jam tertio repetitum, sed etiam quia parum apte cohæret. Neque enim properavit Alexander, quia Mazæus jam inviolatam regionem relinqueret; sed potius idcirco Mazæus reliquit, quod instantem videret Alexandrum. Verum facilius est reponendæ vocis sensum indicare quis esse debeat, quam vocem ipsam certo definire.

[u] *Pro concione*] Memorabile quod in re simili factum ab Eumene scribit Justinus lib. XIV. Sed iste, quia dissimulare non potuit scriptas contra se literas, cum totis castris sparsæ forent, callide finxit a se scriptas tentandi suorum causa; Alexandro tale commentum opus non fuit, qui clam interceptas solus viderat. 'Interdum insidiarum remedium est, si non intelligantur.' Tacit. Annal. XIV.

[v] *Auctorem*] Parmenionem.

gata, inter socrus[w] et virginum filiarum manus collapsa erat, deinde et extincta: id ipsum nuntians alius supervenit. 20. Et rex haud secus, quam si parentis [suæ] mors nuntiata esset, crebros edidit gemitus: lacrymisque obortis, quales Darius profudisset, in tabernaculum, in quo mater erat Darii, defuncto assidens corpori, venit. 21. Hic vero renovatus est mœror, ut prostratam humi vidit: recenti malo priorum quoque admonita,[a] receperat in gremium adultas virgines, magna quidem mutui doloris solatia; sed quibus ipsa deberet esse solatio. 22. In conspectu erat nepos[x] parvulus, ob id ipsum miserabilis, quod nondum sentiebat calamitatem, maxima ex parte ad ipsum redundantem. 23. Crederes, Alexandrum inter suas necessitudines[y] flere, et solatia non adhibere, sed quærere: cibo certe abstinuit: omnemque honorem funeri, patrio Persarum more, servavit: dignus hercule, qui nunc quoque tantæ mansuetudinis et continentiæ ferat fructum. 24. Semel omnino eam viderat, quo die capta est; nec ut ipsam, sed ut Darii matrem videret: ex-

[a] *Cum nova calamitas præteritorum malorum memoriam revocasset.*

filiarumque manus.—20 Voss. 2. *quam parentis mors;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *quam si parentis mors.* Voss. 2. *et crebros dedit g. l. abortis.* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *qualis Darius.* Pith. *mater Darii*, omisso *erat.*—21 Modius sic distinguit: *ut prostratam humi vidit, recenti malo p. q. admonitam. Receperat, &c.* Voss. 2. *mortui doloris.*—22 Voss. 2. *ob id miserabilis.* Bong. Leid. et Voss. 1. 2. *ex parte maxima.* Voss. 2. *in ipsum.*—23 Pal. 1. et Mer. *inter suas necessitates.* Florent. *sed se quærere.* Voss. 1. *certa.* Voss. 1. 2. et ed. Both. *qui n. q. tantum et;* Lugd. Amst. Freinsh. Cellar. Pitisc. Snak. Barb. Bip. et Cunz. *qui n. q. tantum;* Ed. pr. Veron. Maitt. et Tell. *qui n. q. tantæ*, ut conj. Bongarsius, suffragantibus Freinshemio atque Heumanno. Alii: *qui n. q. tamen.*—24 Frob. Col. Ald. Colin. Gryph. Lugd. et Amst. *vide-*

NOTÆ

[w] *Socrus*] Sisygambis, matris Darii. *Filiarum*] Ejusdem Regis.

[x] *Nepos*] Ochus Darii filius jam fere octennis puer; quippe ante duos circiter annos captus Issica pugna, cum prope sexennis esset, lib. III. cap. 12.

[y] *Necessitudines*] A. Gellius lib. XIII. cap. 8. eos refellit qui 'necessitatem' ac 'necessitudinem' negant promiscue accipi, quasi 'necessitas' sit solum vis quæpiam premens et cogens, 'necessitudo' autem vis quædam et vinculum religiosæ conjunctionis. Fatetur tamen 'necessitatem' pro jure officioque observantiæ affinitatisque infrequens esse.

imiamque pulchritudinem formæ ejus non libidinis habuerat incitamentum,[z] sed gloriæ. 25. E spadonibus, qui circa reginam erant, Tyriotes,[a] inter trepidationem lugentium[i] elapsus per eam portam, quæ, quia ab hoste aversa[b] erat, levius custodiebatur, ad Darii castra pervenit: exceptusque a vigilibus, in tabernaculum regis perducitur, gemens et veste lacerata. 26. Quem ut conspexit Darius, multiplici expectatione commotus, et quid potissimum timeret, incertus; 'Vultus tuus,' inquit, 'nescio quod ingens malum præfert:[k] sed cave miseri hominis auribus parcas: didici [enim] esse infelix: et sæpe calamitatis solatium est, nosse sortem suam. 27. Num, quod maxime suspicor, et loqui timeo, ludibria meorum[l] nuntiaturus es, mihi, et, ut credo, ipsis quoque, omni graviora supplicio?' 28. Ad hæc Tyriotes, 'istud quidem procul abest,' inquit: 'quantuscumque enim reginis honor ab iis, qui parent, haberi potest, tuis a victore servatus est: sed uxor tua paulo ante excessit e vita.' 29. Tum vero non gemitus modo, sed etiam ejulatus totis castris exaudiebantur: nec dubitavit Darius, quin interfecta esset, quia nequisset contume-

[i] *Inter tumultum plangentium mortuam.* [k] *Grande aliquod malum portendit.*
[l] *Uxoris aut filiarum dedecora, quæ, &c.*

---

ret. Florent. Leid. Voss. 1. Frob. et Bong. *invitamentum.*—25 Voss. 2. *Thiriotes;* Pith. *Tyriotes.* Frob. *ab h. versa erat.*—26 Voss. 2. *multiplicis doloris aspectatione;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et vulgg. *multiplici doloris expectatione.* Dan. ab al. m. *commeatus* pro *commotus.* Voss. 2. omittit: *et q. p. t. incertus.* Leid. et Bong. *inquit tuus;* Voss. 1. *tuens inquit.* Dan. Pal. 1. Leid. 1. et Voss. 1. 2. omittunt *enim.*—27 Pal. 1. et Pith. *Num quid maxime;* Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Mer. et Frob. *Num quid quod maxime.* Mer. *mihi, ut credo,* omisso *et;* Voss. 2. omittit: *ut credo.* Florent. Leid. Voss. 2. Bong. Lugd. et Amst. *tristiora supplicio;* Bong. 2. et Voss. 1. *tristitiora supplicio.*—28 Voss. 2. *Thiriotes;* Pith. *Tyriothes,* et sic deinceps. Dan. *regnis,* et ab al. m. *reginis.* 'Florent. Leid. et Bong. *honos ab his;* Voss. 1. et Mer. *honor ab his.*—29 *Tunc vero* Florent. Leid. et Voss. 1. *castris totis* Voss. 2. *nec dubitabat* Pal. 1. *qui inter facta* Florent. *contumeliam perpeti* Florent. Leid. Voss. 1. et

NOTÆ

[z] *Incitamentum*] Al. *Invitamentum.* *Gloriæ*] Quam ex sua continentia capturus erat.

[a] *Tyriotes*] 'Tireum' vocat Plutarchus.

[b] *Aversa*] Decumanam vocabant Romani, oppositam Prætoriæ, quæ hostem respiciebat.

liam pati: exclamatque amens dolore: 'Quod ego tantum nefas commisi, Alexander? quem tuorum propinquorum necavi, ut hanc vicem sævitiæ meæ reddas?' [m] Odisti me, non quidem[c] provocatus: sed finge, justum intulisse te bellum; cum fœminis ergo agere debueras?'[c] 30. Tyriotes affirmare 'per Deos patrios, nihil in eam gravius esse consultum:' [n] [d] ingemuisse etiam Alexandrum morti, et non parcius flevisse, quam ipse [o] lacrymaretur.' 31. Ob hæc ipsa amantis animus in solicitudinem suspicionemque revolutus est, desiderium captivæ [e] profecto a consuetudine stupri ortum esse conjectans. 32. Summotis igitur arbitris, uno duntaxat Tyriote retento, jam non flens, sed suspirans; 'Videsne in te, Tyriote, locum mendacio non esse? [p] tormenta jam hic erunt: sed ne expectaveris per Deos, si quid tui tibi regis reverentiæ [f] est: num, quod et scire expeto, et quærere pudet, ausus est et dominus, et juvenis?' 33. Ille 'quæstioni corpus' offerre, 'Deos testes' invocare, 'caste [g] sancteque habitam esse reginam.' 34. Tan-

[m] *Ut hoc modo ulciscaris crudelitatem meam.*
[n] *Nihil in ejus vitam per vim attentatum esse.*
[o] *Dolorem Alexandri de captivæ morte.* [p] *Fallendi spem tibi nullam esse.*

Bong. *exclamat quoque dolore amens* Voss. 2. *vicem restitueres s. meæ* Pith. Fauch. et Voss. 2. omisso sequente: *reddas.* Voss. 1. *Hodisti me.* Leid. *sed fingis.*—30 Horum in loco, *nihil in eam*, vacuum spatium relictum est in Bong. 1. *ipse lacrimaret* Florent. Leid. Dan. et Bong.—31 Florent. Leid. Dan. Voss. 2. *ipse* pro *ipsa*; Mer. *ipsi.*—32 *Submotis ergo* Voss. 2. *imo duntaxat* Pal. 1. *Tyriotum* Dan. sed correctum *Tyriote*; Florent. et Leid. *Tyriotum.* Pith. *locum mendacii.* Pro *reverentiæ* multæ edd. ante Freinsh. *reverentia.*—33 *Ille et quæstioni* Voss. 2.—34 Idem codex cum Bong. *manantibus,*

NOTÆ

[c] *Non quidem*] Quamvis nulla injuria lacessitus prior a me fueris. *Agere*] Bellum.

[d] *Consultum*] Hic 'consulere,' idem est atque 'decernere,' 'statuere.' Alias, 'consilium petere,' alias 'prospicere,' alias 'deliberare.' Dicitur etiam 'gravius de se consulere,' eodem sensu atque, 'in se.'

[e] *Quam ipse*] Darius. *Amantis*] Ejusdem Darii. *Captivæ*] Reginæ.

[f] *Reverentiæ*] Multi *reverentia* legunt; quo magis suspicor scribendum fuisse: *si qua tibi tui regis reverentia est.*

[g] *Caste*] Idem affirmant Justinus et Plutarchus non uno in loco; sed iidem cum ex partu mortuam tradant, Curtium refellunt, qui ad hoc usque tempus ejus mortem distulerit, hoc est, ad duos ferme, postquam capta erat, annos. Melius Arrianus, qui

dem, ut fides facta est, vera esse, quæ affirmaret spado, capite[h] velato diu flevit: manantibusque adhuc lacrymis, veste ab ore rejecta, ad cœlum manus tendens; 'Dii patrii,' inquit, 'primum mihi stabilite regnum: deinde, si de me jam transactum est, precor, ne quis Asiæ rex sit, quam iste tam justus hostis, tam misericors victor.'

XI. 1. Itaque quanquam, pace frustra bis petita,[a] omnia in bellum consilia converterat, victus tamen continentia hostis,[b] ad novas pacis conditiones ferendas decem legatos, cognatorum principes, misit: quos Alexander, consilio advocato, 'introduci' jussit. 2. E quibus maximus natu, 'Darium,' inquit, 'ut pacem a te jam hoc tertio peteret, nulla vis subegit; sed justitia et continentia [tua] expressit. 3. Matrem, conjugem, liberosque ejus, nisi quod sine illo sunt, captos esse non sensit: pudicitiæ earum, quæ supersunt, curam haud secus quam parens agens, 'reginas' appellas; speciem pristinæ fortunæ retinere pateris. 4. Vultum tuum video, qualis[c] Darii fuit, cum dimitteremur ab eo: et ille tamen uxorem, tu hostem luges. Jam in acie stares, nisi cura te sepulturæ ejus moraretur. Et quid mirum est, si tam ab amico animo pacem petit? quid

---

omisso τῷ *que*; Ald. *manibusque*. Mer. *ab ore rejectas*. Voss. 2. omittit: *ad cœlum manus tendens*. Florent. Voss. 2. et Bong. *ne quis potius*.

1 Florent. Leid. *frustra pace b. petita*.—2 Voss. 2. *a te tertio quareret*; multæ edd. ante Freinshemium: *a te jam tertio peteret*. Voss. 2. *subegit*: *s. j. et continentia tua*; Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Veron. et multæ vett. cum Pitisc. Cellar. Tell. Maitt. Bip. Cunz. et Both. etiam *tua*, quod delent Snak. et Barb.—3 Dan. Pal. 1. et Voss. 2. *liberos ejus*, omisso τῷ *que*. Voss. 2. omittit *nisi quod sine illo sunt*. Leid. Florent. Voss. 2. et Bong. *non senserunt*. Voss. 2. *curas* pro *curam*. Pro *agens* Acidalius malebat *agis*. Pal. 1. *reginam appellas*. Voss. 2. *fortunæ pristinæ*.—4 *Ecquid mirum* nonnullæ edd. vett.

NOTÆ

paulo post Issicum prælium mortuam scribit.

[h] *Capite*] In gravi luctu caput obnubere adducta vestis lacinia multis gentibus commune fuit. David Absalonem fugiens operto cum suis pariter omnibus capite incedebat 2 Reg. XV. Idem apud Senecam Megara, Herc. Fur. act. II. sc. 3.

[a] *Bis petita*] Semel petierat post pugnam Issicam lib. IV. cap. 1. iterum, capta Tyro, ibid. cap. 4.

[b] *Hostis*] Alexandri.

[c] *Qualis*] Hoc est, non minus tristem, quam Darii vultus erat.

opus est armis, inter quos odia sublata sunt? 5. Antea[d] imperio tuo destinabat Halyn amnem, qui Lydiam terminat. Nunc, quicquid inter Hellespontum et Euphraten est, in dotem filiæ offert, quam tibi tradit: 6. Ochum filium, quem habes, pacis et fidei obsidem retine: matrem et duas virgines filias redde: pro tribus[e] corporibus triginta millia talentum auri[f] precatur accipias. 7. Nisi moderationem animi tui notam haberem; non dicerem[g] hoc esse tempus, quo pacem non dare solum, sed etiam occupare deberes.[a] 8. Respico, quantum post te reliqueris: intuere, quantum petas! periculosum est prægrave imperium: difficile est continere, quod capere non possis.[b] Videsne, ut navigia,

[a] *Non modo concedere petenti, verum etiam ultro postulare.*
[b] *Quæ complecti nequeas.*

animo deest in Mer.—5 Florent. Leid. et edd. pleræque: *tuo finem destinabat;* Voss. 2. *imperio tuo Eufraten.* Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. Frob. et Bas. *Alym amnem;* Dan. Leid. et Voss. 2. *Alim amnem;* Lugd. et Amst. *Alyn amnem.* Florent. et Leid. *Ludiam;* Voss. 2. *Lidiam.* Pal. 1. *Hinc, quicquid, &c. tibi tradit Ochum.* Vide Not. Var. Theocr. *tibi tradat.*—6 Bong. 1. *III. talentum,* pro *triginta millia talentum;* Pith. *talentorum;* Mer. *trigesimum talentum.* Popma pro *auri* conj. *argenti.* Loccenius legi jubet: *tria millia talentum auri.*—7 Voss. 2. *sed etiam occupares,* omisso *deberes.*—8 Florent. *quantum potes.* Bong. Florent. et Leid. *difficile enim est.* Pal. 1. *carere non possis.* 'Acidalius mavult: *prægrande imperium.* Præferrem etiam: *quod capere vix posset.* Nec sequentia satis mihi placent.' *Schmieder.* Pal. 1. *quem-*

NOTÆ

[d] *Antea*] Supra, cap. 4. Halys fluvius, ibid. Lydia, lib. III. cap. 4. Hellespontus lib. III. cap. 1. Euphrates lib. V. cap. 2. Hæc oblata per secundas literas Arrianus scribit lib. III. sed Curtio Justinus consentit lib. XI.

[e] *Pro tribus*] Arrianus hoc a Dario scriptum ponit ad Alexandrum secundis epistolis, cum adhuc Tyrum obsideret; Justinus quoque ad secundam legationem refert.

[f] *Talentum auri*] Hoc est, triginta sex millia talentorum argenti, ut videre est ex iis quæ diximus de talentis lib. III. cap. ult. Neque enim scriptum puto a Curtio, quod hic aliqui legunt, *triginta millia;* vel certe *argenti* legendum, non *auri*, cum Diodorus, quem Noster ferme sequitur, *tria* solum millia scripserit; Plutarchus *mille* tantum. Sane vix credibile est offerri a Dario potuisse trecentorum et sexaginta millium talentum summam; quantam ne in universis quidem ejus thesauris repertam legimus.

[g] *Non dicerem*] Veritus ne, si minus esses moderato animo, aut irrita aut ingrata tibi forent quæ dicturus sum. Alii negationem expungunt, quod non absurdum quoque sensum potest efficere; sed aptior est vulgatæ lectionis sententia.

quæ modum excedunt,[c] regi nequeant? Nescio, an Darius ideo tam multa amiserit quia nimiæ opes magnæ jacturæ locum faciunt. 9. Facilius est quædam vincere, quam tueri:[d] quam Hercule expeditius manus nostræ rapiunt, quam continent. Ipsa mors uxoris Darii te admonere potest, minus jam[h] misericordiæ tuæ licere, quam licuit.' 10. Alexander, legatis 'excedere tabernaculo' jussis, 'quid placeret,' ad consilium refert.[e] Diu nemo quid sentiret ausus est dicere, incerta regis voluntate. 11. Tandem Parmenio, 'ante suasisse,'[i] ait, 'ut captivos apud Damascum redimentibus redderet; ingentem pecuniam potuisse redigi ex iis, qui multi vincti virorum fortium occupa-

[c] *Quorum nimia amplitudo est.*
[d] *Aliqua sunt quæ facilius acquiruntur bello, quam servantur.*
[e] *In suorum consilio quæriti, quid ipsis optimum videtur.*

admodum excedunt. Voss. 2. *tam amiserit*, omisso *multa*.—9 Florent. Leid. Pal. 1. et Bong. omittunt *est* post *Facilius*; Theocr. *Facilius est locum vincere quendam ... quantum hercule*; unde Henm. conj. *quanto hercule*. Schefferus legit: *Facilius est quidem vincere, &c.* Pro *rapiunt* Voss. 2. *capiunt*. Mox Dan. Florent. Leid. et Voss. 2. *admonere te potest*. Voss. 2. *jam nunc misericordiæ, &c.*—10 Alii: *ad concilium*. Voss. 2. *Tum nemo.*—11 'In hac oblique a Curtio relata oratione Parmenionis, et ex codd. et monitu interpretum, ut melius sibi constaret, quædam immutavi, *suasisse* scribens pro *suasissem*; *redderet* pro *redderes*, (quod habent omnes codd. et edd.) *occuparent* pro *occupaverunt*, (ubi quinque codd. *occuparunt*;) *censere* cum quatuor codd. pro *censerem*; *permutet* cum tribus codd. pro *permutes*. Schefferus principium orationis olim hoc fuisse putat: *Tandem Parmenio: ante suasisse se, ait, captivos apud Damascum redimentibus redderet.*' Schmieder. Florent. Leid. et Voss. 2. *antea suasissem*; Pith. *ante suasisset*. Ed. pr. Venett. Veron. ceteræ vett. et recentt. et omnes fere codd. *ante suasissem*. Ald. *aut captivos*. Voss. 2. *pecuniam posse redigi*. Florent. Leid. Voss. 2. et Mer. *ex his*. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *occuparant*; Ed. pr. Venet. Rom. Vet. an. 1474. Mediol. Veron.

NOTÆ

[h] *Minus jam*] Hoc ipsum jam ante Alexander doluerat, si Plutarcho credimus.

[i] *Ante suasisse*] Hoc enim suaserat, teste Arriano, jam tum cum apud Tyrum agenti secundæ a Dario literæ allatæ sunt, quibus decem talentum millia offerebat pro matre, uxore, ac liberis; et quicquid terrarum inter Græcum mare atque Euphratem jacet. Ceterum obliquam esse Parmenionis orationem, quod recte Budæus animadvertit, nemo inficiabitur, qui totam attentius legerit. Quomodo enim directæ conveniunt ista, 'potuisse,' 'possedisse,' 'respiceret,' 'intueretur,' &c. quam desultorium et inconstantem sermonem efficerent? Itaque nihil dubitandum fuit quin pro *suasissem, censerem, permutes*, legi debeat *suasisse, censere, permutet*. *Tribus*] Cap. sup. *Millibus tal.*] Vide lib. v. cap. 5.

rent manus.[f] 12. Et nunc magnopere censere, ut unam anum et duas puellas, itinerum agminumque impedimenta, triginta millibus talentis auri permutet. 13. Opimum regnum occupari posse conditione,[e] non bello: nec quenquam alium inter Istrum[j] et Euphraten possedisse terras ingenti spatio intervalloque discretas. Macedoniam quoque respiceret potius, quam Bactra et Indos intueretur.' Ingrata oratio regi fuit. 14. Itaque, ut finem dicendi fecit, 'et ego,' inquit, 'pecuniam quam gloriam mallem, si Parmenio essem. [Nunc[k] Alexander, de paupertate securus sum: et me non mercatorem memini esse, sed regem.] 15. Nihil quidem habeo venale; sed fortunam meam utique non vendo. Captivos si placet reddi; honestius dono dabimus, quam pretio remittemus.' 16. Introductis deinde legatis ad hunc modum respondit: 'Nuntiate Dario, [gratiarum[l]

f Quibus captivis custodiendis multi fortes viri distinebantur.
e Pacis conditionibus obtineri sine prælio.

Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Argent. Erasm. Frob. Lugd. Amst. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both. *occupaverunt.* Vide Not. Var.—12 Pal. 1. Pith. Put. Fanch. Voss. 1. 2. Ed. pr. Venet. Rom. Vet. an. 1474. Veron. et ceteræ vett. et recentt. *censerem;* Florent. Leid. Dan. et Bong. *cēnsere.* Pith. *XXX. talentis;* Florent. et Leid. *XXX. B. talentis;* Voss. 2. *triginta millia talenta auri per opimum, &c.* Venett. Veron. Mer. Bas. et Col. omittunt *millibus;* Voss. 2. *triginta millibus talenta;* Bong. Florent. Theocr. Leid. Lugd. et Amst. *triginta millibus talentum.* Florent. Leid. Fauch. Voss. 2. Pal. 1. Pith. Put. et edd. omnes *permutes;* Dan. Bong. et Voss. 1. *permutet.*—13 Nonnulli codd. et edd. vett. *Optimum regnum.* Bong. Dan. Florent. et Leid. *occupare posse;* Col. Mer. et Bas. *occupare se posse.* Florent. Leid. Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. Bas. et Lugd. *desertas* pro *discretas;* Frob. *disertas.* Florent. Leid. et Bong. *potius respiceret;* Lugd. et Amst. *potius respiceres.* Voss. 2. semper *Batra*, et mox *tueretur;* Amst. et Lugd. *intuereris.*—14 Mer. *si pecuniam.* Dan. Florent. et Leid. *si Parmenion;* Mer. omittit *si.* Lugd. et Amst. omittunt *esse* post *memini.* De verborum uncis inclusorum integritate Freinshemius subdubitat.—16 Florent. Leid. Pal. 1. Mod. Amst. et Lugd. omittunt hæc un-

NOTÆ

j *Istrum*] Ister, alias Danubius, Europæ fluviorum maximus in Alpibus oritur et per Germaniam, Pannoniamque decurrens, in Pontum Euxinum pluribus ostiis effunditur. Germani *Donaw* appellant. Euphrates lib. v. cap. 1. Bactra lib. VII. cap. 4. India lib. VIII. cap. 9.

k *Nunc*] Totum hoc comma Freinshemio non placet, quod præcedentis sententiæ venustatem nimia explicatione corrumpat: itaque insititium suspicatur.

l *Gratiarum*] Quæ uncis deinceps

actionem apud hostem supervacaneam esse, et] me, quæ fecerim clementer et liberaliter, non amicitiæ ejus tribuisse, sed naturæ meæ: 17. [nec adversus calamitates, sed adversus hostium vires contendere.] Bellum cum captivis et fœminis gerere non soleo: armatus sit oportet, quem oderim. 18. Quod si saltem pacem bona fide peteret; deliberarem forsitan, an darem: verumenimvero, cum modo milites[m] meos literis ad proditionem, modo amicos ad perniciem meam pecunia solicitet; ad internecionem mihi persequendus est, non ut justus hostis, sed ut percussor[n] (et) veneficus. 19. Conditiones vero pacis, quas fertis, si accepero; victorem eum faciunt. Quæ post Euphraten sunt, liberaliter donat: ubi igitur me affamini? nempe ultra

cinulis inclusa: 'atque ob eam causam non absimile veri est, e Justin. XI. 12. ea hic intrusa fuisse. Quam si vero tot codd. auctoritas non obstaret, dixerim Curtium nostrum e Trogo Pompeio ea hausisse, unde Justinus omnia habet.' *Cuaz.*—17 Florent. Leid. Mod. Bong. Dan. Pal. 1. Amst. et Lugd. omittunt hæc: *nec...contendere.*—18 Pal. 1. *meum modo p. solicitet.* Voss. 2. *ad internictionem;* Florent. Leid. *ad internitionem.* Florent. Leid. Dan. et Pal. 1. *sed ut perculsor.* 'Acidalius copulam inserendam putavit, (*ut percussor, et veneficus,*) suffragantibus Freinsh. Cellar. et Heum. Verum enim vero Gualterus etiam vocem *veneficus*, exemplo optimorum scriptorum, pro adjectivo habuit, et hunc locum ita expressit: 'nec non mihi justus ut hostis Prælia molitur, verum ut siccarius, immo, Ut verum fatear, ut latro veneficus instat.' Quæ auctoritas, si non tanta est, ut lectionem firmare possit, comma insertum omnem offensionem tollet.' *Cuaz.*—19 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *quas adfertis.* Pal. 1. *liberalitate donat;* Bong. 1. *liberalitate;* Ald. *liberalitate d. u. i. m. a. nempe obliti estis nam ultra Euph. sum;* Dan. pro *liberaliter* habet *liberalitate;* reliqua margini addita hoc modo: *ubi igitur me affatis, nempe obliti estis, nempe ultra Euph. sum,* et sic habent etiam codd. Florent. et Leid. at Voss. 2. Col. Mer. Frob. et Bas. *affamini? nempe obliti estis nempe ultrà.* Pro *affamini* Florent. Leid. et Bong. habent *adfatis.* Voss.

NOTÆ

inclusimus passim, in hanc orationem ex Justino inculcata sunt, non ab ipso Curtio quidem, (is enim Justino antiquior est,) sed ab imperitis forte librariis, quos aliqui in editionibus suis secuti sunt; cum in optimis codicibus Mss. atque impressis non legantur.

[m] *Milites*] Paulo ante, cap. 10. *Amicos*] Sic quidem Parmenio ad Alexandrum scripserat de Philippo, lib. III. cap. 6. Et Nabarzanis literæ ad Sisenem interceptæ, ibid. cap. 17. quas auctore Dario scriptas Alexander credidit, vel certe videri voluit credere.

[n] *Percussor*] Inserendum fuisse, *et*, jampridem viderat Acidalius. 'Percussorem' vocat, quia milites ad necem ferro inferendam; 'veneficum' quia medicos ad toxicum miscendum solicitasset. Quo magis adducor ut credam veram esse conjecturam Acidalii, pro *amicos* legendum *medicos.*

Euphraten sum: summum ergo dotis, quam promittit, terminum castra mea transeunt. Hinc me depellite, ut sciam vestrum esse, quod ceditis. 20. Eadem liberalitate dat mihi filiam suam: nempe quam scio alicui servorum° suorum nupturam: multum vero mihi præstat,[h] si me Mazæo generum præponit! 21. Ite, nuntiate regi vestro, et quæ amisit, et quæ adhuc habet, præmia esse belli: hoc regente utriusque terminos regni, id quemque habiturum, quod proximæ lucis assignatura fortuna est.[i] 22. [Et me in Asiam non venisse, ut ab aliis acciperem, sed ut aliis darem. Si secundus, et non par mihi vellet haberi; facerem forsitan, quæ petit: ceterum, nec mundus duobus solibus potest regi, nec duo summa regna salvo statu terrarum potest habere. 23. Proinde aut deditionem hodie, aut in crastinum bellum paret: nec aliam sibi, quam expertus est, polliceatur fortunam.'] 24. Legati respondent; 'cum bellum in animo sit, facere eum simpliciter,[j] quod spe pacis non frustraretur: ipsos petere, quamprimum dimittantur ad regem: eum quoque bellum parare debere.' Dimissi nuntiant, 'adesse certamen.'

[h] *Plurimum scilicet mihi gratificatur.*

[i] *Postquam illud definierit amborum imperiorum limites, utrumque nostrum id possessurum esse quod crastinæ pugnæ sors adjudicatura est.*

[j] *Illum sincere agere.*

---

2. *ut sentiam.* Florent. Leid. Fauch. et Pith. *quo ceditis;* Mer. *quod creditis.* —20 *Eadem libertate* Col. Mer. et Bas. *servorum suorum ejus* Bong. *suorum servorum* Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. Frob. et Bas. *multum mihi* Voss. 2. omisso *vero.*—21 Bong. 1. *hoc regem te;* alii *hoc repente;* Pal. 1. *hoc regem esse et utriusque.* Heum. conj. *hoc urgente utriusque, &c.*—22 'Et hæc verba [*Et me* usque ad *polliceatur fortunam*] in plurimis codd. [Florent. Leid. Bong. Mod. Pal. 1. Dan. Lugd. et Amst.] desunt, atque Justini, vel potius Trogi Pompeii esse videntur. Gualterus quoque prorsus hunc locum omisit.' *Cunz.* Voss. 2. *Si secundus tamen.*—24 Ald. et Col. *non frustrarentur.* Florent. Leid. Bong. et Pal. 1. *ipsos petere, ut quamprimum.*

NOTÆ

° *Servorum*] Servos appellat quosvis Persicorum regum imperio subditos, quantumvis aliunde gratia opibusque pollentes; hic enim Orientalium ferme regum hodieque mos est, suos omnes pro servis habentium: et illarum gentium ingenia sunt ad servitutem facta.

XII. 1. Ille quidem confestim Mazæum cum tribus millibus equitum ad itinera, quæ hostis petiturus erat, occupanda præmisit. 2. Alexander, corpori uxoris ejus justis[a] persolutis, omnique graviore comitatu intra eadem munimenta cum modico præsidio relicto, ad hostem contendit. 3. In duo cornua diviserat peditem, in utrumque latus equite circumdato: impedimenta sequebantur agmen. 4. Præmissum deinde concitis equis[b] Menidan jubet 'explorare, ubi Darius esset.' At ille, cum Mazæus haud procul consedisset, non ausus ultra procedere; nihil aliud, quam 'fremitum hominum hinnitumque equorum exaudisse' nuntiat. 5. Mazæus quoque, conspectis procul exploratoribus, in castra se recipit; adventus hostium nuntius. Igitur Darius, qui in patentibus campis decernere optabat, 'armari militem' jubet, aciemque disponit. 6. In lævo cornu Bactriani[c] ibant equites, mille admodum; Dahæ totidem:

1 Florent. Leid. et Bong. *cum t. equitum millibus.* Voss. 2. *ad itinera, quæ hospitaturus erat.*—2 Mer. *corporis uxoris.* Voss. 2. *corpori u. Darii justis.* Florent. *prosolutis.*—3 *Duo cornua diviserat* Ed. pr. Venett. et Veron. *Duo cornua diversa erant* Mer. *D. c. divisa erant* Ald. Colin. Gryph. Basil. Col. Amst. Lugd. ceteræ edd. usque ad Modium, qui ex codd. correxit: *D. c. diviserat*, ut est in Theocr. Acidalius vero: *In d. c. diviserat.* Bong. *peditem; utrimque latera*; Florent. et Fauch. *peditem; utrimque lateri*; Leid. *peditem; utrimque latera equitæ.* Voss. 2. etiam omittit *in.* Vide Not. Var. Dan. et Pith. *impedimento.*—4 Iidem codd. cum Mod. Lugd. 1584. 1586. 1591. et Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. *deinde cum Scythis equitibus*; Florent. et Leid. *d. cum Scitis equitibus*; Bong. 1. *d. cum scutis equitibus*; Voss. 2. *d. concitis equitibus*; Ed. pr. Venet. Rom. Veron. et ceteræ vett. et recentt. *d. concitis equitibus.* 'Cum Radero et cod. Theocr. scripsi: *d. concitis equis.*' Schmieder. *Menidam* edd. vett. *Menidan* omnes codd. *ubi Darius consisteret* Pal. 1.—5 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *in c. se recepit.* Leid. *adventum.* Idem codex cum Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *nuncians.*—6 Ald. *Dahæ vero*; Pal. 1. Voss. 1. 2. Bas. Col. et Mer. *Dachæ*; alii *Daæ.* Pal. 1. *et Argichosii*; Mer.

NOTÆ

[a] *Justis*] 'Justa' dicuntur exequiarum suprema officia, propterea quod mortuis jure quodam naturæ debeantur, præsertim a suis.

[b] *Equis* [*equitibus*] Forte scripsit Curtius, ut alio loco: *concitis equis.* Emendaverat Modius: *cum Scythis*; quod etsi ferri alias posset; minime tamen admittendum hic puto, non solum quia inutile, sed etiam quia nusquam alias in Alexandri exercitu Scytharum occurrit mentio apud Curtium, anteqnam eos devicerit.

[c] *Bactriani*] Lib. VII. cap. 4. Dahæ lib. VIII. cap. 1. Arachosii lib. VII. cap. 3. Susii, vel Susiani lib. V. cap. 2. Massagetæ lib. VIII. cap. 1. Mardi lib. VI. cap. 5. Sogdiani lib. VII. cap. 10.

et Arachosii Susiique quatuor millia explebant. Hos quinquaginta falcati currus sequebantur: proximus quadrigis erat Bessus cum octo millibus equitum, item Bactrianis. Massagetæ duobus millibus agmen ejus claudebant. 7. Pedites his plurium gentium non mixtas, sed suæ quisque nationis junxerant copias. Persas deinde cum Mardis Sogdianisque Ariobarzanes et Orobates ducebant. 8. Illi partibus copiarum, summæ Orsines præerat; a septem Persis[d] oriundus, ad Cyrum quoque nobilissimum regem originem sui referens. 9. Hos aliæ gentes, ne sociis quidem satis notæ, sequebantur. Post quas quinquaginta quadrigas Phradates magno Caspianorum[e] agmine antece-

Aracosii; alii *Archasii.* Ald. *Susii;* Bong. *Suavique;* Florent. Leid. et Voss. 2. *Suanique;* Voss. 1. *Susanique;* Col. *Suevique;* Mer. *Suevi;* Bas. *Suzii.* Hoc nomen deest in Pal. 1. *millia* deest in Bong. Florent. Leid. et Voss. 2. *Hos centum falcati* Venett. et Veron. Mox Ald. et Col. *Bassus.* Pal. 1. *B. octo millium;* Pith. Bong. 1. et Voss. 1. 2. *B. octo equitibus;* Fauch. *B. octo millibus equitibus;* Leid. *Bes cum octo;* Florent. *Bes sed octo equitibus.* Voss. 2. *Batricanis.* Vox *item* deest in multis.—7 Fauch. et Pal. 1. *his plurimum;* Ald. et Col. *plurimum his;* Mer. et Bas. *plurimi his.* Voss. 2. *non mixtos;* Bong. Ald. et Lugd. *non immixtos;* Florent. et Leid. *non immixtos.* Pal. 1. *se suæ.* Dan. Pal. 1. Voss. 2. Bong. et Lugd. Roussini: *junxerat.* Pith. omittit *copias.* Florent. *cum Margdis;* Col. Mer. Bas. et Mod. *cum Marsis;* Raderus correxit: *cum Mardis.* Voss. 2. *Sodianis.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Oriobarzanes;* Sigesb. et Pith. *Oriobarzanes,* superscripto tamen *a,* ut esset *Ariobarzanes.* Pal. et Bong. *Oriombates;* Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Orionibates;* Lugd. Amst. Col. Mer. et Bas. *Oriobates.*—8 *Illis partibus copiarum Orsines præerat* Mod. Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. *Illi p. c. summæ, &c.* Ed. pr. Rom. Venet. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. &c. usque ad Mod. cum codd. et edd. recentt. Voss. vero 2. legit: *Illi p. copiarum legionis duo summæ autem Orsines, &c.* In Arriano III. 8. 8. pro vulgato *Orxines* opt. cod. legit *Otanes.* Vide Not. Var.—9 Pith. *nec seciis;* Col. Mer. et Bas. *ne s. satis quidem;* Voss. 2. *ne s. satis notæ quidem.* Pal. 1. *Post aquo;* Schefferus legit: *Post quas quinquaginta quadrigæ. Eas Phradates, &c.* Pal. 1. *Pharadates;* Ald. Col. et Mer. *Bradates;* Bas. *Bardates.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et

NOTÆ

[d] *Septem Persis*] Notissimi in Persica historia Principes, qui Magum invasorem imperii conspiratione facta sustulerunt, deque suo numero unum Regem constituerunt Darium Hystaspis. Vide Just. lib. I. Valerium Max. lib. VII. cap. 6. Ab horum aliquo, vel etiam a pluribus originem ducere poterat Orsines paterni maternique generis. *Cyrus*] Persarum rex primus. Justinus ibidem, et alii.

[e] *Caspianorum*] Caspiani lib. VI. cap. 5. Indi lib. VIII. cap. 9. Rubrum Mare lib. VI. cap. 2. Armenia utraque lib. V. cap. 1. Babylonia lib. V. cap. 1.

debat. Indi ceterique Rubri maris accolæ, nomina verius quam auxilia,[a] post currus erant. 10. Claudebatur hoc agmen aliis falcatis curribus quinquaginta: quis peregrinum militem adjunxerat. Hunc Armenii, quos minores vocant; Armenios Babylonii; utrosque Belitæ,[f] et qui montes Cossæorum[g] incolebant, sequebantur. 11. Post hos ibant Gortuæ, gentes quidem Euboicæ,[h] Medos quondam secuti; sed jam degeneres, et patrii moris ignari. Applicuerat his Phrygas[i] et Cataonas. Parthorum[j] deinde

[a] *Inania potius gentium nomina, quam vera subsidia.*

Pal. 1. *Caspiorum;* Col. *Caspaniorum.* Pal. 1. *antecedebant.*—10 Pal. 1. *alii falcatis.* Boug. et Voss. 2. omittunt *quinquaginta.* Boug. *adjunxerant.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Boug. Lugd. et Amst. *quos m. appellant.* Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *Bellitæ.* 'Cum Belitarum nusquam alibi mentio fiat, haud scio an Blankardi ad Arrian. III. 16. conjectura recipienda sit, qui, rejecto τῷ *utroque*, legit *Babylonii Belitæ.* Babylonios autem a Curtio 'Belitas' dictos putat, ob insignem reverentiam qua Belum coluerint Arriano teste.' *Cunz.* Pal. 1. Voss. 2. et Mer. *Cosseorum;* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *Quosseorum;* Pith. *Segeorum;* Bas. 2. *Quosteorum.* Col. Mer. et Bas. *incolunt.*—11 *Post hos* G. multæ edd. ante Modium, qui ex codd. inseruit *ibant.* Freinshemius maluit *gentis*, probantibus Heumanno et Schmieder. *Euboïæ* Florent. *Roboicæ* Voss. 2. Mox Ald. Colin. Gryph. Bas. et Mer. *et Cathaonas.* Florent. et Leid. *Parthoirum;* Pal.

NOTÆ

[f] *Belitæ*] Unde nomen habeant quave in Asiæ parte incoluerint, compertum non est. Duplex quidem in Syria fluvius Belus; in Phœnice alter ad Ptolemaidem in mare labens; alter in Syria proprie dicta, qui Chalcidem et Seleuciam 'ad Belum' dictam alluit. Sed quis statuat ab alterone, aut ab utro appellati sint; an potius a Belo Babyloniorum Rege primum, deinde numine?

[g] *Cossæorum*] Cossæi montana gens latrociniis victitans, quam Ptolemæus collocat sub gradu long. 82. lat. 34. vocantur aliis 'Cossæ,' vel 'Cossi,' vel 'Cissi.' Hos eruditi putant 'Chutæos' esse, quorum coloniam Salmanassar traduxit Samariam. Quippe Hebræum כ non raro idem sonat atque S. Vide Suppl. lib. X. cap. 4.

[h] *Euboicæ*] Euboea, hodie *Negrepont*, Ægæi Maris insula nobilis, Bœotiæ littori ad Orientem objacet, ab eaque angusto freto dirimitur, cui nomen Euripus est, ob crebram æstus reciprocationem inclyto. Inde oriundi 'Gortuæ' (sive id nominis jam tum illic habuerint, sive deinde acceperint) Medos, hoc est, Persas secuti erant sub ea, credo, tempora, cum Darii aut Xerxis copiæ Græciam inundarunt. Quod enim *patrii moris* ignaros vocat, non dubium quin ad Græciæ mores respexerit.

[i] *Phrygas*] Phrygia utraque lib. III. cap. 1. *Cataonas*] Cataonia Cappadociæ sive minoris Armeniæ pars quam a Cilicia Taurus mons dirimit, mediamque perlabitur Pyramus fluvius, in media ejus planitie ortus, de quo Strabonem vide lib. XII.

[j] *Parthorum*] Torquet hic locus In-

gens, incolentium terras, quas nunc Parthi, Scythia profecti, tenent, claudebant agmen. Hæc sinistri [k] cornu acies fuit. 12. Dextrum tenebat natio majoris Armeniæ, Cadusiique;[1] Cappadoces, et Syri et Medi: his quoque falcati currus erant quinquaginta. 13. Summa [m] totius exercitus, equites quadraginta quinque millia: pedestris acies ducenta millia expleverat. Hoc modo instructi decem stadia procedunt: jussique 'subsistere,' armati hostem expecta-

1. *Parthiorum*, et *Parthoirum*, et, subdito literæ i puncto, *Parthorum*; codd. Modii, Lugd. 1584. 1588. 1591. et Amst. *Parthienorum*; plerique codd. *Parthorum*. Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. 1. 2. *Hæc s. cornus*; et sic in Fauch. sed *s* exsculpto. Voss. 1. *facies fuit*.—12 Theocr. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *tenebant*. Pal. 1. *Caduschique et Cappadoces*; Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *Cadusaque Cappadoces*, absque interpunctione. Voss. 2. *et Sirii*; Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *Syrii*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *ac Medi*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. *currus L. erant*.—13 Omnes codd. cum Col. et Mer. *equites XLV.* omisso *millia*; edd. antiq. *equites XLV. millia*; vulgo ante Freinsh. *equites CXLV. millia*. Vide Not. Var. Pal. 1. *pedestres acies ducenta millia expleverant*; Pith. *pedestris a. exercitus CC. m. expleverat*; Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. et Amst. 1621. 1628.

NOTÆ

terpretes ob manifestam Curtii ἐναντιολογίαν, qui jam tum *Parthorum gentem* vocet, quam nondum e Scythia profectam videtur indicare. Expedita res esset si legeremus: *quas nunc Parni Scythia, &c.* Sic enim nec secum, nec cum Historia pugnaret Curtius, ut constabit ex iis quæ dicemus lib. VI. cap. 2.

[k] *Hæc sinistri*] Arrianus aliquanto diversam descriptionem exhibet tum sinistri, tum dextri cornu, mediæque, quam Curtius non attigit, aciei. In ea Græci erant mercenarii Macedonicæ phalangi oppositi, quorum hic nulla mentio. Sed Arriano potius credendum, qui suam ex Aristobulo descriptionem accepit, qualis post pugnam reperta fuerat.

[l] *Cadusiique*] Coluisse dicuntur Borealem Mediæ partem ad mare Caspium, qua Ecbatanis iter est in Hyrcaniam, ut ex Arriano intelligitur lib. III. Cappadoces lib. III. Syria lib. IV. cap. 1. Media lib. V. cap. 8.

[m] *Summa*] Vel non constat sibi Curtius, vel major fuit Persici exercitus summa. Nam ipse supra cap. 9. dixerat dimidio fere majorem hic copiarum esse numerum, quam ad Issum fuerat, ubi summa colligitur trecenta undecim millia ducenti. Sed quam credibile est corruptas numerorum notas, tam incertum quid Curtius scripserit. Nam quod Genevensis editio anni 1618. numerat equitum 145000. peditum 600000. numerum illum dimidio fere majorem superat. Nec de ipsa re magis quam de Curtii mente constat. Nam equites numerat Arrianus 40000. Justinus et Orosius 100000. Diodorus 200000. Pedestris vero acies Orosio est 404000. Justino 600000. Diodoro 800000. Arriano 1000000. Plutarchus universe tam equitum quam peditum ait fuisse 1000000. in quo Arrianum et Diodorum consentientes habet.

bant. 14. Alexandri exercitum pavor, cujus causa non suberat,[b] invasit: quippe lymphati[o] trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente. Cœli fulgor, tempore æstivo[p] ardenti similis internitens, ignis præbuit speciem; flammasque ex Darii castris splendere, velut illati temere præsidiis, credebant. 15. Quod si perculsis Mazæus, qui præsidebat itineri, supervenisset; ingens clades accipi potuit: nunc dum ille segnis in eo, quem occupaverat, tumulo sedet, contentus non lacessi;[c] 16. Alexander, cognito pavore exercitus, 'signum ut consisterent dari, ipsos arma deponere ac levare[d] corpora' jubet: ad-

[b] *Cujus nulla erat vera ratio.*
[c] *Satis habens si ipse non oppugnaretur.* [d] *Cibo et quiete reficere.*

1639. 1686. *p. a. sexcenta m. expleverat.*—14 Leid. et Voss. 1. *quippe lymfati;* Voss. 2. *q. linfati;* Theocr. *q. lymphatici.* Bong. 1. *trepidare fecerunt.* Pith. *tepore* pro *tempore.* Multæ edd. ante Freinsh. *velut illatas;* Voss. 2. *velut elati;* alii cum Lugd. et Amst. *velut latis tenderent.* Vide Not. Var. 'Equidem non dubito quin hæc verba: *velut illati temere præsidiis,* pro mero glossemate habenda sint, quod in margine additum atque ad τὸ *lymphati trep. cœperunt:* per incuriam atque inscitiam librariorum deinde in textum, non suo certe loco, irrepsit.' *Cunz.* 'Mihi causa gravis, cur hæc: *velut* i. *t. p.* pro glossemate habenda sint, adesse non videtur.' *Schmieder.*—15 Bong. 1. 2. *ingens cladis.* Vocabula *nunc dum* non habentur in plurimis codd. et edd. ante Schmieder. qui ex codd. Leid. Florent. Voss. 1. 2. et Bong. ea restituit, immutata paullisper interpunctione. Vulgata interpunctio fuerat: *ille segnis i. e. q. o. t. sedet: contentus n. lacessi. Alexander, &c.* Amst. et Lugd. 1584. 1588. 1591. *tumulo sedit.*—16 Voss. 2. *ut obsistent;* Pal. 1. *ut constiterat.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. *ante ipsos,* h. e. πρὸ τῶν ποδῶν· Pith. et

NOTÆ

[b] *Non suberat*] Subitos ejusmodi pavores quibus justa causa non subsit, 'panicos terrores,' sive 'panica' dixerunt, a Deo Pane qui hos immittere putabatur. Cujus opinionis ac nomenclaturæ causam aliam alii produnt. Vide Hyginum lib. III. Polyænum lib. I. cap. 2. et Politian. in Miscellan. lib. I. cap. 28.

[o] *Lymphati*] Tales proprie dicti sunt, qui ob speciem aliquam Nymphæ in aqua conspectam versi repente in amentiam putabantur; quos Græci νυμφολήπτους, quasi a *nympha correptos,* vocant. Sed hoc nomen ad omnes transiit, quos subitus aliquis furor invasit. Et 'lymphaticus' pavor, idem ferme qui 'panicus.'

[p] *Æstivo*] Hoc quidem aliquot ab Autumnali æquinoctio diebus contigit, altero scilicet ante pugnam, qui III. fuit Kal. Octob. juxta Petavii et Scaligeri ratiocinia. Sed æstivum appellat quatenus Hyberno opponitur. Porro sensus est, apparuisse in aëre fulgores illos qui nocturno tempore per æstatem subito intermicare solent, dum evectæ diurno calore exhalationes, absque tonitru tamen, identidem accendantur.

monens, 'nullam subiti causam esse timoris, hostem procul stare.' 17. Tandem compotes sui pariter arma et animos recepere: nec quicquam ex præsentibus tutius visum est, quam eodem loco castra munire. 18. Postero die Mazæus, qui cum delectis equitum in edito colle, ex quo Macedonum prospiciebantur castra, consederat, sive metu, sive quia 'speculari modo' jussus erat, ad Darium rediit. 19. Macedones eum ipsum collem, quem deseruerat, occupaverunt; nam et tutior planitie erat, et inde acies hostium, quæ in campo explicabatur, conspici poterat. 20. Sed caligo, quam circa humidi effuderant montes, universam quidem rei faciem non abstulit: ceterum agminum discrimina atque ordinem prohibuit perspici.[e] Multitudo[q] inundaverat campos; fremitusque tot millium etiam procul stantium aures impleverat. 21. Fluctuari animo rex,[f] et modo suum, modo Parmenionis[r] consilium sera æstimatione perpendere:[t] quippe eo ventum erat, unde recipi exercitus, nisi victor, [aut] sine clade non posset. 22. [Movebat[s] etiam eum multitudo hostium, respectu paucitatis

[e] *Nebulæ, quæ ex vicinis montibus humidis se diffuderant, non eripuerunt quidem confusum universi exercitus hostilis aspectum, sed aciei distributionem ad dispositionem cerni non sivit.* [f] *Alexandri mens huc illuc agitari cœpit.*

[t] *Jam tardiori meditatione considerare.*

Fauch. *ante ipsos coram*; Dan. *ante ipsi*, sed subditis punctis deletum *si*. Freinshemius conj. *antesignanos arma ponere*, Polyæno suffragante: et pro *levare corpora* mavult, *levari torpore*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *causam esse terroris*.—17 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. *et animos recipere*. Voss. 2. *ex p. tottus*. Pro *eodem* alii, *in eodem*.—18 *Mazæus, cum, &c.* Florent. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. et Mer. omisso *τῷ qui*. Voss. 2. *prospiciebat castra, consenderat....reddit*.—19 *Macedones tum ipsum* Voss. *planitia* Voss. 1. *planities* Pal. 1. *explicabantur* Pal. 1. et Voss. 2.—20 Bong. *montes effuderant*. Bong. Florent. Leid. et Voss. 2. *universum equidem*. Col. Mer. et Bas. omittunt *non* ante *abstulit*. Florent. et Leid. *adstantium aures*.—21 *Fluctuare animo* omnes edd. a Modio usque ad Freinsh. *Fluctuabatur animo* edd. antiq. ante Modium; *Fluctuari animo* omnes fere membranæ. *et modum suum* Voss. 1. *existimationis* multæ edd. post Modium: *æstimatione* plerique codd. *extimationis* Voss. 2. *nisi victor, sine clade* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. omisso *aut*.—22 'Hæc omnia, *Movebat....cres-*

NOTÆ

[q] *Multitudo*] Persarum.

[r] *Suum, modo Parmenionis*] Quid Parmenio suaserit, quid Alexander responderit, vide supra cap. 11.

[s] *Movebat*] Quæ sequuntur hamulis inclusa, huc quoque translata sunt ex

suæ gentis: sed interdum reputabat, quantas res cum hac gente gessisset, quantosque populos fudisset. Itaque cum spes metum vinceret, periculosius bellum differre ratus, ne desperatio suis cresceret; dissimulato eo, 'mercenarium equitem ex Pæonia[t] præcedere' jubet. 23. Ipse phalangem, sicut antea dictum est, in duo cornua extenderat: utrumque cornu equites tegebant. Jamque nitidior lux, discussa caligine, aciem hostium ostenderat: et Macedones, sive alacritate, sive tædio expectationis, ingentem, pugnantium more, edidere clamorem: redditus et a Persis nemora vallesque circumjectas terribili sono impleverat. 24. Nec jam contineri Macedones poterant, quin cursu quoque ad hostem contenderent.] Melius adhuc ratus in eodem tumulo castra munire; 'vallum jaci'[u] jussit: strenueque

ceret, ex Justino XI. 9. inculcata esse primus vidit Modius. Absunt etiam a codd. melioribus. Nonne, paucis interjectis, Alexander in eodem tumulo, in quo tum erat, ex quo mercenarii equites præcedere debuissent, castra muniri, jussisse narratur? nonne postero demum die ex iisdem castris exire copias jubet, aciemque disponit? cap. XIII. 26. Qui potuissent igitur jam tum Macedones cursu in hostes, triginta stadia remotos, contendere? Accedit et mancam esse orationem in verbis *dissimulato eo*, ubi, si Curtii essent, pro *eo*, vel *pavore*, vel *metu*, legendum esset; eamque hiulcam quoque in *melius adhuc ratus*, ubi unus modo codex, *Alexander melius adhuc ratus*. Quid multis moror? Omnis locus, non solum a *movebat* ad *cresceret*, sed sequentia etiam ad *contenderent* usque aliunde inculcata sunt. Priora in Justino ad verbum fere inveniri dixi; posteriora non inveniuntur, at omnia ex Trogo Pompeio esse persuasus sum. Omnia non de prælio apud Gaugamela, sed de principio conflictus Issici intelligenda sunt. De prioribus (a *movebat* ad *cresceret*) certissimum hoc ex Justino; de posterioribus ex verbis ipsis res liquet. Vera omnia sunt, si de prælio Isaico; falsa et reliquæ narrationi contraria, si de prælio ad Gaugamela intelliguntur. Si omnia, quæ indicavi, insititia sunt, et nihil mutandum est in *dissimulato eo*; nam *eo* respicit ad *metum*, quod verbum præcessit; et reliqua satis cohærent; nam *ratus* § 24. respicit ad *rex* § 21.' *Schmieder*. Florent. Leid. et Voss. 1. *non posset: itaque dissimulato eo*; Lugd. et Amst. *non posset: itaque dissimulato pavore mercenarium militem*. Voss. 2. omittit *etiam* post *Movebat*. Med. et Bong. omittunt, *cum spes, &c.* usque ad *cresceret*. Voss. 2. *itaque dissimulato, &c.* Voss. 1. Dan. et Bong. 2. *Pœnia*; Bong. 1. et Fauch. *Penia*; Pal. 1. *exponi et*; Voss. 2. *ex Peoni et*; Mer. *Peonia*. Lugd. *procedere jubet*.—23 *Namque nitidior* Pal. 1.—24 Florent. et Voss. 1. *qui in cursu*. Mer. *ad hostem extenderent*. Vulgg. *ratus Alexander in eodem, &c.* Voss. 2. *Alexander melius adhuc ratus*. Pal. 1.

NOTÆ

Justini lib. XI. cap. 9. quod nemo non agnovit.

[t] *Pæonia*] Supra cap. 9. de Phalange, lib. III. cap. 9. Cornua lib. III. cap. 2.

[u] *Vallum jaci*] Vallus, seu Vallum, genus est pali firmioris, cujus longa series includendis castris præfigitur.

opere perfecto, in tabernaculum, ex quo tota acies hostium conspiciebatur, secessit.

XIII. 1. Tum vero universa futuri discriminis facies in oculis erat: armis insignibus equi virique splendebant; et, omnia intentiore cura præparari apud hostem, solicitudo prætorum agmina sua interequitantium ostendebat: 2. ac pleraque inania, sicut fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium fulgor, solicitam expectatione mentem [a] turbaverant. 3. Igitur sive dubius animi, sive ut suos experiretur, consilium adhibet, 'quid optimum factu esset,' exquirens. 4. Parmenio, peritissimus inter duces artium belli, 'furto, non prælio opus esse' [a] censebat: 'intempesta nocte opprimi posse hostes: discordes moribus, linguis, adhæc somno et improviso periculo territos, quando in nocturna trepidatione coituros? 5. At interdiu primum terribiles occursuras facies Scytharum Bactrianorumque: hirta illis ora et intonsas comas esse; præterea eximiam vastorum magnitudinem corporum: vanis et inanibus militem magis, quam justis formidinis causis moveri. Deinde tantam multitudinem [b] circumfundi paucioribus posse:' [b] 6. non in Ciliciæ angustiis et inviis callibus, sed in

[a] *Insidiis, non aperto certamine utendum esse.*
[b] *Macedonas, utpote pauciores, a tanto Persarum numero circumveniri posse.*

---

castra muniri. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Theocr. Lugd. et Amst. *successit* pro *secessit*.

1 Mer. omittit *futuri*. Voss. 2. *virique undique*. Bong. et Voss. 1. *intentione cura*. Ald. Dan. et Pal. 1. *præparari*. *Apud hostem;* vulgati omittunt, *apud hostem;* quod Acidalius et Heum. ut glossema delent. Bong. *ostendebantur;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *ostendebatur*. —2 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mer. *sollicita exspectatione*.—3 Florent. *sive de dubiis*. Leid. 1. *quod optimum*.—4 *Parmenio paratissimus* Florent. *futuro* pro *furto* Voss. 1. *furto* deest in Amst. *discordis moribus* Bong. Dan. Leid. et Voss. 1. *linguisve* Leid. *ad hoc somno* Florent. Voss. 1. et Bong. *ad hoc summo* Leid. *adhuc somno* Pal. 1. *ad hæc et somno* in ceteris. Pal. 1. *periculo territis*. Col. et Mer. *quin in nocturna*. Voss. 2. *nocturnam trepidationem*.—5 *Aut interdiu* Florent. *hyrta illis ora* Voss. 1. Mox Voss. 2. omittit *justis*.—6 Voss. 2.

NOTÆ

Gallice, *des palissades*. Idem quoque nomen ipsi aggeri, castrorumque propugnaculis est, quod vallis muniantur. Gallice, *un rempart*.

[a] *Mentem*] Alexandri.
[b] *Multitudinem*] Persarum. *Paucioribus*] Macedonibus.

aperta et lata planitie dimicandum fore.' 7. Omnes ferme Parmenioni assentiebant: Polypercon 'haud dubie in eo consilio positam victoriam' arbitrabatur: 8. quem intuens rex, (namque Parmenionem nuper[c] acrius, quam vellet, increpitum, rursus castigare non sustinebat,[c]) 'latrunculorum,' inquit, 'et furum ista solertia est, quam præcipis mihi: quippe illorum votum unicum est fallere. 9. Meæ vero gloriæ semper aut absentiam[d] Darii, aut angustias locorum, aut furtum noctis[d] obstare non patiar: palam luce aggredi certum est: malo me fortunæ[e] pœniteat, quam victoriæ pudeat. 10. Ad hæc illud quoque accedit, vigilias agere barbaros, et in armis stare, ut ne decipi quidem possint, compertum habeo: itaque ad prælium vos parate.' 11. Sic incitatos ad corpora curanda dimisit. Darius illud, quod Parmenio suaserat, hostem facturum esse conjectans, 'frænatos equos stare, magnamque exercitus partem in armis esse,[f] ac vigilias intentiore cura servari' jusserat: ergo

[c] *Denuo objurgare nolebat.* [d] *Aut quod pugna nocte commissa sit.*

non Ciliciæ. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Dan. et Pal. 1. *planitie dimicarent;* hinc Schefferus fecit *dimicari.*—7 Vulgo ante Freinsh. *assentiebantur.* Voss. 2. *in eo dicto consilio.*—8 Edd. vett. cum Gualt. *quem præcipitis;* Bong. 1. *quam præitis,* quod citant Gruterus et Gebhard. et præfert Modius. 'Cum uno cod. [Pith.] et Freinshemio prætuli *præcipis,* ut Parmenioni parcatur.' *Schmieder.*—9 *Meæ autem gloriæ* Voss. 2. *aut fructum noctis* Mer. *malo meæ fortunæ* Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *malo me fortunæ* Mer.—10 Pith. omittit *quoque.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. Elz. Amst. Lugd. Col. et Bas. *possint compertum habeo;* Dan. *possunt compertum habeo;* Pal. 1. *possit compertum habeo;* alii omittunt, *compertum habeo,* quod Modius et Heum. glossema putant: Gualt. tamen retinuit.—11 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Theocr. Bong. Lugd. et Amst. *id quod Parmenio.* Voss. 2. omittit *hostem.* Pal. 1. *ac vigilia.* Pith. *ergo in ignibus;* Col. *ergo ignibus ejus,*

NOTÆ

[c] *Nuper*] In alio consilio, cap. 11.

[d] *Absentiam*] Ut in prælio ad Granicum. *Angustias*] Ut in pugna Issica, cujus eventum Darius in solas loci angustias referebat. *Furtum noctis*] Hoc est nocturnum ac furtivum prælium quod Parmenio suadebat.

[e] *Fortunæ*] Malo mihi prospere pugnare, quam turpiter vincere. Ceterum hujus consilii magnopere Alexandrum laudat Arrianus, non ut honestioris modo sed etiam ut prudentioris, quem vide lib. III.

[f] *In armis esse*] Tota nocte in armis fuisse cum suo exercitu Darium testis est Arrianus, eamque non ultimam cladis causam extitisse, partim ob exhausta viribus corpora, partim ob metum ipsa moræ diuturnitate in animos altius descendentem.

ignibus tota ejus castra fulgebant. 12. Ipse cum ducibus propinquisque agmina in armis stantium circumibat, 'Solem Mithren,[g] sacrumque et æternum' invocans 'ignem, ut illis dignam vetere gloria majorumque monumentis fortitudinem inspirarent. 13. Et profecto, si qua divinæ opis auguria humana mente concipi possent, Deos stare secum: illos nuper[h] Macedonum animis subitam incussisse formidinem: adhuc lymphatos ferri agique, arma jacientes: expetere præsides Persarum imperii Deos debitas e vecordibus pœnas. 14. Nec ipsum ducem[i] saniorem esse: quippe ritu ferarum prædam modo, quam expeteret, intuentem, in perniciem, quæ ante prædam posita esset, incurrere.' Similis apud Macedones quoque solicitudo erat: noctemque, velut in eam certamine edicto,[e] metu egerunt. 15. Alexander, non alias magis territus, 'ad vota et preces Aristandrum vocari' jubet: ille in candida[j] veste, verbe-

[e] *Noctem in formidine transegerunt, quasi hæc ipsa pugnæ destinata esset.*

&c. omisso *tota*.—12 Voss. 1. *circumhibat*, quod Pith. omittit. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Solem et Mithrem*; Pal. 1. et Voss. 2. *Solem et meridiem*; Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *Solem et Martem*; Bong. 1. habet *Mithren*, exsculpto *Martem*. Voss. 2. *veteri gloria*; Pal. 1. *vetere gloria*. Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Bong. Mer. et Col. *majoremque m. fortitudinem*. Voss. 1. *fortitudinem inspicarent*.—13 Mer. *si quæ*. Lugd. Amst. Mer. Bas. et Col. *conspici possent*. Florent. Leid. Bong. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. omittunt *Deos* post *imperii*. Dan. *de vecordibus*, deleto *de*; vulgg. ante Freinsh. *a vecordibus*, quod Heumannus tuetur; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Col. et Bas. *e vecordibus*.—14 Voss. 2. *prædam quam modo*. Col. *quæ ut prædam*. Pith. *posita erat*. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Mer. Bas. et Col. *velut in ea*. Pal. 1. Mer. Bas. et Col. *edito* pro *edicto*.—15 Dan. *Aristandum*; Bong.

NOTÆ

[g] *Mithren*] Solem plurimæ gentes pro Deo coluerunt, Persæ inprimis, apud quos 'Mithres' vel 'Mithras' dicebatur. Huic, pariter, ut igni, in antro litabant bove: quamobrem Mithras ipse Leonis forma exhibebatur, tiara ornatus caput, bovem cornibus trahens. Quo respexit Statius lib. I. De his fuse Brissonius de Regno Persarum, lib. II.

[h] *Nuper*] Pridie, ut supra vidimus cap. 12. sed unde id Darius resciverat? forsan ex aliquo transfuga, vel captivo, si quis tamen captus erat.

[i] *Ducem*] Alexandrum.

[j] *Candida*] Communis apud plerosque veterum ritus candida in veste sacris operari et interesse. Quod et in spectaculis Romani observarunt, quia Deorum in honorem ederentur.

nas[k] manu præferens, capite velato[l] præibat preces regi, Jovem, Minervam, Victoriamque[m] propitianti. 16. Tunc quidem sacrificio rite perpetrato, reliquum noctis acquieturus in tabernaculum rediit. Sed nec somnum capere, nec quietem pati poterat: modo e jugo montis aciem in dextrum Persarum cornu demittere agitabat; modo recta fronte concurrere hosti: interdum hæsitare, an potius in lævum torqueret agmen? tandem gravatum animi anxietate corpus altior somnus oppressit. 17. Jamque luce orta duces ad accipienda imperia convenerant, insolito circa prætorium silentio attoniti: 18. quippe alias arcessere[n] ipsos, et interdum morantes castigare assueverat: tunc ne ultimo quidem rerum discrimine excitatum esse miraban-

1. et Voss. 2. *Aristantum.* Pro *regi* alii *regis.* Dan. et Leid. *Jovem Minervamque victoriam propitianti;* Florent. *Jovem Minervam quæ victoriam propitianti;* Pal. 1. *Jove Minervaque victoriam propitianti;* Voss. 2. Mer. Bas. Col. et Ald. *Jove Minervaque victoriam propitiante.*—16 *Tunc vero* Voss. 2. *acquietus* Pith. *pati poterant* Voss. 1. *cornu dimittere* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *rejecta fronte* Voss. 2. *in lævum detorqueret* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong.—17 Pith. omittit *convenerant*, et pro *insolito* habet *insolita.*—18 Voss. 2. *arcersere ipsos;* Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *accersire ipsos;* Pal. 1. *arcessire ipsos.* Col. omittit *et* ante *interdum.* Voss. 2. *castigare morantes;* Pal. 1. *morantes c. asseverat.* Pith. *discrimine rerum.* Florent. *marcessere crede-*

NOTÆ

[k] *Verbenas*] Verbena seu Verbenaca, notum herbæ genus, Gallice *de la vervaine:* quæ Græcis περιστερεὼν, quasi *columbaria*, quod eam columbæ amare dicantur; et ἱερὰ βοτάνη, *herba sacra*, quod præcipuus ejus usus in sacris esset. Illud porro observa, non solam hanc herbam, cui proprie id nomen convenit, sed etiam quodvis 'gramen ex arce cum sua terra evulsum,' ut ait Plinius, 'verbenas' vocari, quasi 'herbenas;' immo etiam ramos frondesque festas quibus aræ coronabantur, ut observat Donatus ad illud Terentii Andr. Act. IV. Sc. 4. 'Ex ara hinc sume verbenas tibi.' Romani quoque feciales, quoties clarigatum ibant, hoc est, res raptas clare repetitum, verbena coronati fuerunt. Plin. lib. XXII. cap. 2. qui 'sagmina' idem atque 'verbenas' esse docet.

[l] *Capite velato*] Fuit hic etiam mos veterum in sacrificiis. *Præibat*] 'Præire alicui preces' aut 'verba' dicitur, qui verbatim solennes preces profert, altero subinde repetente: quod profanis quoque consuetum.

[m] *Victoriamque*] Hujus enim numen etiam aliquod esse credebant, item ut Mortis, Famæ, Honoris, &c. de quibus vide Ciceronem de Nat. Deor. lib. II.

[n] *Arcessere* [*accersere*] Negat Lambinus, Latinum esse verbum *accersere;* et vero, inquit Freinshemius, ejus loco frequentissime in Mss. legas *arcessere.*

tur; et non somno quiescere, sed pavore marcere credebant. 19. Non tamen quisquam e custodibus corporis intrare tabernaculum audebat: et jam tempus instabat; nec miles injussu ducis aut arma capere poterat, aut in ordines ire. 20. Diu Parmenio cunctatus, 'cibum ut caperent,' ipse pronuntiat. Jamque exire necesse erat. Tunc demum intrat tabernaculum; sæpiusque nomine compellatum, cum voce non posset, tactu excitavit. 21. 'Multa lux,' inquit, 'est; instructam aciem hostis admovit: tuus miles adhuc inermis expectat imperium. Ubi est vigor ille animi tui? nempe excitare vigiles soles.' 22. Ad hæc Alexander; 'credisne, me prius somnum capere potuisse, quam exonerarem animum solicitudine, quæ quietem morabatur? signumque [pugnæ] tuba dari' jussit. 23. Et cum in eadem admiratione Parmenio perseveraret [quod securus somnum cepisset]; 'minime,' inquit, 'mirum est: ego enim, cum Darius terras ureret, vicos excideret, alimenta corrumperet, potens mei non eram: 24. nunc vero quid metuam, cum acie decernere paret? Hercule votum meum implevit. Sed hujus quoque consilii ratio postea reddetur: vos ite ad copias, quibus quisque præest: ego jam adero et, quid fieri velim, exponam.' 25. Raro admodum ° admonitu amicorum,

---

bant.—19 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *ex custodibus.* Pith. omittit *tabernaculum.*—20 Voss. 2. *ipsum pronuntiat;* Ban. Amst. et Lugd. omittunt *ipsi.* Pal. 1. *sæpius nimiæque.* Voss. 2. *nomine appellatum.*—21 Pal. 1. *semper excitare.*—22 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Ald. *credesne.* Pith. *prius me.* Theocr. omittit *pugnæ.* Voss. 2. *tube d. jussit.*—23 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *adseveraret* pro *perseveraret;* Mer. *asseveraret.* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *quod solutum se curis somnum cepisse dixisset;* Voss. 2. *quod solutum securis somnus excepisset.* 'Heum. cum Acidalio et Radero hæc verba, *quod securus somnum cepisset,* pro glossemate ejicit, et hoc merito.' *Cunz.* 'Cum aliis hæc pro glossemate habeo.' *Schmieder.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *terram ureret.* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *vicos excinderet;* Pith. *vicos extenderet;* Voss. 2. *vicos incenderet;* alii: *vicos exscinderet.*—24 Vulgg. ante Freinsh. *implevi* pro *implevit.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Dan. *consilii postea quoque ratio reddetur.* 'Num *consilii* ex glossa est, ut ad *hujus* intelligendum sit *voti?*' Schmieder.—25 'Multum variant membranæ. Si 'admonitu uti alicujus' Latine dici posset pro 'admonere aliquem,' sententia esset plana, nempe: Paucis cohortatus duces, ad milites processit. Sed

NOTÆ

° *Raro admodum*] Germanum hujus loci sensum in vulgatis obscurio-rem haud dubie Freinshemius attigit, quem nos cum Gallico Inter-

cum metus discriminis aderat, uti solebat. Tunc quoque, munimento corporis sumto, processit ad milites. Haud alias tam alacrem viderant regem: et vultu ejus interrito certam spem victoriæ augurabantur. 26. Atque ille 'proruto vallo exire copias' jubet, aciemque [p] disponit. In dextro cornu locati sunt equites, quos 'agema' [q] appellant: præerat his Clitus: cui junxit Philotæ turmas, ceterosque præfectos equitum lateri ejus applicuit. 27. Ultima Meleagri ala stabat: quam phalanx sequebatur. Post phalangem Argyraspides [r] erant: his Nicanor Parmenionis filius præ-

merito Interpretes vulgatam vix ferendam indicarunt. Ego quoque ad Freinshemii, vestigia veteris scripturæ codd. prementis, conjecturam inclinans legere mallem: *Raro admodum admonitu magis amicorum quam metu discriminis, quod adeundum erat, uti solebat munimento corporis. Tum quoque sumto, processit ad milites, &c.*' Schmieder. Florent. Leid. et Dan. *ratio admodum.* Bong. Dan. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 2. *admonitu agens amicorum quem metu d. adeundum erat uti solebat;* Voss. 1. *adm. agitis am. quam metu d. adeundum erat utique solebat.* Pro *aderat* Lugd. et Amst. *erat.* 'Mira hæc lectionis varietas jure movet suspicionem contra periodum, quæ certe suo loco non est. Equidem illam merum glossema puto, quod librarius, bene memor illorum quæ supra, IV. 6. 14. dicta sunt, sequentibus: *Tunc quoque, &c.* addiderat et quidem hoc modo: r. (i. e. rex) *eo modo admonitu amicorum, quam metus d. aderat uti solebat.* Verba priora: r. *eo modo*, facile mutari potuerunt: *raro admodum.*' Cunz. Vide Not. Var. Mox pro *alacrem* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *alacres.* Pal. 1. *et vultus.* Voss. 2. *tam* pro *certam*, quod deest in Theocr.—26 Ed. pr. Venett. Rom. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Col. Amst. Lugd. et recentt. *prorupto valle;* Bong. 2. alius vet. Freinshemii, Florent. Leid. et Voss. 1. *proruto valle*, quod primus recepit Schmieder. Vide Drakenb. ad Sil. Ital. I. 378. et Davies. ad Cæsar. B. C. III. 25. Pal. 1. Voss. 2. Mer. Bas. et Col. *quos agmina;* Bong. Pith. Florent. Leid. et Voss. 1. *quos agima;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *appellabant.* Mer. *hic Clitus;* Florent. *his Citus.* Voss. 2. *cui adjunxit.* Mer. *lateris ejus.*—27 Florent. *Maleagri ala.*—28 Florent. *cum m. s.*

NOTÆ

prete secuti sumus.

[p] *Aciemque*] In hac acie describenda nec cum aliis nec secum ipsi Curtio satis convenit, ut apparebit ex sequentibus. Quapropter hic recolenda censeo quæ libro superiore diximus cap. 11.

[q] *Agema*] Ut ab 'ago,' 'agmen' dictum est, sic ab ἄγω, sive ἀγέομαι, ἄγημα, *agmen* ex delectis equitibus conflatum, alio alias numero. Nam Plutarchus in Eumene *agema* componit ex trecentis: cui consentit Diodorus lib. XIX. Livius lib. XXXVII. cap. 40. mille ferme tribuit; Polybius lib. V. cap. 65. trium millium *agema* Ptolemæi facit. Fuisse quoque peditum *agemata* novimus ex Arriano lib. V. ubi πεζικὸν ἄγημα memoratur; tum ex Livio lib. IV. cap. 51. 'Alæ' quoque turmæ equitum dictæ sunt quæ utrumque pedestris aciei cornu alarum instar tegerent, et ab hoste circumiri prohiberent.

[r] *Argyraspides*] Hoc per anticipationem dictum a Curtio. Nam ar-

erat. 28. In subsidiis cum manu sua Cœnos: post eum Orestes[a] Lyncestesque. Post illos Polypercon, dux peregrini militis: hujus agminis[t] Amyntas princeps erat. Phi-

Cenes; Voss. 2. et alii: *cum m. s. Cenus;* Mer. Bas. Col. et Voss. 1. *cum m. s. Cenos.* Pro *Orestes* vulgg. *Horestes;* Voss. 2. *Horrestes;* Lugd. *Orestes.* Ald. Froh. Mer. Bas. et Col. *Lyncestaque;* Bong. Florent. et Leid. *Lyncestæque sunt;* Voss. 1. 2. et Dan. *Lyncestesque sunt;* Pal. 1. *Lyncestesque sint.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Polipercon.* Florent. et Voss. 1. *agmeis princeps Amyntas;* Pal. 1. *agminis Amyntas dux.* In eodem cod. *et Phalgrus Balacrise os regebat;* Dan. Bong. 2. et Voss. 2. *Phaligrus Balacricos;* Florent. Leid. et Voss. 1. *Phaligrus Baracricos regebant;* Pith. *Barachicos;* Bong. 1. et Fauch. *Barcricos.* Vide Not. Var. [t] Locus hic integer esse nullo modo potest, quod e Curt. IV. 6. 30. cf. V. 1. 40. abunde patet. Amyntas enim in hoc prælio non aderat. Modius ideo pro *Amyntas* reposuit *Menidas.* Cur vero hunc potius elegerit, nulla subest causa. Neque etiam credere licet, hunc Amyntam alium esse, atque ille, de quo Curtius II. II. loquitur. Erat is Andromenis filius, et Arrian. III. 11. per incuriam eum Philippi f. dixit, quem III. 16. redeuntem conductosque milites adducentem et passim Andromenis f. rectius vocat. Itaque medicina opus est huic loco, quam ex Arrian. III. 11. desumito, qui de eadem re ita narrat: Ἐπὶ δὲ ἡ Πολυσπέρχοντος τοῦ Σιμμίου, ἐπὶ δὲ ἡ Ἀμύντου τοῦ Φιλίππου, (vel potius Andromenis,) ταύτης δὲ ἡγεῖτο Σιμμίας, ὅτι Ἀμύντας ἐπὶ Μακεδονίας ἐς ξυλλογὴν στρατιᾶς ἐσταλμένος ἦν. Quibus verbis colligo Curtium nostrum ita scripsisse: *hujus* (Polysperchontis) *pater agminis Amyntæ princeps erat.* Hoc modo simul intelligitur, cur non ducem, sed principem eum appellaverit. Dux enim agminis Amyntas erat, quo absente frater natu minor Simmias, Polysperchontis pater, militibus vicarius dux, seu princeps præerat.... Balacrorum gentem in priscis auctoribus frustra quæsiveris. Balacrus vero, dux militum, ex Arriano, Diodoro, et Curtio ipso IV. 5. 13. et VIII. 11. 22. satis notus. E varietate lectionis patet neque

NOTÆ

gentea scuta, unde *Argyraspides* dicti sunt, non prius habuere, quam Alexander Indicam expeditionem susciperet, quod ipse testatur Curtius lib. VIII. cap. 5. et Just. lib. II. cap. 7. quare Arrianus hic non ἀργυράσπιδας, sed ὑπασπιστὰς, vocat. *Subsidiis*] *Les corps de reserve.*

[a] *Orestes* [*Orestæ*] Sic legendum docti merito censuerunt, non *Orestes, Lyncestes.* Populorum enim hæc nomina erant, non virorum propria. Orestæ in Epiro sunt Straboni lib. VII. Plinio in Macedonia, in qua et Orestis regio Ptolemæo memoratur. Forte alii aliorum coloniæ sunt, nisi potius Strabo Epirum magnam intellexit, quæ Macedoniæ partem Occiduam sub Romanis continebat. Lyncestæ quoque, sive, ut vocat Strabo, Lyncistæ, in Macedonia collocantur a Plinio; regionem Ptolemæus 'Lyncestidem' vocat. Sed Lyncos apud Stephanum urbs est Epiri; incolæ Lyncistæ.

[t] *Hujus agminis*] Videndum cujus *agminis,* quem *Amyntam,* quove modo *principem* dicat. Illum Amyntam Arrianus lib. III. Philippi filium vocat, eumque ipsum esse dicit qui Gaza capta remissus ab Alexandro in Macedoniam fuerat ad conscribendum militem, (supra cap. 6.) Unde reversum aliquanto post pugnam Arbellicam videbimus lib. V. c. 1. sed istum ibidem Curtius, immo ipse Arrianus, postmodum revertentem e Macedonia Andromenis filium, non Philippi,

lagus Balacros [u] regebat, in societatem nuper ascitos. Hæc

prius nomen (*Philagus*) integrum esse, atque vix dubium relinquitur, quin emendatio Tellierii, qui e Diod. XVII. 592. *Philippus Balacri* restituit, recipienda sit. Freinsh. conj. *Phrygas Balacrus*, atque ita ab Arriano doctum se prædicat. Sed tale quid Arrianus nusquam docuit.' *Cunz.* 'Hæc: *in subsidiis c. m. s. Cœnos, &c.* Curtii ipsius culpa corruptissima sunt. Scilicet non intellexit Curtius Græca auctoris sui, scribentis vel ἐπὶ δὲ, vel ἐπὶ τούτοις, vel μετὰ τούτους, vel ut Diod. habet, ὄπισθεν δὲ τούτων ὑπεστάγη, quod vertendum erat: *post hos in eadem acie et fronte*, quia Græci in describenda acie ab altero cornu ad alterum progredi solent. Post hæc scripsit *Orestes*, gentile pro nomine proprio; nam Perdiccas, qui intelligendus est, erat *Orestes*, sive ex Orestide, regione Epiri. *Lyncestes* iterum est nomen gentile pro proprio. Sed fortasse nihil latet nisi male intellectus locus Diodori, qui ejus τάξεως, quæ ex Orestis et Lyncestis conscripta erat, ducem fuisse Perdiccam tradidit. Forte igitur legendum est *Orestæ Lyncestæque*. *Polypercon* deinde non erat dux peregrini militis, sed quartæ τάξεως peditum amicorum, ex Stymphæis conscriptæ. Eorundem quintæ, non peregrino militi præerat *Amyntas*, cujus tum absentis (nam ad supplementa conducenda in Macedoniam missus erat) locum Simmias tenebat. Unde pro *hujus agminis* forte legendum est: *Simmias agminis Amyntæ princeps erat*. Post hæc si addidit: *Philagus Balacros regebat, in societate nuper ascitos*, sive *adcitos*, ut cod. Theocr. miro modo et novum ducem et novam gentem effinxit. Nempe Diodorus, hac in parte ab Arriano discedens, pro Amynta et Simmia, locum illius tenente, *Philippum* aliquem, *Balacri* f. cum agmine suo post Polypercontem stetisse tradidit. Ex his vix satis oculis perlustratis Curtius sua fecit, et citata manu conscripsit.' *Schmieder.* Mox *cornua facies* Florent. Leid. Voss.

NOTÆ

facit, quod verius puto. Huic suum erat agmen ab Alexandro datum; sed absentis locum implebat in hoc prælio Simmias, ut tradit Arrianus lib. III. cum nihilominus Amyntæ agmen vocaretur; quod ipsum in hodierna quoque militia fieri cernimus. Erat igitur *princeps* sui agminis, quamvis absens; sed non ejus quod Polysperchon duxit, ut indicat Curtius; neque enim Polysperchon, sed Simmias, vicem Amyntæ gessit.

[u] *Balacros*] Frustra mihi videntur esse qui, ut nomen hoc gentis non hominis faciant, Arriani loco utuntur manifeste corrupto. Nihil enim dubium quin pro Βάλακροι ἀκοντιστάι, legendum sit Βαλάκρου; cum idem paulo post scripserit: *οἱ ξὺν* Βαλάκρῳ ἀκοντιστάι, *jaculatores quibus Balacrus præerat*. Nam quod Myconi insulæ populos per ludibrium φαλακροὺς, *calvos*, appellatos esse ait Raderus ex Strabone; tum φαλακροὺς Macedonum lingua Βαλακροὺς dici affirmat; non eo pertinet ut gentis hoc nomen fuerit, quod in censendo exercitu memorari debuerit. Neque hoc ullus unquam prodidit. Adde quod incredibile est ex insula, qualis erat Mycone una Cycladum, agmen equitum in Alexandri exercitu militasse, cum ex aliis tam multis aut nulli, aut pedites solum venissent. Superest igitur ut illa vox *Philagus* corrupta sit ex aliquo gentis nomine; quod quidem quale fuerit a Curtio scriptum, difficile est conjicere. Suspicatur Freinshemius *Phrygas* fuisse. Quid si ex Diodoro restituamus *Philippus Balacri*, scil. filius; nam aliqui codices habent *Balacriseos*, ut magna suspicio sit in ultimis syllabis latere gentis nomen quam ille *Philippus Balacri* regebat.

dextri cornu facies erat. 29. In lævo, Craterus Peloponnensium [v] equites habebat Achæorumque; et Locrensium et Maleon turmis sibi adjunctis: hos Thessali equites claudebant, Philippo duce. Peditum acies equitatu tegebatur: frons lævi cornu hæc erat. 30. Sed ne circumiri posset a multitudine, ultimum agmen valida manu cinxerat: cornua quoque subsidiis firmavit, non recta fronte, sed a latere positis; ut, si hostis circumvenire aciem tentasset, parata pugnæ forent. 31. Hic Agriani [w] erant, quibus Attalus præerat; adjunctis sagittariis Cretensibus. Ultimos ordines avertit a fronte, ut totam aciem orbe muniret.[f] Illyrii hic erant; adjuncto milite mercede conducto. Thracas quoque simul objecerat leviter armatos: 32. adeoque aciem

[f] *Collocavit aversos a fronte aciei, ut totum exercitum in orbem firmaret.*

1. 2. et Bong. 1. 2.—29 Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Lugd. Frob. Mer. Col. et Bas. *Acheorumque;* Florent. et Dan. *Acheorum.* Pro *Maleon* vulgo *Marcon;* Pal. 1. *Malconum;* Frob. *Maleanensium;* Col. et Bas. *Malconensium.* 'Lege cum Diodoro *Malieon.*' Schmieder. Pal. 1. *claudebant: Philippo duce peditum, &c.* Voss. 1. *tegebantur.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *lævi cornus.* Hæc invertenda putat Schmieder. hoc modo: *Philippo duce: frons lævi cornu hæc erat. Peditum acies e. tegebatur; sed ne, &c.* vel *peditum acies* de lævo cornu interpretanda.—30 Florent. et Leid. *e multitudine.* Pith. *valida m. circuerat.* Dan. *non re acta,* sed deleta priori *a.* Leid. et Voss. 1. *aciem temptasset.* Voss. 2. omittit *pugnæ;* alii *paratæ pugnæ* exhibent.—31 'Si mihi credis, et hic aliqua transponenda sunt. Lego: *Hic Agriani erant, quibus A. p. a. s. Cretensibus; Illyrii* [*hic erant*] *adjuncto m. m. conducto. T. q. s. o. l. armatos. Ultimos o. a. a f. ut t. a. o. muniret, adeoque* [*aciem*] *v. p. ut, q. u. s. n. c. verti, &c.*' Schmieder. *Hi Agriani* Bas. et mox *urbe muniret.* Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *Illyrici.* Bas. *hi erant.* Pal. 1. *simul abjecerat.*—32 Leid. Voss. 1. et Bong. *versabilem.* Voss. 2. *ponit* pro *posuit.* Col.

NOTÆ

[v] *Peloponnensium*] Peloponnesus l. III. c. 1. *Achæorum*] Achaia lib. IV. cap. 5. *Locrensium*] Locris regio fuit Helladis sive Majoris Achaiæ inter Ætoliam, Doridem, Phocidem, et Corinthiacum sinum. Hujus colonia fuerunt Locri in Magna Græcia, Italiæ parte. *Maleon* [*Malieon*] Malieon Græcus genitivus pro Maliensium: verius puto *Malieon* a Μαλιεύς, *έος*, quod gentile est urbis Maliei in Thessalia, unde Maliacus Sinus nomen accepit. Vide Stephanum in voce Μαλιεύς. Nam etsi a Malea Laconiæ promontorio posset fieri Μαλεῖος, ex quo *Maleon* ducebant, certe Lacones in exercitu Alexandri nequaquam militarunt. Suppl. lib. II. cap. 5.

[w] *Agriani*] De Agrianis lib. III. cap. 9. Cretenses lib. IV. cap. 1. Illyrii lib. IV. cap. 1. Thraces lib. III. cap. 4.

versatilem posuit, ut, qui ultimi stabant, ne circumirentur, verti tamen et in frontem circumagi possent.[g] 33. Itaque non prima quam latera, non latera munitiora fuere, quam terga. His ita ordinatis, præcipit, 'ut, si falcatos currus cum fremitu barbari emitterent, ipsi laxatis ordinibus impetum incurrentium silentio exciperent:' haud dubius sine noxa transcursuros,[h] si nemo se opponeret: 'sin autem sine fremitu immisissent, eos ipsi clamore terrerent, pavidosque equos telis utrimque suffoderent.' 34. Qui cornibus præerant, 'extendere ea' jussi, 'ita ut nec circumvenirentur, si arctius starent,' nec tamen mediam aciem exinanirent.' 35. Impedimenta cum captivis, inter quos mater liberique Darii custodiebantur, haud procul acie in edito colle constituit, modico præsidio relicto. Lævum cornu, sicut alias, Parmenioni tuendum datum: ipse[x] in dextro stabat. 36. Nondum ad teli jactum pervenerant, cum Bion quidam transfuga, quanto maximo cursu potuerat, ad regem pervenit, nuntians, 'murices[y] ferreos in terram defodisse Darium, qua hostem equites emissurum esse credebat: nota-

[g] *Versus aciei frontem converti possent.*
[h] *Absque damno Macedonum transituros esse.*
[i] *Si nimium pressis ordinibus consisterent.*

et Mer. *et frontem*, omisso *in*. Mox Voss. 2. *minora* pro *munitiora*.—33 Voss. 2. Amst. et Lugd. *præcepit ut*. Voss. 2. *laxatis ordinibus*. Nonnulli codd. cum edd. vett. *occurrentium*; Florent. Leid. Bong. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. *incurrentium*, quod recepit Schmieder.—34 Voss. 1. et alii: *ut ne circumvenirentur*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Bas. et Col. *nec t. mediam aciem*. —35 Voss. 2. et aliæ edd. ante Freinsh. *haud p. ab acie*; Pith. *aciem*.—36 Florent. Leid. et Voss. 1. *jactum teli pervenerat*; Voss. 2. *jactum teli convenerant*; Theocr. *teli jactum perventum erat*. Ald. *quum Bio*. Pro *potuerat* vulgg. ante Freinsh. *poterat*. Pro *murices* Pal. 1. *inurices*. Bong. Florent. Voss. 1. 2. et Mer. *terram diffodisse*. Pal. 1. et Bong. 1. *esse credebant*; Pith. *esse*

NOTÆ

[x] *Ipse*] Alexander.

[y] *Murices*] Murex piscis genus est acuminata concha, cujus, ut et purpuræ, cruore lana apud veteres tingebatur. Ab hujus conchylii forma, ut opinor, *murex* pro quovis 'acumine' sumtus est. Speciatim tamen *murices* appellantur 'tribuli' sive machinulæ ferreæ quadrangulares, pluribus in omnem partem spiculis prominentibus, sic ut aliis in terram defixis, alia sursum extantia incautorum pedes figant: quamobrem ad impediendum maxime equitatum spargi solent. Gallice dicimus *des chausse-trapes*.

tumque certo signo locum, ut fraus evitari a suis posset.' 37. 'Asservari' transfuga jusso, duces convocat: expositoque quod nuntiatum erat, monet, 'ut regionem monstratam declinent, equitemque periculum edoceant.' 38. Ceterum hoc tantus exercitus exaudire non poterat, usum aurium intercipiente fremitu duorum agminum: sed in conspectu omnium duces et proximum quemque interequitans alloquebatur.

XIV. 1. 'Emensis tot terras in spem victoriæ, de qua dimicandum foret, hoc unum superesse discrimen. Granicum'[a] hic 'amnem Ciliciæque montes, et Syriam Ægyptumque præeuntibus raptas,' ingentia spei gloriæque incitamenta, referebat. 2. 'Reprehensos ex fuga[*] Persas pugnaturos, quia fugere non possent, tertium diem jam metu exsangues, armis suis oneratos, in eodem vestigio hærere: nullum desperationis illorum majus indicium esse, quam quod urbes, quod agros suos urerent; quicquid non corrupissent, hostium esse confessi. 3. Nomina modo vana gentium ignotarum ne extimescerent: neque enim ad belli discrimen pertinere, qui ab his Scythæ, quive Cadusii ap-

[*] *Per vim e fuga retractos.*

crederat.—37 Voss. 2. *jussus convocat duces;* alii *evocat.*—38 Voss. 2. *Ceterum hec.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Mer. Bas. et Col. *tandem;* sed Aldus in fine editionis veterem lectionem esse ait *tantus.* Voss. 2. et Col. *audire non poterat.* Voss. 2. *duorum exercituum.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. omittunt *in* ante *conspectum;* Bong. 1. superscriptum habet: *rex in conspectum.* Voss. 1. *adloquebantur.* 'Totum locum non satis integrum esse, recte viderunt Ostertag. et Cunze, legentes: *Ceterum, quod tantus e. e. n. poterat, unum . . . . in conspectu,* sive *rex in conspectu,' &c.* Schmieder.

1 *Emensis tot terris* Pal. 1. *Deaque dimicandum* Florent. *Granicum hic agmen* Pal. 1. Pro *præeuntibus,* quod omnes codd. et edd. vett. exhibent, Modius, et qui eum secuti sunt usque ad Freinsh. *præterentibus.* Mer. omittit *raptas;* et pro *referebat* habet *refert.*—2 Pal. 1. omittit *ex* ante *fuga.* Bong. et Leid. *tertium jam diem;* Pal. 1. *tertio jam die;* Voss. 1. omittit *jam.* Voss. 2. *vestigio jam hærere.* Col. *majus judicium.* Bong. *quod agros quod urbes.* Voss. 2. *hostium esse confexi.*—3 Frob. *Nomina vero.* Pith. *gentium ignotarum vana.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan. *iis Scytarum;* Ald. Mer. et Col. *his Scytharum;* Fauch. ita, et subscriptum *Scithæ;* Aldus legi vult

NOTÆ

[a] *Granicum*] Lib. III. cap. 1. Cilicia Ægyptus lib. IV. cap. 1. Scythæ lib. ibidem cap. 4. Syria lib. IV. cap. 1. VII. cap. 7. Cadusii lib. IV. cap. 12.

pellentur. 4. Ob id ipsum, quod ignoti essent, ignobiles esse: nunquam ignorari viros fortes: at imbelles, ex latebris suis erutos, nihil præter nomina afferre; Macedones virtute assecutos, ne quis toto orbe locus esset, qui tales viros ignoraret. 5. Intuerentur barbarorum inconditum agmen: alium nihil præter jaculum habere; alium funda saxa librare: paucis justa arma esse. Itaque illinc plures stare: hinc plures dimicaturos. 6. Nec postulare se, ut fortiter capesserent prælium, ni ipse ceteris fortitudinis fuisset exemplum: se ante prima signa dimicaturum: spondere pro se, quot cicatrices, totidem corporis decora: scire ipsos, unum pæne se prædæ communis exsortem in illis colendis ornandisque usurpare victoriæ præmia.[b] 7. Hæc se fortibus viris dicere: si qui dissimiles eorum essent, illa fuisse dicturum: pervenisse eo, unde fugere non possent: tot terrarum spatia emensis, tot amnibus montibusque post tergum objectis, iter in patriam et penates manu esse faciendum.' 8. Sic duces, sic proximi militum instincti sunt. Darius in lævo[b] cornu erat, magno suorum agmine, delectis equitum peditumque stipatus: contemseratque paucitatem

[b] *Ad illos remunerandos ditandosque se impendere victoriæ fructus.*

Scythæ. Bong. 1. *quive Adusii;* Fauch. *quive Gadusii.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mer. *appellantur.*—4 Pal. 1. *nunquam ignari.* Florent. *aut imbelles.* Pal. 1. omittit *ex* ante *latebris*, et pro *suis* habet *ejus*, et mox *ferre* pro *afferre.* —5 Voss. 2. *alium præter*, omisso *nihil.* Voss. 1. *saxa liberare.* Bong. 1. Pith. et Florent. *juxta arma esse.*—6 Voss. 2. *ni cum ipse;* Frob. Amst. Col. et Lugd. *nisi ipse;* Mer. *ne ipse.* '*ceteris* abest in Theocr. et hoc optime, et tum subauditur 'ipsis.'' *Cunz.* Lugd. et Amst. cum Bongarsio, omittunt *spondere;* quod exhibent Dan. et Pal. 1. *sponderis* Pith. *spondere se tot vel quot* Voss. 2. *tot cicatrices* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. Vide Not. Var. Bong. *corporis totidem.* Voss. 1. omittit *se* ante *prædæ.* Mer. omittit *communis.* Voss. 2. *in illis tollendis.*—7 Alii: *pervenisse eos.* Mer. omittit *tot* ante *terrarum.* Pith. *post t. relictis;* Voss. 2. *post t. abjectis.* Mox quidam correctores reposuerunt: *et ad penates*, quia scilicet ipsis non videbatur Latine dici posse *in penates.*—8 Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. et Mer. *instructi sunt.* Voss. 1. Ald. Frob. et Elz. *agmine suorum;* Voss. 2. *suorum agminum.* Pal. 1. *electis* pro *delectis.* Florent. Leid. Voss.

NOTÆ

[b] *In lævo*] Immo vero in media acie, ut scribit Arrianus et Plutarchus, idque 'patrio more' Persarum Regum, ut diximus lib. III. cap. 9.

hostis; vanam aciem esse extentis cornibus ratus. 9. Ceterum, sicut curru eminebat, dextra lævaque ad circumstantium agmina oculos manusque circumferens; 'Terrarum,' inquit, 'quas Oceanus[c] hinc alluit, illinc claudit Hellespontus, paulo ante domini, jam non de gloria, sed de salute, et quod saluti præponitis, de libertate pugnandum est. 10. Hic dies imperium, quo nulla amplius vidit ætas, aut constituet, aut finiet. Apud Granicum minima virium parte cum hoste certavimus: in Cilicia victos Syria poterat excipere: magna munimenta regni Tigris atque Euphrates erant. 11. Ventum est eo, unde pulsis ne fugæ quidem locus est: omnia tam diutino bello exhausta[d] post tergum sunt: non incolas suos urbes, non cultores habent terræ. Conjuges quoque et liberi sequuntur hanc aciem: parata hostibus præda, nisi pro carissimis pigneribus corpora opponimus. 12. Quod mearum fuit partium, exercitum, quem pæne immensa planities vix caperet, comparavi: equos, arma distribui: commeatus, ne tantæ multitudini deessent, providi: locum, in quo acies explicari posset, elegi. 13. Cetera in vestra potestate sunt: audete modo vincere; famamque,[e] infirmissimum adversus fortes viros telum, contemnite. Temeritas est, quam adhuc pro virtute timuistis:[e]

[e] *Quam hactenus veluti fortitudinem in hoste metuistis.*

1. 2. Dan. et Bong. *variam aciem;* Theocr. *raram aciem*, quod Heinsius aliique mire laudaverunt. Sed vide IV. 14. 14. et Liv. II. 47.' Mer. *extinctus cornibus.*—9 Dan. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *circumstantia agmina.* Pith. *terrarumque;* Leid. et Mer. omittunt *quas.* Pro *alluit* Pal. 1. *abluit*, et mox *Hellespontum.* Pro *domini* Freinsh. maluit *dominis*, improbante Cunzio. Voss. 2. omittit *jam;* Pal. 1. *jam non gloria, sed salute;* Florent. et Voss. 1. *jam non de gloria, sed salute.* Voss. 1. *præponitas;* Voss. 2. *præpositis.*—10 Omnes fere codd. et edd. *quo nullum;* Col. *quo nulla*, quod, probantibus Modio, Heum. et Cunzio, recepit Schmieder. *quo vel nulla* Voss. 2. Mox pro *victos* Leid. *victo.*—11 Leid. Pal. 1. et Col. *non i. suas urbes.* Paulo post aliæ edd. ante Freinsh. *corpora opponitis.*—12 Pal. 1. *quem p. immensam.* Mox Voss. 2. omittit *multitudini.*—13 Voss. 1. *pro v. timuisti.* Florent. Leid.

NOTÆ

[c] *Oceanus*] Indicum Mare, quod alias Rubrum et Erythræum vocat. *Hellespontus*] Lib. III. cap. 1.

[d] *Bello exhausta*] Non quod ibi gestum esset bellum, sed quod incolæ ad militiam abducti fuissent.

[e] *Famam*] Macedonum. *Temeritas*] Eorundem. *Paucitatem*] Erant Macedonum equites 8000. Pedites 40000.

quæ ubi primum impetum effudit, velut quædam animalia amisso aculeo, torpet. 14. Hi vero campi deprehendere paucitatem,[d] quam Ciliciæ montes absconderant: videtis ordines raros, cornua extenta, mediam aciem vanam et exhaustam: nam ultimi,[f] quos locavit aversos, terga jam præbent. Obteri mehercule equorum ungulis possunt, etiamsi nil præter falcatos currus emisero. 15. Et bello vicerimus, si vincimus prælio:[e] nam ne illis quidem ad fugam locus est: hinc Euphrates, illinc[g] Tigris prohibet inclusos. 16. Et quæ antea pro illis erant, in contrarium conversa sunt. Nostrum mobile et expeditum agmen est; illud præda grave: implicatos ergo spoliis nostris trucidabimus: eademque res et causa victoriæ erit et fructus. 17. Quod si quem e vobis nomen gentis movet; cogitet, Macedonum illic arma esse, non corpora:[h] multum enim sanguinis invicem hausimus; et semper gravior in paucitate jactura est. 18. Nam Alexander, quantuscumque ignavis et timidis videri potest, unum animal est, et, si quid

[d] *Hæc planities detegit paucitatem Macedonum.*
[e] *Totius belli victores erimus, si hac una pugna superiores fuerimus.*

Voss. 1. et Bong. *emisso a torpent;* Voss. 2. Dan. et Bong. *amisso a. torpent.* —14 Col. et Voss. 1. omittunt *et* post *vanam.* Voss. 1. Florent. et Leid. *exhausta.* Pith. et Florent. *quos l. adversos;* Voss. 2. *quos l. adverse.* Bas. *Obtuli mehercule.* Voss. 2. et Bong. 1. *etiamsi nihil.*—15 Col. *si vicimus.* Voss. 2. omittit *ne* ante *illis*, et mox habet: *locus non est.* Pal. 1. *illic Tigris.* —16 Voss. 2. ' *Quæ antea*, omisso *Et.* Pro *conversa* quinque codd. [Theocr. Florent. Leid. et Voss. 1. 2.] *versa*, quod hoc loco præfero.' *Schmieder.* Florent. omittit *et* ante *expeditum.* Florent. Leid. et Voss. 1. *erit victoriæ;* Voss. 2. omittit *erit.*—17 Voss. 1. *quidem* pro *quem.* Voss. 2. *e nobis.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et edd. a Mod. usque ad Freinshem. *sanguinem.*— 18 Voss. 2. *quantumcumque magnanimus et timidis*, et mox: *meo pavore.*—

NOTÆ

[f] *Ultimi*] Vereor ut Darius videre potuerit ultimos ordines Macedonum, quos Alexander a fronte in tergum aciei averterat.

[g] *Hinc Euphrates, illinc*] Quasi inter Euphratem et Tigrim pugnæ locus foret, cum longe ultra Tigrim pugnatum sit, ut vidimus cap. 9.

[h] *Non corpora*] Hoc est, non hos amplius esse Macedonas quibuscum ad Granicum et ad Isson pugnandum fuit; cum enim pauci essent, multique vel in præliis, vel in obsidionibus perierint, supplementa ex aliis gentibus desumta sunt.

mihi creditis, temerarium et vecors; adhuc[i] nostro pavore, quam sua virtute felicius. 19. Nihil autem potest esse diuturnum, cui non subest ratio:[f] licet felicitas aspirare videatur, tamen ad ultimum temeritati non sufficit.[g] Præterea breves et mutabiles vices rerum sunt: et fortuna nunquam simpliciter indulget.[h] 20. Forsitan ita Dii fata ordinaverunt, ut Persarum imperium, quod secundo cursu per ducentos triginta[j] annos ad summum fastigium evexerant, magno motu concuterent magis, quam affligerent; admonerentque nos fragilitatis humanæ, cujus nimia in prosperis rebus oblivio est. 21. Modo Græcis ultro bellum inferebamus: nunc in sedibus nostris propulsamus illatum: jactamur invicem varietate fortunæ.[i] Videlicet imperium, quod mutuo affectamus, una gens non capit.[j] 22. Ceterum, etiamsi spes non subesset, necessitas tamen stimulare deberet: ad extrema perventum est: matrem meam, duas filias, Ochum in spem hujus imperii genitum, illos principes, illam sobolem regiæ stirpis, duces vestros regum in-

f Quod prudentia non agitur. *g Demum temeraria cœpta destituit.*
h Nunquam sine aliqua perfidia favet.
i Utrique alternis extollimur, ac deprimimur sortis mutatione.
j Orbis dominationem, quam utrique appetimus, unica gens tenere non potest.

19 Voss. 2. omittit *et* ante *fortuna.*—20 *Deorum fata* vulgg. a Mod. usque ad Freinsh. *Dii fata* Ed. pr. Venett. Veron. et ceteræ vett. ante Modium; *Dii facta* Bong. 1. et Fauch. *Dii fato* conj. Scheffer. *ordinaverint* Florent. Leid. et Dan. *ut per sacrum imperium* Florent. *magno m. c. potius* Voss. 2. *nos* deest in Theocr.—21 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *quia mutuo.*—22 *Ceterum si spes* nonnullæ edd. ante Freinsh. Paulo post Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. 1. omittunt *illos;* Fauch. et Pith. *principem* habent. Pitiscus ex conj. ut videtur, totum locum sic exhibuit: *Illas* (filias Darii) *principes: illum* (Ochum) *sobolem regiæ stirpis, duces vestros,* (intelligit matrem, filium, et filias,) *reorum instar, vinctos habet.* Nic. Heins. etiam in Syllog. Epist. II. p. 680. *reorum.* Vide Not. Var. Voss. 2. *duces nostros.* Bong. 2. et Voss.

NOTÆ

[i] *Adhuc*] Suam victoriam hactenus debet pavori nostro, magis quam suæ fortitudini.

[j] *Ducentos triginta*] Nihil accuratius. Cyrus, a quo Persici imperii exordia sumi solent, regnare Persis cœpit Olymp. 55. anno 1. Prælium ad Arbela incidit in Olymp. 112. an. 2. qui a primo Cyri ducentesimus ac trigesimus est; intercedunt enim Olympiades quinquaginta septem ac dimidia.

star, vinctos habet: nisi quod in vobis est,[k] ipse ego majore parte [mei] captivus sum. Eripite viscera mea ex vinculis: restituite mihi pignera, pro quibus ipse mori non recuso, parentem, liberos; nam conjugem in illo carcere amisi. 23. Credite, nunc omnes tendere ad vos manus, implorare patrios Deos, opem vestram, misericordiam, fidem exposcere, ut servitute, ut compedibus, ut precario[k] victu ipsos liberetis. An creditis, æquo animo iis servire, quorum reges esse fastidiunt?[l] 24. Video admoveri hostium aciem: sed quo propius discrimen accedo, hoc minus iis, quæ dixi, possum esse contentus. Per ego vos Deos patrios, æternumque ignem,[l] qui præfertur altaribus, fulgoremque Solis intra fines regni mei orientis, per æternam memoriam Cyri, qui[m] ademtum Medis Lydisque imperium

[k] *Si id excipiam mei, quod in vobis habeo.* [l] *Quibus imperare dedignarentur.*

1. 2. *victos habet.* Mer. *nihil quidem in nobis est;* Florent. Leid. et Pith. *quid in vobis,* omisso *nisi;* Fauch. omittit etiam *nisi* et superscriptum habet *quæ;* Florent. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. omittunt *est,* probante Schmieder. *nisi quod in vobis est* Pal. 1. et edd. vett. et recentt. 'Lege ex codd. *nisi quid in vobis spei est.*' Heins. *majore mei parte* Florent. Leid. Voss. 2. Bong. et Theocr. *majore in parte* Voss. 1. *pro q. ipsi* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *non recusatis* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Amst. *non recusarim* conj. Heinsius. *in illa carcere* Bong. 1.—23 Pal. 1. omittit *omnes;* Florent. et Voss. 1. exhibent: *omnes hos tendere;* Leid. *omnes ostendere;* Voss. 2. Ald. Mer. Bas. et Col. *omnes extendere;* Pal. 1. etiam *extendere;* Heinsius conj. *omnes obtendere.* Voss. 2. *ad nos.* Hæc tria verba: *implorare p. Deos,* pro glossemate habent Heum. et Bothe. Voss. 1. *ut compedibus, ut servitute;* Voss. 2. *servitute, compedibus, precario,* ter *ut* omisso. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *his servire.* Pro *fastidiunt* Freinsh. conjectabat *fastidiant.*—24 Pal. 1. Voss. 2. Fauch. et Pith. *sed qua propius.* Mox Pal. 1. et edd. vett. *Precor vos per Deos patrios;* Modii et Heinsii monitu Snakenburgius edidit: *Per ego vos Deos patrios;* et ita Theocr. aliique codd.

NOTÆ

[k] *Precario*] Ut eos a necessitate liberetis quasi emendicandi victus a Macedonibus. Sed hæc parum sincere Darius dixit, (si dixit tamen, et non potius a Curtio dixisse fingitur,) cum antea cap. 11. gratias egerit Alexandro per legatos, quod matrem et filias speciem pristinæ fortunæ retinere pateretur.

[l] *Æternum ignem*] De igne æterno, deque altaribus, vide lib. III. cap. 3. *Intra fines*] Putida hyperbole. Vix Asiæ medium attingit Persia Orientem versus. Certe ignorare non potuit Indiæ prius multo quam Persiæ oriri solem.

[m] *Cyri, qui*] Cyrus, ut diximus, Persici imperii conditor, Astyagis Medorum Regis nepos ex Mandane filia, spoliato avo regnum ad Persas transtulit: Crœsum quoque Lydorum Regem vicit, ac vivum cepit.

primus in Persidem intulit; vindicate ab ultimo dedecore nomen gentemque Persarum. 25. Ite alacres et spe pleni, ut, quam gloriam accepistis a majoribus vestris, posteris relinquatis. In dextris vestris jam libertatem, opem, spem futuri temporis geritis. Effugit mortem, quisquis contemserit: timidissimum quemque consequitur. 26. Ipse non patrio more solum, sed etiam ut conspici possim, curru vehor: nec recuso, quo minus imitemini me, sive fortitúdinis exemplum, sive ignaviæ fuero.'

XV. 1. Interim Alexander, ut et demonstratum a transfuga insidiarum [a] locum circumiret, et Dario, qui lævum cornu tuebatur, occurreret, agmen 'obliquum incedere' jubet. 2. Darius quoque eodem suum obvertit; Besso admonito, 'ut Massagetas [b] equites in lævum Alexandri cornu a latere invehi juberet.' 3. Ipse ante se falcatos currus habe-

---

cum edd. Bip. Barb. et Bothe. Paulo post Ald. *vendicate*.—25 *Ita alacres* Leid. *et spiritus pleni* Florent. Theocr. Leid. Lugd. et Amst. *et spe pleni* Bong. et Voss. 1. *In manibus vestris* Voss. 2. *quisque contemperit* Florent. et Leid.—26 Voss. 2. *fortitudinis sive exemplum*.

1 Edd. vett. *ut est*; Voss. 2. omittit *et*. Edd. vett. *cum insidiarum l. circuiret*; Florent. Leid. Bong. 1. et Voss. 1. *circumirent*. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *lævum*. Bong. 1. omittit *agmen*, quod cum aliis exhibet Pal. 1. *obliquum agmen* Dan. *agmen oblicum*.—2 Voss. 2. omittit *eodem*; pro quo Dan. inter lineas appictum habet *dextro*. Florent. Leid. Voss. 1. Mer. Bas. Ald. et Col. *Massagetes*. 'Curtius scribere debuerat: *in dextrum Alexandri cornu*, ubi primum pugnabatur.' *Schmieder*. Pal. 1. *cornu latere invehi*; Voss. 2. *cornu lateri invehi*; Mod. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *cornu a latere invehi*; Ed. pr. Venett. Veron. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Col. Frob. Lugd. et Amst. *cornu invehi*.—3 Voss. 2. et Dan. *ante falcatos*, omisso

NOTÆ

Vide Justin. lib. I. de Media lib. v. cap. 7. de Lydis eorumque imperio lib. III. cap. 4. et lib. IV. cap. 5. *Primus*] Tamen Suidas in Δαρεικοὶ scribit Daricos non a Dario Xerxis patre, sed ab allo antiquiore Dario cusos appellatosque; quod ipsum ex Scholiaste veteri Aristophanis sumtum est: Æschylus vero Poëta, qui sub Dario Hystaspis et Xerxe floruit, ante Cyrum duos memorat Persarum reges, quorum primum 'Medum' appellat: de quo vide Marshamum in Canone Chronologico.

[a] *Insidiarum*] Muricum ferreorum sub terra defossorum. *Lævum*] Vide superiori capite. Ac si Darius in lævo erat, non obliquo sed recto itinere incedendum fuit, ut illi occurreret. Melius ergo Arrianus qui versus dextrum magis duxisse tradit.

[b] *Massagetas*] Massagetæ lib. VIII. cap. 1. sed quomodo in lævum Alexandri a latere invecti sunt, qui erant ipsi in lævo Darii cornu, ut vidimus cap. 12. præsertim cum Alexander dextrum suorum cornu in dextrum magis Darii converterit?

bat: quos signo dato universos in hostem effudit: ruebant laxatis habenis aurigæ, quo plures nondum satis proviso impetu obtererent. 4. Alios ergo hastæ multum ultra temones eminentes, alios ab utroque latere dimissæ falces laceravere: nec sensim Macedones cedebant, sed effusa fuga turbaverant ordines. 5. Mazæus quoque perculsis metum incussit, mille equitibus 'ad diripienda hostis impedimenta circumvehi' jussis: ratus, captivos quoque, qui simul asservabantur, rupturos vincula, cum suos appropinquantes vidissent. 6. Non fefellerat Parmenionem, qui in lævo cornu erat: propere igitur Polydamanta mittit ad regem, qui et periculum ostenderet, et, 'quid fieri juberet,' consuleret. 7. Ille audito Polydamante, 'Abi, nuntia,' inquit, 'Parmenioni, si acie vicerimus, non nostra solum nos recuperaturos, sed etiam, quæ hostium sunt, occupaturos. 8. Proinde non est quod quicquam virium subducat ex acie, sed, ut me, ut Philippo patre dignum est, contemto sarcinarum damno fortiter dimicet.' 9. Interim barbari impedimenta turbaverant: cæsisque plerisque custodum, captivi, vinculis ruptis, quicquid obvium erat, quo armari possent, rapiunt; et aggregati suorum equitibus Macedonas, ancipiti circumventos[a] malo, invadunt: 10. lætique

[a] *Duplici periculo utrinque implicatos.*

se. Voss. 1. *pules* pro *plures.* Pal. 1. *impetu obterrerent.*—4 Ed. pr. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Col. et Mer. *supra temones;* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *ultra temones;* Mod. aliique: *ultra temonem.* Vulgatæ ante Freinshem. *demissæ falces.* Mer. et Col. *Macedones cædebant.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *effusa fuga turbaverant.*—5 Voss. 2. *percussis;* et mox *jussis: raptus captivis q. q. s. a. ruptores.* Mer. *suos propinquantes.*—6 Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Bong. et Dan. omittunt *cornu;* et mox iidem codd. omittunt *ad regem.*—7 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. Colon. et Sigeb. *si aciem.* Pal. 1. omittit *nos.* Ed. pr. Venett. Rom. Veron. Junt. Bas. Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. Lugd. Amst. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. et Cunz. *sed omnia quæ;* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Colon. Sigeb. et Mod. *sed etiam quæ,* quod recepit Schmieder. *quæ et h. sunt* Theocr. unde Heum. *et quæ h. sunt.*—8 Leid. *non est quo quicquam;* Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. *non est quod virium quicquam.* Pal. 1. et edd. vett. ante Mod. cum Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. et Cunz. *et Philippo;* Voss. 2. *ut Filippo;* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *ut Philippo,* quod reposuit Schmieder. *me ut* abest in aliis.—9 Ald. *obvium est.* Pro *rapiunt* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *arripiunt;* Lugd. et Amst. *corripiunt.* Ald.

circa Sysigambim, 'vicisse Darium; ingenti cæde prostratos hostes; ad ultimum etiam impedimentis exutos esse,' nuntiant: quippe eandem fortunam ubique esse credebant, et victores Persas ad prædam discurrisse. 11. Sysigambis, hortantibus captivis, 'ut animum a mœrore allevaret,' in eodem, quo antea fuit, perseveravit: non vox ulla excidit ei: non oris color, vultusve mutatus est: [sed] sedit immobilis, (credo, præcoce gaudio verita irritare fortunam[b]) adeo ut, quid mallet, intuentibus fuerit incertum. 12. Inter hæc Menidas,[c] præfectus equitum Alexandri, cum paucis turmis opem impedimentis laturus advenerat; incertum suone consilio, an regis imperio: sed non sustinuit Cadusiorum Scytharumque impetum: quippe vix tentato certamine refugit ad regem, amissorum impedimentorum testis magis, quam vindex.[c] 13. Jam consilium Alexandri dolor vicerat;[d] et, ne cura recuperandi sua militem a prælio averteret, non immerito verebatur. Itaque Areten, ducem hastatorum ([quos] 'sarissophoros[d] vocabant), adversus Scy-

[b] *Metuens, ut arbitror, ne fortunam infestam sibi redderet præmatura lætitia.*
[c] *Spectator potius quam defensor.*
[d] *Jam Alexandrum consilii inopem fecerat indignatio.*

circumventus malo.—10 Voss. 2. *læti circa Sys. erant;* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *læti c. Sis. erant.* Voss. 1. et vulgg. ante Freinsh. omittunt *esse* post *exutos.*—11 Voss. 2. *a mœrore levare.* Leid. *quod antea.* Florent. Dan. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. omittunt *sed* ante *sedit;* Leid. habet *sed stetit.* Voss. 2. et Ald. *præcoque gaudio;* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *præcoqui gaudio;* Venett. Mediol. Veron. et Mer. *præ gaudio.* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *irritare fortunam.*—12 Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *Inter hæc Minidas;* unde Schmieder: *Inter hæc Menidas.* Pal. 1. *at incertum;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. et Col. *et incertum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venett. Mediol. Veron. Vet. an. 1474. Junt. Mer. Bas. Col. et Ald. *sed n. s. Caucasiorum.* 'Expungendum nomen *Cadusiorum*, quod h. l. Interpp. obtruserunt.' *Schmieder.* Alii: *effugit ad regem.*—13 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *dolor vicerat.* 'Monere non opus est, quam falsa sint hæc: *quippe vix, &c. Jam consilium, &c.*' Schmieder. Pith. *Arethen;* Mer. *Arotem;* vulgg. ante Freinsh. *Aretem.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Dan. *ducem astarum.* Florent. Leid. Theocr. et Voss. 1. 2. omittunt *quos;*

NOTÆ

[c] *Menidas* [*Amyntas*] Vel alius hic erat ab Andromenis filio, vel adhuc peccat ut supra Curtius. Vide cap. 13. Caducii supra cap. 12. Scythæ lib. VII. cap. 7. Arrianus Menidam fuisse tradit, mercenariorum ducem.

[d] *Sarissophoros*] Sarissa oblongæ hastæ genus, Macedonicæ Phalangis

thas mittit. 14. Inter hæc currus, qui circa prima signa turbaverant aciem, in phalangem invecti erant. Macedones confirmatis animis in medium agmen accipiunt.[e] 15. Vallo similis acies erat: junxerant hastas; et ab utroque latere temere incurrentium ilia suffodiebant: circumire deinde currus, et propugnatores præcipitare cœperunt. 16. Ingens ruina equorum aurigarumque aciem compleverat: hi territos regere non poterant: equi crebra jactatione cervicum non jugum modo excusserant, sed etiam currus everterant: vulnerati interfectos trahebant: nec consistere territi, nec progredi debiles poterant. 17. Paucæ tamen evasere quadrigæ in ultimam aciem, iis, quibus inciderunt, miserabili morte[f] consumtis: quippe amputata virorum membra humi jacebant: et quia calidis adhuc vulneribus aberat dolor, trunci quoque et debiles arma non omittebant; donec, multo sanguine effuso, exanimati procumberent. 18. Interim Aretes, Scytharum, qui impedimenta diripiebant, duce occiso, gravius territis instabat. Super-

Dan. *sarisophoros*; Pal. 1. *quæ sarisophoros*; Ald. *quos Σαρισσοφόρους* Voss. 2. *sarissophores*; Mer. *quem sarissophoron*.—14 Voss. 2. omittit: *qui circa prima*.—15 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *deinde et currus*.—16 Ald. *ruina quorum*. Pro *equi* Florent. Theocr. Leid. Voss. 1. 2. Ed. pr. Venett. Veron. et Mer. *hi*; Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *qui*; Dan. *hic*. Heum. legere jubet *illi*. Pal. 1. *nec progredibilis poterant*; nonnullæ edd. vett. cum Tell. et Maitt. *nec congredi d. poterant*.—17 Pro *iis* Leid. Voss. 2. et Mer. *his*. Pith. *miserabiliter*. Leid. *truncique et debiles*. Dan. Pith. Fauch. Leid. Florent. et Voss. 2. *arma quidem non*; Bong. 1. 2. et Voss. 1. *quidem arma non*; alii: *arma tamen non*. Pal. 1. *multi sanguinis effusi*.—18 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. 1. 2. *Aretis*; Fauch. et Pith. *Arethis*; Mer. *Arete*, et mox *instabant*. Bong. Florent.

NOTÆ

proprium, quam Ælianus et Polybius cubitorum quatuordecim, hoc est, pedum unius et viginti faciunt, cum initio sexdecim cubitorum fuisset, pedumque adeo viginti quatuor. Simili est quam hodie dicimus *une pique*. Sed alia brevior erat equitum de quibus hic agitur, quam Gallice dicere possis *une javeline*.

[e] *Accipiunt*] Falcatos currus admittunt. *Vallo*] Phalanx Macedonum hinc inde divisa, prominentibus utrimque sarissis, speciem habebat aggeris præfixo vallo defensi. Vallus quid sit diximus cap. 12.

[f] *Miserabili morte*] Indicat tamen Arrianus nihil damni illatum a curribus; alios per mediam Phalangem innoxios et illæsos transisse, aliorum equos telis confossos esse. Sed Diodorus astipulatur Curtio.

venere deinde missi a Dario Bactriani, pugnæque vertere fortunam. Multi ergo Macedonum primo impetu obtriti sunt: plures ad Alexandrum refugerunt. 19. Tum Persæ, clamore sublato, qualem victores solent edere, ferociter in hostem, quasi ubique profligatum, incurrunt. Alexander territos castigare; adhortari; prælium, quod jam elanguerat, solus accendere; confirmatisque tandem animis, 'ire in hostem' jubet. 20. Rarior acies erat in dextro cornu Persarum; namque inde Bactriani[g] decesserant ad opprimenda impedimenta: itaque Alexander laxatos ordines invadit, et multa cæde hostium invehitur. 21. At qui in lævo cornu erant Persæ, spe posse eum includi, agmen suum a tergo dimicantis opponunt: ingensque periculum in medio hærens adisset, ni equites Agriani calcaribus subditis circumfusos regi barbaros adorti essent, aversosque cædendo in se obverti coëgissent.[e] 22. Turbata erat utraque acies. Alexander et a fronte, et a tergo, hostem habebat: qui averso ei instabant,[f] ab Agrianis equitibus premebantur:

[e] *Et illos feriendo a tergo coëgissent in ipsos frontem convertere.*
[f] *Qui ipsum a tergo urgebant.*

Leid. et Voss. 1. omittunt *missi*, probante Freinshemio. Voss. 1. *plures Alexandrum*, omisso *ad*.—19 Pal. 1. *solent cedere*. Dan. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *incurrerent*; sed vulgg. præfert Schmieder. Voss. 1. *jam elanguerant*. Mox *jubet*, cum Freinshemio, abesse mallet Schmieder.—20 Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *discesserant*. Voss. 2. *lassatos ordines*.—21 *Atque in* Voss. 1. *At qui in* Dan. cum litura. *a tergo dimicantes* Voss. 2. et mox, *ni equites gregarios*. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Col. *subditis fusos*; Frob. *subditis offusos*. Voss. 1. *adversosque cædendo*; Voss. 1. *aversosque cedendo*. Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *in se converti*; Fauch. *in se everti*.—22 *Alexander a fronte* nonnulli codd. cum edd. omnibus ante Schmieder. qui ex codd. Florent. Leid. et Voss. 1. dedit: *Alexander et a fronte*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Col. et Bas. *et ab Agrianis*. Florent. Leid. Voss. 1. alii pro *militibus* exhibent *equitibus*, quod recepit Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Frob. Mer. Bas. Col. et Ald. *et Bactriani*. Voss. 2. et Pith. *directis* pro *direptis*. Bong. *suos reciperare*. Pal. 1. *simul obrupta*;

NOTÆ

[g] *Inde Bactriani*] Quomodo ex dextro cornu decesserant, quos in lævo fuisse tam ipse Curtius cap. 12. quam Arrianus tradunt. Ibidem *Persas* in sinistro posnerat; nunc eos 'in dextro' esse dicit. Sed Persas forsitan hic intelligit universos Darii milites.

Bactriani, impedimentis hostium direptis reversi, ordines suos recuperare non poterant: plura simul abrupta a ceteris agmina, ubicumque alium alii fors miscuerat, dimicabant. 23. Duo reges junctis prope agminibus prælium accendebant: plures Persæ cadebant; par ferme utrimque numerus vulnerabatur: curru Darius, Alexander equo vehebatur: 24. utrumque delecti tuebantur, sui immemores: quippe amisso rege nec volebant salvi esse, nec poterant: ante oculos sui quisque regis mortem occumbere ducebant egregium. 25. Maximum tamen periculum adibant, qui maxime tuebantur; quippe sibi quisque cæsi regis expetebat decus. 26. Ceterum, sive ludibrium oculorum, sive vera species fuit,[e] qui circa Alexandrum erant, vidisse se crediderunt paululum super caput regis placide volantem aquilam, non sonitu armorum, non gemitu morientium territam: diuque circa equum Alexandri pendenti magis, quam volanti, similis apparuit. 27. Certe vates Aristander, alba veste indutus et dextra præferens lauream, militibus in pugnam intentis avem monstravit, 'haud dubium victoriæ auspicium.'[h] 28. Ingens ergo

[e] *Sive oculorum illusio fuit, sive vera aquilæ forma.*

Voss. 1. *simul arupta.* Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *sors miscuerat.* Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. Lugd. et Amst. *dimicabat.* —23 Bong. Voss. 2. Leid. Florent. Mer. et Col. *prælium accenderant.* Frob. Amst. et Lugd. *par fere.*—24 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et Fanch. *utrimque;* Ald. et Frob. *utrumque regem;* Mer. et Amst. *utrumque dilecti.* Pal. 1. omittit: *sui immemores.* Voss. 2. et nonnullæ edd. *nam ante oculos.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Frob. Mer. Ald. Colin. Gryph. *ducebat.*—25 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *adhibebant quos;* Voss. 2. *adhibebant quidem;* Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Mer. et Col. *adibat qui.* Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *tuebatur.* Pal. 1. et Voss. *exspectabat.* —26 Frob. Mer. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *qui c. regem Alexandrum.* Bong. 1. *paulum s. caput.* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *non sono armorum;* Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *nec sonitu armorum, nec gemitu.*—27 Pith. *et dextram.* Idem cum Fanch. omittit *avem;* pro quo Dan. habet *autem.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *monstra-*

NOTÆ

[h] *Auspicium*] Aquila bellatrix ales, et volucrum regina, victoriæ ac regni omen habere credita est apud profanos. Ceterum Plutarchus hanc ante prælium apparuisse scribit.

alacritas ac fiducia paulo ante territos accendit ad pugnam; utique postquam auriga Darii, qui ante ipsum sedens equos regebat, hasta transfixus est:[i] nec aut Persæ aut Macedones dubitavere, quin ipse rex esset occisus. 29. Lugubri ergo ululatu et incondito clamore gemituque totam fere aciem adhuc æquo Marte pugnantium turbavere cognati Darii et armigeri; lævoque cornu in fugam effuso, destituerant currum; quem a dextra parte stipati in medium agmen receperunt.[h] 30. Dicitur acinace stricto Darius dubitasse, an fugæ dedecus honesta morte vitaret. Sed eminens curru nondum omnem suorum aciem prælio excedentem destituere erubescebat.[i] 31. Dum inter spem et desperationem hæsitat, sensim Persæ cedebant, et laxaverant ordines. Alexander mutato equo, quippe plures fatigaverat, resistentium adversa ora fodiebat, fugientium terga. 32. Jamque non pugna, sed cædes erat; cum Darius quoque currum suum in fugam vertit. Hærebat in tergis fugientium victor: sed prospectum oculorum nubes pulveris, quæ ad cœlum ferebatur, abstulerat: ergo haud secus quam in tenebris errabant; ad sonitum notæ

[h] *Quem conferti ex dextro cornu Persæ intra mediam turmam acceperunt.*

[i] *Cum e curru conspicuus esset, ipsum pudebat deserere suorum exercitum, qui nondum totus pugna cedebat.*

---

bat.—28 Florent. *aut per Macedones.* Frob. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Col. *dubitare.*—29 Leid. Voss. 1. et Bong. *Ergo lugubri;* Voss. 2. omittit *ergo.* Mer. *ex incondito.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. et Mer. *levumque;* alii: *lævumque tuentes.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ed. pr. Rom. Venett. Mediol. Vet. an. 1474. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Frob. et Col. *effusum;* alii *effusi.* Florent. Leid. Dan. Voss. 1. et Bong. *destituerat.* Voss. 1. *agmen recæperunt.*—30 Voss. 2. *acinate stricto,* et mox: *fugæ decus.*—31 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Mer. et Col. *Dumque inter spem.* Venett. Mediol. Veron. Vet. an. 1474. et Mer. *et dubitationem.* Pal. 1. *Persæ celabant.* Voss. 2. *lassavere ordines;* Mer. *laxavere ordines.* Voss. 1. *mutato quo.* Alii omittunt *adversa* ante *ora.*—32 Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Frob. et Col. *et prospectum;* Voss. 2. *sed conspectum.* Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. et Bong. *ad c. referebatur.* Florent. Leid. Voss. 1. et vulgg. ante Freinsh. *ad sonum v. vocis.* Florent. Leid. Voss. 2. Bong. Pal. 1. Dan. et Mer. *aut signum:* ' quod non sperno.' *Schmieder.* Voss. 1.

NOTÆ

[i] *Transfixus est*] Ab ipso Alexandro, ut ait Diodorus lib. XVII. *Ipse rex*] Darius.

vocis, ut signum, subinde coëuntes. 33. Exaudiebantur tantum strepitus habenarum, quibus equi currum trahentes identidem verberabantur: hæc sola fugientis vestigia excepta sunt.[j]

XVI. 1. At in lævo Macedonum cornu, quod Parmenio, sicut ante dictum [est], tuebatur, longe alia fortuna utriusque partis res gerebatur. 2. Mazæus, cum omni suorum equitatu vehementer invectus, urgebat Macedonum alas:[*] jamque abundans multitudine aciem circumvehi cœperat; cum Parmenio equites 'nuntiare' jubet 'Alexandro, in quo discrimine ipsi essent: nisi mature subveniretur, non posse sisti fugam.' 3. Jam multum vias præceperat Rex, imminens fugientium tergis, cum a Parmenione tristis nuntius venit: 'refrænare equos' jussi, qui vehebantur, agmenque constitit; frendente Alexandro, 'eripi sibi victoriam e manibus, et Darium felicius fugere, quam se sequi.' 4. Interim ad Mazæum superati regis fama pervenerat. Itaque, quanquam validior erat, fortuna tamen partium territus, perculsis languidius instabat. Parmenio ignorabat quidem causam sua sponte pugnæ remissæ: sed occasione vincendi

[j] *Hæc sola signa ipsius fugæ deprehensa sunt.*
[*] *Perculsus ipse suorum clade, mollius urgebat territos Macedonas.*

---

hunt signum.—33 *Exaudiebatur* Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. Pro *tantum* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *tamen;* Mer. *tm̃*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et edd. vett. *currum vehentes.*

1 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *quod* ante *Parmenio.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. omittunt *est* post *dictum.* Ald. *res gerebantur.*—2 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mer. *Mazeus.* Pro *urgebat,* quod Florent. Leid. et Voss. 1. 2. exhibent, Bong. 1. *arguebat.* Florent. Voss. 1. 2. Dan. Bong. et Fauch. *acie circumvehi.* Leid. et Voss. 2. *tum Parmenio.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *ni mature.* Florent. Voss. 1. et Dan. *fuga.*—3 Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. aliæ vett. cum Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunæ. et Both. *processerat;* Pal. 1. et Mer. *præcesserat;* Voss. 2. *præceperat;* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. et Lugd. *præceperat,* quod, probantibus Modio, Heum. et Cunsio, recepit Schmieder. Pro *jussi* quod exhibent Florent. Leid. et Voss. 1. 2. vulgg. Bong. Mer. Frob. Amst. et Lugd. habent *jussit.* Ald. Col. et Bas. *agmen constitit.* Voss. 1. *eripi si victoriam.* Voss. 2. *et Darius felicius;* Ed. pr. Venett. Mediol. Vet. an. 1474. Veron. et Mer. *et Darium facilius.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *quam se sequi.*—4 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *tamen fortuna.* Leid. omittit *partium.* Mox omnes codd. et edd. vett. et recentt. *Thessalos e. ad se vocari jubet.* 'Frein-

strenue est usus. Thessalos equites ad se vocari[a] jubet. 5. 'Ecquid,' inquit, 'videtis istos, qui ferociter modo instabant, pedem referre, subito pavore perterritos? Nimirum nobis quoque regis nostri fortuna vicit: omnia Persarum cæde strata sunt: quid cessatis? an ne fugientibus quidem pares estis?' 6. Vera dicere videbatur, et spes languentes quoque erexerat: subditis calcaribus proruere in hostem: et illi jam non sensim, sed citato gradu recedebant, nec quicquam fugæ, nisi quod terga nondum verterant, deerat. 7. Parmenio tamen ignarus, quænam in dextro cornu fortuna regis esset, repressit suos: Mazæus, dato fugæ spatio, non recto itinere, sed majore et ob id tutiore circumitu, Tigrin superat, et Babylonem cum reliquiis devicti exercitus intrat. 8. Darius paucis fugæ comitibus ad Lycum[b] amnem contenderat, quo trajecto dubitavit an sol-

shemius, Schefferus, et Snakenburgius mirantur, imperatorem equites in ipso pugnæ discrimine constitutos ad se vocasse, eamque ob causam Curtium emendare conantur, sed perperam.' *Cuns.* 'Putidum hoc esse, nec imperatorem, si sapiat, in ipso pugnæ discrimine constitutos hortandi causa ad se vocaturum esse, jam vidit Freinshemius. Conjicit igitur: *T. e advectus, ecquid, inquit, &c.* Schefferus mavult: *T. e. advolare, ubi et quid, inquit, &c.* Snakenburgius: *T. e. id speculari jubet.* Sic sunt editores. Quamvis Curtius quavis pagina incogitanter scripserit, ipsum tamen defendunt, librarios incusant.' *Schmieder.*—5 Florent. Voss. 1. et Mer. *Et quid;* Leid. Voss. 2. et Pith. *Hæc quid;* Pal. 1. *En quid;* Dan. et Bong. *Et quid videtis inquit.* Voss. 2. omittit *nostri.* Nonnulli codd. cum edd. vett. et recentt. *vincit;* Florent. Leid. Voss. 1. Amst. et Lugd. *vicit,* quod recepit Schmieder. Voss. 1. *structa sunt.* Voss. 2. et Mer. *cur ne fugientibus.*—6 Mer. et Ald. *dicere videtur.* Mer. *subitis calcaribus.* Voss. 2. *perruere in hostem;* unde Gronovius: *prorumpere in hostem.* Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *quod nondum terga.* Pal. 1. *deerant.*—7 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Mer. *pugnæ spatio.* Edd. vett. *Tigrim;* omnes vero codd. *Tigrin;* Mer. *Tigrim superarat.* Florent. et Leid. *Babylonam;* Voss. 1. *Babyllonam;* Voss. 2. *Babiloniam;* multæ edd. ante Freinsh. *Babyloniam.* Leid. Dan. Pal. 1. et Mer. *cum reliquis.*—8 Florent. et Voss. 1. *ad amnem pervenerat.* Leid. Voss. 1. 2. et Bong.

NOTÆ

[a] *Ad se vocari*] Non equitatum universum Thessalorum ad se vocaverit; quid enim absurdius? sed ad summum aliquos e ducibus. Nisi forte aliud quiddam a Curtio scriptum erat, cujusmodi esset quod suspicatur Freinshemius: *Thessalos equites advectus, ecquid, inquit, &c.* cujus mentem Gallicus Interpres secutus est.

[b] *Lycum*] De Lyco diximus supra cap. 9. Hinc porro intelliges citra Lycum, non ultra, Darii castra fuisse, quod illic Curtius scripserat, et non refellimus. Nec movet quod habet Diodorus, Darium pulveris opportunitate usum, non retro fugam inten-

veret pontem, quippe 'hostem jam affore' nuntiabatur. Sed tot millia suorum, quæ nondum ad amnem pervenerant, ponte reciso, prædam hostis fore videbat. 9. Abeuntem, cum intactum sineret pontem, dixisse constat, 'Malle insequentibus iter dare, quam auferre fugientibus.' Ipse ingens spatium fuga emensus, media fere nocte Arbela[c] pervenit. 10. Quis tot ludibria fortunæ, ducum agminumque cædem multiplicem, devictorum fugam, clades nunc singulorum, nunc universorum, aut animo assequi queat, aut oratione complecti? Propemodum sæculi res in unum illum diem fortuna cumulavit.[b] 11. Alii, qua brevissimum patebat iter, alii diversos saltus, et ignotos sequentibus calles petebant. Eques pedesque confusi sine duce, armatis inermes, integris debiles implicabantur. 12. Deinde, misericordia in metum versa, qui sequi non poterant, inter mutuos gemitus deserebantur. Sitis præcipue fatigatos et saucios perurebat, passimque omnibus rivis prostraverant corpora, præterfluentem aquam hianti ore captantes: 13.

[b] *Quæ toto sæculo contingere possent, in unicum illum diem collegit.*

---

videbat hostis prædam fore.—9 Pith. *dixisse se constat.* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Malle se sequentibus;* Pal. 1. *Malle sequentibus;* Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Col. et Frob. *Malle se insequentibus.* Col. Bas. Mer. et Frob. *Arbellam;* Lugd. *Arbella.*—10 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *agminum cædem.* Pal. 1. *aut ratione.* Mox vulgg. ante Freinsh. *in unum diem;* Pal. 1. *in illum diem proh fortuna;* Florent. Leid. et Voss. 2. *in unum illum diem pro fortuna;* sic Bong. 1. sed superscripto *h*, ut esset: *proh fortuna.* Heinsius conjectabat: *prona fortuna.*—11 Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *divisos saltus;* Modius: *divisi saltus;* Heinsius: *diversos saltus.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *ignotas.* Pal. 1. *pedites confusi.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *debiles plicabantur.*—12 Vulgg. ante Freinsh. *saucios exurebat.* Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. Elz. alii: *omnibus viis;* Modius ex codd. dederat: *omnibus rivis;* et sic Gualt. cum Bong. Florent. Leid. et

NOTÆ

disse, ut barbarorum plerique; sed in vicos Macedonum tergis oppositos. Vel enim falsum hoc est, atque ex alio, quem refellimus, profectum errore de Arbelorum situ; vel ita accipi necesse est, ut postea converso itinere Mediam versus reflectens, Arbela contenderit. Neque enim dubitare sinunt, opinor, ultra Lycum Arbela jacuisse, quæ diximus ad cap. 9.

[c] *Arbela*] Erant scilicet trans Lycum amnem, et quidem procul a loco certaminis. Arrianus sexcentis stadiis Arbela removet a Gaugamelis, ubi pugnatum est.

quam cum avide turbidam hausissent, tendebantur, extemplo præcordia premente limo;[c] resolutisque et torpentibus membris, cum supervenisset hostis, novis vulneribus excitabantur. 14. Quidam, occupatis proximis rivis, diverterant longius, ut, quicquid occulti humoris usquam manaret, exciperent: nec ulla adeo avia et sicca lacuna erat, quæ vestigantium sitim falleret.[d] 15. E proximis vero itineri vicis senum ululatus fœminarumque exaudiebantur, barbaro ritu 'Darium' adhuc 'regem' clamantium. 16. Alexander, ut supra dictum est, inhibito[d] suorum cursu, ad Lycum amnem pervenerat; ubi ingens multitudo fugientium oneraverat pontem, et plerique, cum hostis urgeret, in flumen se præcipitaverant, gravesque armis et prælio ac fuga defatigati gurgitibus hauriebantur. 17. Jamque non pons modo fugientes, sed ne amnis quidem capiebat, agmina sua improvide subinde cumulantes: quippe, ubi intravit animos pavor, id solum metuunt, quod primum formidare cœperunt. 18. Alexander instantibus suis, 'impune abeuntem hostem sequi permitteret, hebetia tela esse et manus

[c] *Distendebantur confestim viscera, limo adhærente.*
[d] *Quam inquirentium aviditas non deprehenderet.*

Voss. 1. 2.—13 Pro *cum diu avidi*, quod exhibent Voss. 2. Bong. alii, cum edd. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both. Schmieder. ex codd. Florent. Leid. et Voss. 1. dedit: *cum avide*, quod habet etiam Modius. Pith. *extimplo*. Bong. *dum s. hostis*.—14 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *deverterant*. Bong. *usquam maneret*. Dan. et Pal. 1. *hec ulla*. Dan. *lucuna*, sed correctum, superscripto *a*; Florent. Leid. Voss. 2. *lacuna erat, ut castigantium*; Voss. 2. *l. e. ut vestigantium*; Bong. *l. e. quæ castigantium*.—15 *E proximis vere* Florent. Leid. et Voss. 1. *vero itineris vico* Voss. 2. *ululatus senum* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *exaudiebant* Pal. 1. *adhuc Darium regem clamantes* Pith.—16 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *impetu* pro *cursu*. Pith. *ad L. a. pervenit*. Ald. *granosque armis*.—17 Col. Bas. Frob. Mer. et Ald. *improvidæ fugæ subinde*; Voss. 2. *propera fuge subinde*; alii: *improvida fuga subinde*. Vide Not. Var. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. 2. *cumulantis*; Bong. 1. *cumulanti*.—18 Vulgg. ante Freinsh. *suis abeuntem*, omisso *impune*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. et Mer. *suis ne impune abeuntem*. Florent. Leid. et Voss. 1. *permitteret sequi*; Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Mer. et Voss. 2. *inde permitteret sequi*. Leid. et Bong. *esse tela*; Mer. *tela esse, tum*

NOTÆ

[d] *Inhibito*] Hoc est, jam ad Lycum amnem pervenerat, cum suorum cursum repressit, ne fugientes ulterius persequerentur.

fatigatas, tantoque cursu corpora exhausta, et præceps in noctem diei tempus' causatus est. 19. Re vera de lævo cornu,[e] quod adhuc in acie stare credebat,[f] solicitus, reverti ad ferendam opem suis statuit. Jamque signa converterat, cum equites, a Parmenione missi, illius quoque partis victoriam nuntiant. 20. Sed nullum eo die majus periculum adiit, quam dum copias reducit in castra. Pauci eum et incompositi sequebantur ovantes victoria: quippe omnes hostes aut in fugam effusos, aut in acie credebant cecidisse; 21. cum repente ex adverso apparuit agmen equitum, qui primo inhibuere cursum, deinde, Macedonum paucitate conspecta, turmas in obvios concitaverunt. 22. Ante signa rex ibat dissimulato magis periculo, quam spreto: nec defuit ei perpetua in dubiis rebus felicitas: 23. namque præfectum equitatus avidum certaminis, et ob id ipsum incautius in se ruentem, hasta transfixit: quo ex equo lapso, proximum ac deinde plures eodem telo confodit. 24. Invasere turbatos amici quoque; nec Persæ inulti cadebant: quippe non universæ acies, quam hæ tumultuariæ manus, vehementius iniere certamen.[e] 25. Tandem barbari, cum obscura luce fuga tutior videretur esse quam

[e] *Non acrius pugnavere toti exercitus, quam hæc agmina fortuito concurrentia.*

---

manus. Pal. 1. *fatigatis.*—19 Voss. 2. omittit *reverti*, spatio ut sæpe relicto. Voss. 1. *illius q. pactis.*—20 *Sed nullum hodie* Voss. 1. et Bong. 1. 2. *Sed nullum illo die* Fanch. Pro *adiit* Dan. in marg. *accedit;* Florent. et Leid. *addidit*, et in marg. *accidit;* Voss. 1. *addidit;* Voss. 2. *accidit;* Ald. Colin. Gryph. Col. Bas. Frob. Mer. Amst. Elz. et Lngd. *fuit.* Pal. 1. *Pauci enim.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Dan. *aut in fuga effusos.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *cecidisse credebant.*—22 Voss. 2. *rex exibat.*—23 Florent. Leid. et Voss. 1. *ac dein plures.*—24 Leid. *Invasere turbatas.* Voss. 2. *acies sed quidem;* Mer. *acies sed quidam.* Colon. *vehementius injecere certamen;* unde Heinsius: *v. civere certamen;* Leid. *v. in certamen;* Voss. 2. omittit

NOTÆ

[e] *De lævo cornu*] Quod a Persis vehementer urgeri ex Parmenionis nuntio priore acceperat.

[f] *Credebat*] Arrianus tamen scribit eo tum animo illos venisse, ut dextrum Persarum cornu aggrederentur, quod Macedonas urgebat; sed profligatis hostium turmis, quæ in ipsos fugiendo incurrerunt, ubi ad certaminis locum venerunt, rem Thessalorum virtute gestam reperisse.

pugna, diversis agminibus abiere. Rex, extraordinario periculo defunctus, incolumes suos reduxit in castra. 26. Cecidere Persarum, quorum numerum victores finire potuerunt, millia XL.;[e] Macedonum minus quam CCC. desiderati sunt. 27. Ceterum hanc victoriam rex majore ex parte virtuti quam fortunæ suæ debuit; animo, non ut antea loco, vicit.[f] 28. Nam et aciem peritissime instruxit; et promtissime ipse pugnavit; et magno consilio jacturam sarcinarum impedimentorumque contemsit, cum in ipsa acie summum rei videret esse discrimen: dubioque adhuc pugnæ eventu pro victore se gessit: perculsos deinde hostes fudit: 29. fugientes, quod in illo ardore animi vix credi potest, prudentius, quam avidius persecutus est. 30. Nam si, parte exercitus adhuc in acie stante, instare cedentibus perseverasset; aut sua culpa victus esset, aut aliena virtute vicisset; jam si multitudinem equitum occurrentium extimuisset; victori aut fœde fugiendum, aut miserabiliter cadendum fuit. 31. Ne duces quidem copiarum sua laude fraudandi sunt; quippe vulnera, quæ quisque excepit, indicia virtutis sunt. 32. Hephæstionis brachium hasta ictum est: Perdiccas ac Cœnus et Menidas sagittis prope occisi.

[f] *Fortitudine vicit, non loci opportunitate, ut in priori pugna.*

---

vehementius, spatio relicto.—25 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Pal. 1. et Dan. *dispersis agminibus*; Col. *diversi agminibus*. Pith. *defunctus periculo*. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. Bas. et Frob. *ad castra*.—26 Amst. *inire potuerunt*, ex conj. Modii; et sic etiam conj. Bongarsius, improbante Heinsio; omnes codd. et edd. vett. *finire potuerunt*.—27 Alii omittunt: *quam fortunæ*.—28 Florent. Leid. Bong. Amst. et Lugd. *summæ rei*, quod non improbat Cuns. Voss. 2. *percussos demum hostes*; Mer. *percusso deinde hoste*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *percussos deinde hostium*.—29 Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Dan. *vix credi prudentius potest quam*, sed in Dan. correctum; Voss. 2. *vix credi posset prudentius quam*.—30 Leid. Voss. 2. et Bong. *aut culpa sua*. Pro *victori* Voss. 2. *victo*; Pal. 1. Bong. Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Frob. *victor*.—31 *Nec duces* vulgg. ante Freinsh. *quæ q. excipit* Col. aliique. Leid. *i. virtuti sunt*.—32 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Perdicca*. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *ac Cœnus*; Voss. 1. Frob.

NOTÆ

[e] *Millia XL.*] Arrianus trecenta millia, Diodorus nonaginta cecidisse tradit. Macedonum centum non amplius capita desiderata idem Arrianus scribit, quorum sexaginta in illo tumultuario conflictu perierunt: at Diodorus quingentos ait interemtos esse.

33. Et, si vere æstimare Macedonas, qui tunc erant, volumus, fatebimur, et regem talibus ministris, et illos tanto rege fuisse dignissimos.

Amst. et Lugd. *ac Cænos.* Voss. 2. *et Menedas;* edd. vett. *et Menides.* Pith. *prope occisi sunt.* Col. et Mer. *si vero æstimare;* Voss. 2. *si vere extimare.*

Q. CURTII RUFI,

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI REGIS MACEDONUM,

LIBER V.

ARGUMENTUM.

CAP. I. Dario Mediæ fines ingresso, Arbelis potitur Alexander et Babylone, cujus situs, amplitudo, et corrupti mores describuntur. Exercitus suppletur augeturque. Præsides aliquarum regionum constituuntur. II. De virtute militari certantibus præmia proponit Alexander, et in disciplina militari non pauca mutat. Tum Susis et magnis thesauris potitus, Sisygambin, cui imprudens ægre fecerat, solatur. III. Uxiorum regione superata, Madatem præfectum, ac deditos et captivos, Sisygambe deprecante, tum libertate tum immunitate donat: Persidemque intrare cogitans ab Ariobarzane retrocedere cogitur. IV. Captivo quodam iter paucis cognitum aperiente, Persarum exercitum, ipso Ariobarzane occiso, delet Alexander. V. Ad Persepolim properans, captivorum Græcorum IV. M. liberat. VI. Persepoli opulentissima direpta et Parsagadis captis cum thesauris in urbe utraque, interiorem Persidis regionem petit ac Mardorum domat gentem. VII. Alexander, in convivio a Thaide impulsus, Persarum regiam incendit; deinde novis militibus auctus Darium persequi statuit. VIII. Darii, suos ad ultimum prælium hortantis, oratio. IX. Variæ præfectorum Darii sententiæ ac tumultus, ob Nabarzanis, qui cum Besso proditionis societatem inierat, consilium. X. Bessi et Nabarzanis de Dario prodendo aut custodiendo nefaria deliberatio; quam miris artibus occultant. XI. Insidiæ proditorum Dario aperiuntur. Qui Græcorum respuit auxilium, paratus perire, si salvum esse nollent sui milites. XII. Bessus Darium fictis verbis et lacrymis delusum comprehendit, aureisque vinctum compedibus in sordido vehiculo ad Alexandrum deducendum curat. XIII. Alexander, audito Darii periculo, ad Persarum exercitum contendit. Bessus autem, cum parricidis aliis arma vultumque metuens victoris, Darium, multis confossum vulneribus, relinquit, fugaque sibi consulere conatur.

I. 1. Quæ interim[a] ductu imperioque Alexandri[b] vel in Græcia vel in Illyriis ac Thracia gesta sunt, si suis quæque temporibus reddere voluero;[c] interrumpendæ sunt res Asiæ. 2. Quas utique ad fugam mortemque Darii universas in conspectu dari, et, sicut inter se cohærent tempore, ita opere ipso conjungi, haud paulo aptius videri potest. Igitur ante, quæ prælio apud Arbela[x] conjuncta sunt, ordiar dicere. 3. Darius media fere nocte[x] Arbela

[c] *Si referre singula juxta temporum ordinem voluero.*

Dan. *Q. Curtii Rufi de Rebus gestis Alex. R. M. liber V.* Pal. 1. *liber tertius.* Pith. *Explicit liber quartus Quinti Curtii Rufi historiarum Alex. Magni Macedonis regis: incipit quintus.* Bong. 1. *Q. Curtii Rufi historiarum lib. IV. explicit: incipit lib. V.* sic etiam Leid. Voss. 1. et Bong. 2. nisi quod Q. omittunt. Fauch. habet: *explicit lib. IV. incipit V.* Codex Constant. Raderi: *Q. Curtii Rufi historiarum liber explicit.* Voss. 2. sine titulo est.—1 *Quæ interim jussu* ex conj. Perizonii recepit Both. sed *ductu imperioque* omnes codd. et edd. vett. exhibent, nisi quod Voss. 1. omittit *que.* Hinc Schefferus: *Quæ interim imperio Alexandri,* deleta voce *ductu,* quam quis tanquam interpretamentum alterius ascripserit. Vide Obss. Misc. VIII. p. 428. 'Equidem si quid video, non difficile est veram lectionem reducere, neque dubito quin Curtius scripserit: *ducum imperio Alexandri.* Hæc verba a librario quodam solito compendio scripta ita se habebant: *ducũ imp'io Alexandri.* Inde alius, qui lineolam istam vel desideraret vel non animadverteret, facile fecit *ductu,* et *ꝝ imperio* adjecit *que.*' Cunz. 'Minus placet Fabri conjectura, *Antipatri* legentis pro *Alexandri;* nam ductus erat Antipatri, imperium Alexandri.' *Schmieder.* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *in Græcis.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et alii: *vel Illyriis,* omisso *ꝝ in;* Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Frob. et Col. *vel in Illyricis.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Amst. *suis quæque.* —2 Voss. 2. et vulgg. ante Freinsh. *in conspectum.* Voss. 1. Leid. Florent. alii; *cohærent, ita, &c.* omisso *tempore;* alii: *cohærent in opere, ita, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *aut paulo.* Voss. 2. *Igitur autem quæ;* Bong. *Igitur quæ prælio,* et sic Florent. et Leid. *Arbelam* Pal. 1. Bong. et Voss. 2. *Arbellam* Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Mer. Col. et Amst. *Harbela* Bong. 2. *Harbelam* Fauch. Florent. et Leid. *Arbella* Lugd. *conjecta sunt* Ald.—

NOTÆ

[a] *Quæ interim*] De his vide Freinshemii Supplementum initio libri sexti, et quæ ibi supersunt ex Curtio: ubi tamen de Illyriis nihil.

[b] *Ductu i. Alexandri*] Quomodo autem *ductu Alexandri* gesta sunt, quæ tam procul absens per alios gessit? Ergo pro *Alexandri,* lege *Antipatri.*

[c] *Arbela* [*Arbelam*] Quanquam verius est, ut supra diximus, 'Arbela, orum;' tamen singulari quoque numero usus est Curtius, ut aperte constat ex lib. IX. cap. 2.

[x] *Media nocte*] Summa ergo celeritate sexcenta stadia, hoc est, milliaria quinque et septuaginta, fuga emensus est intra paucas horas.

pervenit: eodemque magnæ partis amicorum ejus ac militum fugam fortuna compulerat:[b] 4. quibus convocatis exponit, [c] haud dubitare se, quin Alexander celeberrimas urbes, agrosque, omni copia rerum abundantes, petiturus esset: prædam opimam paratamque ipsum et milites ejus spectare. 5. Id suis rebus tali in statu saluti fore, quippe se deserta cum expedita manu petiturum. Ultima regni adhuc intacta esse; inde bello vires haud ægre reparaturum. 6. Occuparet sane gazam[d] avidissima gens, et ex longa fame satiaret se auro, mox futura prædæ sibi: didicisse usu[e] pretiosam supellectilem, pellicesque et spadonum agmina nihil aliud fuisse, quam onera et impedimenta: eadem trahentem Alexandrum, quibus antea vicisset, inferiorem fore.'[f] 7. Plena omnibus desperationis videbatur oratio; quippe Babylonem[g] urbem opulentissimam dedi [cernentibus]: jam Susa, jam cetera ornamenta regni causamque belli victorem occupaturum. 8. At ille docere pergit, [c] non speciosa dictu, sed usu necessaria in rebus adversis sequenda esse. Ferro geri bella, non auro: viris,

[b] *In eundem locum fortuna direxerat magnum numerum amicorum ac militum Darii fugientium.* [c] *Se experientia cognovisse, &c.*

[d] *Alexandrum qui iisdem onustus erat, debellatum iri ob ea ipsa, propter quæ antea victor fuerat.*

3 Florent. Leid. et Voss. 1. *pervenerat*, et sic aliæ edd.—4 Voss. 1. *petiturus esse;* Voss. 2. *petiturus erat*, et mox omittit *ejus*.—5 Pith. omittit: *Ultima regni... petiturum.* Florent. Leid. Dan. et Pal. 1. *regni sui adhuc;* Voss. 1. *regni si adhuc*, et mox *aut ægre*, pro quo Bong. *aut ægre*.—6 Florent. *nox futura.* Dan. Voss. 1. Amst. et Lugd. *usu didicisse;* Bong. 1. *se usu didicisse.* Voss. 1. 2. Florent. et Leid. *peliceseque.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. *quibus rebus.*—7 Pal. 1. *desperationibus.* Florent. Leid. et Voss. 2. *Babylonam;* Voss. 1. *Babyllenam;* Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. *Babyloniam.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Mer. *certantibus.* Voss. 2. *et jam cetera*, omisso *Susa;* Mer. *et Susa jam cetera;* Pal. 1. *Asiam jam cetera;* Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *Susam jam cetera;* Frob. *Susam jam ceteraque;* Veron. *et Sucsam ceteraque.* Bong. 1. *ordinamenta regni*, et omittit *causamque* spatio vacuo relicto. Heum. conj. *causam belli*, abjecto *que*, quod probat Schmieder.—8 Pal. 1. *docere cepit.* Voss. 2. Ald.

NOTÆ

[d] *Gazam*] Quid gaza sit, diximus lib. IV. cap. 6. *Gens*] Macedonum. *Sibi*] Dario et suis.

[e] *Babylonem*] Cap. 1. *Susa*] Infra cap. 2. *Causam*] Propter quam bellum inferebatur a Græcis, et a Persis defendebatur.

non urbium tectis: omnia sequi armatos. Sic majores suos, perculsos in principio rerum,[f] celeriter pristinam reparasse fortunam.' 9. Igitur, sive confirmatis eorum animis, sive imperium magis quam consilium sequentibus, Mediæ fines ingressus est.[g] 10. Paulo post Alexandro traduntur Arbela, regia supellectili ditique gaza repleta: quatuor millia talentum fuere: præterea pretiosæ vestes: totius, ut supra dictum est, exercitus opibus in illam sedem congestis. 11. Ingruentibus deinde morbis, quos odor cadaverum[h] totis jacentium campis vulgaverat, maturius castra movit. Euntibus a parte læva, Arabia,[i] odorum fertilitate nobilis regio;

Colin. Gryph. Bas. Frob. Mer. et Col. *recuperasse fortunam*,—10 Voss. 1. 2. *Arbela traditur*; Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Mer. et Frob. *traditur Arbella*; Bong. Pal. 1. et Dan. *Arbella traditur*; Pith. *Harbela*, ut supra. Voss. 1. 2. Bong. Leid. et Florent. *regia supellectile*. Voss. 2. Bas. Col. Frob. Mer. et Ald. *Dariique* pro *ditique*; Lugd. et Amst. *diti*. Voss. 1. 2. *IIII. millia*. Bong. 1. *fere* pro *fuere*; Bong. 2. *furen*; Mer. *fuere præterea*. Bas. omittit *in* ante *illam*.—11 Pal. 1. *totius j. campis*. Voss. 2. *Euntibus a læva*; Lugd. et Amst. *Euntibus aperit se læva*; vulgg. ante Freinsh. *Euntibus aperit se a læva*. Glareanus pro *Arabia* rescribendum putavit *Aturia*; Cunzius vero locum ita sanandum: *Euntibus aperit se læta odorum fertilitate nobilis regio. Campestre iter est.* ' Uncis hæc inclusi: *Euntibus . . . iter est*, non quo omnino damnem, sed quia tam manifestæ falsitatis verba depravata mihi videntur, nec digna, quibus immoretur lector, donec emendata fuerint ex melioribus libris manu-

NOTÆ

[f] *In principio rerum*] Persicarum. Sed quæ clades illa Persarum, qua perculsi fuerant sub ipsa imperii exordia? Illane quam Justinus lib. I. cap. 6. descripsit, cum ab Astyage initio pugnæ fugati, matrum occursu in aciem redire compulsi demum vicerunt? an cum Cyrus a Tomyri Scytharum regina toto cum exercitu cæsus, ut ne nuntius quidem tantæ cladis superesset? Hanc Raderus, illam Freinshemius intelligit; cui magis assentiar.

[g] *Paulo post*] Altero die, ut ait Arrianus. *Gaza repleta*] Nempe Arbela vicus non erat, quod supra Curtius ex Diodoro imprudens scripserat, lib. IV. cap. 9. sed urbs non ignobilis in qua ' maximam sarcinarum partem deposuerat.' Quare licet non exiguo intervallo distaret a loco certaminis tamen quod esset insignius nomen, maluerunt Macedones ab Arbelis, quam a Gaugamelis prælii nomenclaturam arcessere. Et parum credibile est Darium pretiosissima quæque exiguo in castello aut vico depositurum fuisse; qui ante Issicum prælium supellectilem regum Damascum miserat.

[h] *Odor cadaverum*] Mirum si odor cadaverum Gaugamelis jacentium Arbela usque deferri, et morbos vulgare potuit; nisi dicas Alexandrum cum parte solum exercitus Arbela petiisse; reliquum ad Gaugamela substitisse.

[i] *Arabia*] Mediam amplius ejus partem mare triplex alluit; Arabicum sive Rubrum, Indicum, et Persicum. Intra terras, limites habet Babylo-

campestre iter est. 12. Inter Tigrin et Euphraten jacentia [j] tam uberi et pingui solo sunt, ut a pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat. Causa fertilitatis est humor, qui ex utroque amne manat, toto fere solo propter [k] venas aquarum resudante.[e] 13. Ipsi amnes ex Armeniæ [l] monti-

[e] *Cum tota terra, quæ juxta est, humefiat occultis rivulis aquarum penetrantium.*

scriptis.' *Bothe.* Pith. omittit *est* post *iter.*—12 Pal. 1. Dan. Bong. Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Bas. Col. et Frob. *jacentia tam uberi et pingui*, omisso *solo*; Fauch. et Mer. habent *jacens*; Voss. 2. *Euphr. tam uberi et pingui sunt*; vulgg. *tam uber et pinguis soli.* Vid. Not. Var. Pal. 1. omittit *ut.* Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. et Mer. *per venas*; Bong. *propter præter venas.*—13

NOTÆ

niam et Euphratem, Syriam et Palæstinam, ac Ægyptum. Tres in partes dividitur; Petræam, quæ Palæstinæ, Ægypto, et Arabico sinui propior; Desertam, quæ Palæstinæ ac Syriæ ad Orientem obtenditur usque ad Euphratem et Babyloniam; reliquum in Meridiem obtinet ea quam 'Felicem' vocant, peninsulæ formam habens: quam perpetua montium juga claudunt, a Persico sinu ad Arabicum pertinentia. Duo sunt porro quæ peccavit hoc loco Curtius. Primum enim Arbelis Babylonem petenti per Mesopotamiam, Arabia non ad lævam, sed ad dexteram est potius. Barthius Advers. XLII. putat rescribi oportere *Arabiam*; verum id non convenit, ubi de Alexandro agitur non in Arabiam, sed Babylonem eunte: ac si Arabiam peteret, nihilo minus Arbelis movens ad dexteram, non ad lævam, iter instituisset. Alterum Curtii peccatum est, quod Arabiam, quam 'a parte læva' esse perperam putavit, eandem 'odorum fertilitate nobilem' vocat: in quo multum fallitur. Neque enim Arabiæ Desertæ, quæ Mesopotamiam et Babyloniam attingit, sed Felici convenit illa odorum fertilitas; ac ne toti quidem. Vide Plinium lib. XII. cap. 14. Periplum Erythr. &c.

[j] *Jacentia*] Legunt alii: *campestre iter est inter Tigrim et Euphratem jacens tam uberis et pinguis soli.*

[k] *Solo propter*] Sic persuasit Freinshemius accipiendum esse, quomodo interpretati sumus illud *propter*, ut sit idem ac 'juxta:' sic enim collocatum non semel a Tacito testatur.

[l] *Armeniæ*] Armenia Major ab Occasu Cappadociam; a Septemtrione Colchidem, Iberiam, et Albaniam; ab Ortu mare Caspium et Hyrcanum; ab Austro Mesopotamiam et Assyriam attingebat. Hodie *Turcomannia* vocant. In ejus medio mons est Paryadres, sive Paryedrus Tauri pars, ex quo non solum Euphrates ac Tigris oriuntur, sed etiam Phasis et Araxes: quos 'Phison' et 'Gehon' in Scriptura vocari, non immerito viri docti autumant. Sed hoc longius disserere non est instituti nostri. Euphratem quidem atque Tigrim eodem ex fonte oriri, præter Mosem etiam Lucanus testatur lib. III. Strabo lib. XI. et Boëthius Consol. lib. V. Metro 1. Sallustius apud Senecam Nat. Quæst. VII. 8. Sed Tigris, semel iterumque sub terram conditus, demum ultra Gordyæos montes velut ex novo fonte emergit; unde cursu deinceps non interrupto Babyloniam petit. Ex eo factum, ut ille renas-

bus profluunt, ac magno deinde aquarum divortio [m] iter, quod cepere, percurrunt: [n] duo millia [o] et D. stadia emensi sunt, qui amplissimum intervallum circa Armeniæ montes notaverunt. 14. Iidem cum Mediæ [p] et Gordiæorum terras secare cœperunt, paulatim in arctius coëunt, et quo longius

Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Pal. 1. et Dan. *a magno;* Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Mer. et Col. *et magno.* Theocr. omittit vocem *aquarum.* Voss. 1. *quod ceperunt.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *millia.* Pal. 1. *ut et quinquaginta stadia mensi sint;* Voss. 2. *et quinquaginta stadia mensi sunt;* Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *emensa sunt;* sic Dan. sed correctum in margine *emensi;* Amst. et Lugd. *mensi.*—14 Florent. Leid. et Col. *Idem;* Voss. 2. et Mer. *Item;* pro quo Freinsh. mavult *Tandem.* Dan. *Gordiæcorum;* Florent. Leid. Bong. et Voss. 1. *Gordiæorum;* Schmieder. mallet: *Gordyæorum;* Voss. 2. *Gordaniorum;* Amst. et Lugd. *Cordiacorum;* Pal. 1. aliique: *Gordianorum.* Dan. Florent. Bong. et Leid. *terram.* Leid. et Voss. 1. *artius quo eunt;* Dan. *a. quocunti,* sed correctum *coëunt.* Voss. 2. *terræ spa-*

NOTÆ

centis fluvii exitus plerumque pro Tigris fonte accipiatur; quo sensu Strabo, Eustathius, aliique scriptores longum intervallum Euphratis inter ac Tigris fontes statuunt.

[m] *Divortio*] Hinc etiam apparet eodem ex fonte ambos existere; nam aquarum divortium fit, cum eodem ex capite in plures alveos dividuntur.

[n] *Percurrunt*] Euphrates ad Occidentem excurrit primum; inde ad Austrum flectens Majorem Armeniam a Cappadocia, et, quæ pars ejus est, ab Armenia Minore dirimit; tum Syriam atque Arabiam Desertam a Mesopotamia: donec longo flexu ad Orientem versus duplici finditur alveo: quorum alter 'Maarsares' Ptolemæo, in Meridiem abit, alter in Orientem pergens Tigri miscetur prope Seleuciam. Sed antequam Tigrim subeat, alium ex sese rursum emittit, qui Babyloniam interfluit; ac denuo Maarsari junctus per fossam, cui 'Pallacopa' nomen est, derivatur; magnaque ex parte in vastas paludes abit. De ejus ostiis agendum mox erit pluribus. Vide Ptolem. Asiæ Tab. 5. Strab. lib. XVI. Arrian. lib. VII. Plinium lib. V. cap. 24. et lib. VI. cap. 26. et 27. Tigris hodie *Digiat;* Euphrates vulgo *Frat* incolis nuncupari dicuntur.

[o] *Duo millia*] Strabo lib. XVI. centum minus stadia numerat ex Eratosthene: Diodorus lib. II. tantum mille et quingenta. Sed hic de fontium forte distantia loquitur.

[p] *Mediæ*] Cum hic nulla occurrat lectionum varietas, credibilius ipsum errasse Curtium, quam libraries; deceptum, ut alias sæpe, a Diodoro, qui Tigrim et Euphratem per Mediam, ac, si Superis placet, per Parætacenen ducit in Mesopotamiam, lib. II. quod quam longe absit a vero, supervacaneum puto dicere. *Gordiæorum*] Alias *Gordyæorum.* Gordene, quam alii 'Gordyenen,' aut 'Corduenem' appellant, Armeniæ Majoris regio ad Meridiem: in qua Gordyæi montes quos Hebræi *Ararath*, Josephus *Baris* vocat; et in iis Noëmi arcam post Diluvium subsedisse refert ex Nicolao Damasceno. Hos Tigris præterfluens a læva relinquit, sed Euphrates nulla ex parte attingit.

manant, hoc angustius[q] inter se spatium terræ relinquunt. 15. Vicini[r] maxime sunt his campis, quos incolæ 'Mesopotamiam'[s] appellant; mediam namque ab utroque latere concludunt. Iidem per Babyloniorum fines in Rubrum Mare[t] prorumpunt. 16. Alexander quartis castris[u] ad

---

tium; Col. omittit *spatium.*—15 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Vicina;* et sic Pith. et Fauch. sed superscripto *i.* Florent. *maximæ.* Dan. Voss. 1. Florent. Leid. Bong. et Mer. *sunt in campis;* Pal. 1. omittit *his;* Ald. Frob. et Col. omittunt *campis.* Pro *appellant* Ald. Bas. Frob. Mer. et Col. *vocant:* Dan. et Ald. uno vocabulo: *mediamnamque,* et in marg. Dan. *medi amna.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Lugd. *latere cludunt;* Voss. 2. *latere concludit;* Amst. *l. claudunt.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et edd. quædam vett. *Eadem per, &c.* Florent. Leid. et Voss. 1. *inrumpunt;* Bong. *irrumpunt;* Pal. 1. *perrumpunt.*—16 Voss. 2. et Fauch. *ad Mennum;* Ald. Colin. Gryph. Bas.

NOTÆ

[q] *Hoc angustius*] Non hoc usquequaque verum; nam a Thapsaco, ubi Euphratem trajecit Alexander, ad eum locum ubi Tigrim transmisit, recto itinere tantumdem intervalli ponit Strabo, quantum habent circa Niphatem Armeniæ montem.

[r] *Vicini*] Sensus est: Nusquam viciniores esse inter se Tigrim et Euphratem, quam ubi Mesopotamiam attingunt. Nam *his campis* sexto in casu est. Verum neque id de tota Mesopotamia intelligendum est. Quamvis enim in extrema ejus parte demum coëant; at circa reliquam ita distant ab invicem, nusquam ut minus vicini sint.

[s] *Mesopotamiam*] A μέσος et ποταμὸς dicta est, quod inter duos *amnes media* sit; Tigrim ab Ortu, ab Occasu et Meridie Euphratem: Septemtrionem versus ab Armenia dividitur Niphate, qui Tauri montis pars est. Mesopotamiam Turci *Diarbek* vocarunt.

[t] *In Rubrum Mare*] In Persicum sinum, quem antiqui Rubrum quoque appellaverunt, ut dicemus lib. VIII. cap. 9. Ceterum de utriusque fluminis ostiis mira scriptorum dissensio, vix ut duos reperias qui diversa non scripserint. Sunt qui Euphratem negent usquam manifesto exitu in mare effluere, sed per palustria loca occulto meatu sub terram labi: alii ostia tribuunt, quibus in Persicum sinum exeat, eaque a Tigris ostiis diversa: alii Tigri mistum infra Babylonem cum eo in mare ferri: nonnulli iterum ab eo divisum per aliud os exire. Nimirum hic fluvius, ubi Babyloniam attigit, variis temporibus in varia distractus est incilia, partim vitandæ eluvionis causa, partim agris irrigandis. Horum uno, quod 'Pallacopam' vocant, ab Arabibus Scenitis derivatus paludes Chaldaicas efficit; unde, initio saltem, apertos in mare exitus non habuit: alio, quod Babyloniis *Naarmalcha,* hoc est, 'regium flumen' dicitur, Tigrim intrat ad Apameam infra Babylonem: alio aliquo in mare pervenit. Certe proprium aliquem exitum in mare habuisse Alexandri tempore, dubitare non sinit Nearchus apud Arrianum lib. VII. quem tu consule, et alios supra laudatos. De Tigris ostio pluribus infra dicturi sumus, cum de Pasitigri sermo erit cap. 3.

[u] *Castris*] Vide lib. III. cap. 16. *Mennis*] Legunt alii *Mennium,* idque nonnulli factum putant ex *Memno-*

Mennin urbem pervenit. Caverna ibi est, ex qua fons ingentem vim bituminis [v] effundit, adeo ut satis constet, Babylonios muros ingentis operis hujus fontis bitumine interlitos esse. 17. Ceterum Babylonem procedenti Alexandro Mazæus, qui ex acie [w] in urbem eam confugerat, cum adultis liberis supplex occurrit, urbem seque dedens. Gratus adventus ejus fuit regi: quippe magni operis futura erat obsidio tam munitæ urbis. 18. Ad hoc vir illustris et manu promtus, famaque etiam proximo prælio celebris, et ceteros ad deditionem sui incitaturus exemplo videbatur. Igitur hunc quidem benigne cum liberis excipit: 19. ceterum 'quadrato [x] agmine,' quod ipse ducebat, 'velut in aciem irent, ingredi' suos jubet. Magna pars Babyloniorum constiterat in muris, avida cognoscendi novum regem: plures obviam egressi sunt. 20. Inter quos Bagophanes arcis et regiæ pecuniæ custos, ne studio a Mazæo vinceretur, totum iter floribus coronisque constraverat; argenteis altaribus

Col. Frob. et Mer. *ad Memnium;* Pal. 1. *ad Memum;* Pith. *ad Medium;* Voss. 1. Leid. Florent. et Bong. *ad Mennin.* Pal. 1. *ingentem fundit urmenem, adeo ut, &c.* Leid. et Voss. 1. *ingentem bituminis vim effundit, &c.* Ald. Col. et Mer. *constat.* 'Verba *ingentis operis* nihil ad rem faciunt, de qua nunc agitur, habentque speciem glossematis, cum præsertim modo legerimus *ingentem.*' Both. Pith. *bitumine interlidos.* Pro *esse* alii *fuisse.*—17 Voss. 2. Ald. Bas. Col. Mer. et Frob. *Babyloniam;* Voss. 1. ut semper *Babyllonam;* Florent. Leid. et Bong. *Babylonem.* Voss. 1. *ex diuciæ;* Voss. 2. *qui in eam ex dicie urbem;* Leid. et Bong. *eam urbem.* Voss. 1. Bong. et Leid. *regi fuit;* Voss. 2. *fuit adventus ejus regi.* Florent. Voss. 1. et Bong. *obsidio futura,* omisso *erat.* —18 *Ad hæc* Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Mer. et Frob. *et manu promptus* Voss. 2.—19 Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Mer. et Amst. *cum ejus liberis.* Nonnulli codd. *excepit,* ut et edd. ante Schmieder. qui ex Bong. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *excipit* edidit. Pith. et Fauch. *quadrato quod ipse ducebat agmine.* Florent. Leid. et Bong. 1. *velut acie migrent;* Voss. 1. et Bong. 2. *v. atiæ migrans;* Voss. 2. *v. aciem migrarent;* Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Mer. et Frob. *velut acie irent.* Voss. 1. *avido cognoscendi;* Pith. *avida c. suum regem.*—20 Leid. et Voss. 2. *Bagofanes;* Frob. *Bagistanes.* Col. *studio ne.*

NOTÆ

nium. Sed nulla apud scriptores hujus Memnonii mentio.

[v] *Bituminis*] 'Bituminis vicina est natura (sulfuri),' inquit Plinius, lib. XXXVI. cap. 15. 'alibi limus, alibi terra. Est vero liquidum bitumen, sicut Zacynthium, et quod a Babylone invehitur.' De muris Babyloniis mox hoc ipso capite.

[w] *Qui ex acie*] Supra, lib. IV. cap. 10.

[x] *Quadrato*] Phalange ac reliquo exercitu velut ad pugnam instructo.

utroque latere dispositis, quæ non thure modo, sed omnibus odoribus cumulaverat. 21. Eum dona sequebantur, greges pecorum equorumque, leones quoque et pardales caveis præferebantur. 22. Magi[y] deinde suo more [patrium] carmen canentes. Post hos Chaldæi, Babyloniorumque non vates modo, sed etiam artifices cum fidibus sui generis ibant. Laudes ii regum canere soliti: Chaldæi siderum motus et statas temporum vices ostendere. 23. Equites deinde Babylonii, suo atque equorum cultu ad luxuriam magis, quam ad magnificentiam exacto,[f] ultimi ibant. Rex, armatis stipatus, 'oppidanorum turbam post ultimos pedites ire' jussit: ipse cum curru urbem, ac deinde regiam intravit. Postero die supellectilem Darii et omnem pecuniam recognovit.[z] 24. Ceterum ipsius urbis pulchritudo ac vetustas non regis modo, sed etiam omnium oculos in semet haud immerito convertit. Semiramis[a] eam condiderat;[b] vel, ut plerique

[f] *Hominum atque equorum ornatu, non tantum ad splendorem, sed etiam ad luxum facto.*

Voss. 1. *inter floribus.* Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Mer. et Frob. *ab utroque.* —21 *Dona eum* Leid. Voss. 1. et Bong. *Dona tum* Voss. 2. *pecorum* deest in Voss. 1. *equorum* Voss. 2. omisso τῷ *que.* Pal. 1. *leonesque et pardales.* Voss. 1. *caveæ his præferebantur;* Pith. *caveis præferebant.*—22 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. omittunt *patrium.* Leid. *Caldei,* quod omittit Pal. 1. *cum fidelibus* Voss. 1. *Laudes hi* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Laudes II.* Ald. et Mer. *Laudes duo* Bas. *Laudes* 2. numerali Arabica Col. *Laudes illi,* nempe Magi, conj. Schmieder. Mox Florent. et Leid. *statutas,* et in margine *statas;* Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Ald. *statuas.* Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *vices temporum.*—23 Florent. Leid. Voss. 1. 2. alliique: *suo equorumque.* Paulo post, Voss. 1. *armatis stipatis.*—24 Florent. Voss. 2. et alii *ac venustas.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Sameramis.* Florent. Leid.

NOTÆ

[y] *Magi*] Lib. III. cap. 3. *Chaldæi*] Ibidem. Magi porro Babylone erant imperantibus Persis, quorum sacerdotes erant; sed Chaldæi indigenæ, ut tradit hoc loco Curtius.

[z] *Recognovit*] Recognoscere cœpit; si verum est quod habet Justinus lib. XI. 'triginta quatuor continuis diebus prædam recognovisse.'

[a] *Semiramis*] Nini uxor fuit, ejus qui a profanis scriptoribus Assyrii conditor imperii proditur; etsi prior illo regnavit Belus, quem sacræ literæ *Nemrod* appellant. Semiramidis Historiam vide sis apud Justin. initio lib. I. Diodor. lib. II.

[b] *Condiderat*] Condita primum est a Belo sive Nemrodo, Gen. X. itaque a Semiramide amplificata solum fuerit, ac longo post tempore a Nabuchodonosore M. instaurata et ornata. Pleramque enim condidisse

credidere, Belus, cujus regia ostenditur. 25. Murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus, spatium XXX. et duorum [c] pedum latitudinem amplectitur: quadrigæ inter se occurrentes sine periculo commeare dicuntur. 26. Altitudo [d] muri C. cubitorum eminet spatio: turres denis pedibus quam murus altiores sunt. Totius operis ambitus [e] CCCLXVIII. stadia complectitur: singulorum stadiorum structuram singulis diebus [f] perfectam esse memoriæ proditum est. Ædificia non sunt admota muris, sed fere spatium unius jugeris [g] absunt. 27. Ac ne totam quidem ur-

Voss. 1. Dan. Pal. 2. 3. et Mer. *condiderat; non ut, &c.*—25 Dan. et Pal. 1. *laterculo coctili.* Voss. 2. omittit *spatium*, et mox *et* ante *duorum*. Pal. 1. *latitudine.*—26 Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. *L. cubitorum.* Pal. 1. *CCCLXIII. stadia complectitur;* vulgg. *CCCLVIII. s. complectitur.* 'Ex Diodoro patet rescribendum esse: *CCCLXV. stadia, &c.*' Cunz. Pal. 1. et Pith. *traditum est.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *jugeri unius.*—27 Flo-

NOTÆ

dicuntur, qui amplificatores vel instauratores tantum fuere. Certe Herodotus lib. I. tradit a multis Assyriorum regibus conditam; Ammianus vero lib. XXIII. arcem Belo, mœnia urbis Semiramidi tribuit. Vide Joseph. Antiq. lib. X. et in Appion. lib. I.

[c] *XXX. et duorum*] De hac locutione vide quæ diximus lib. III. cap. 13. Ceterum Plinius lib. VI. cap. 26. latum ait murum fuisse 'quinquagenos pedes,' quorum singuli tribus digitis ampliores essent Romano. Neque hoc nimium, si verum est quod scribit Diodorus lib. II. sex currus junctis frontibus per muros agi potuisse. Idem tamen paulo post ex aliis refert aliquanto 'plus spatii fuisse quam duobus curribus satis esset.' Herodotus usque ad quinquaginta cubitos regios extendit, quorum singuli tribus digitis superarent vulgarem cubitum.

[d] *Altitudo*] Aliam alii mensuram assignant. Ctesias apud Diodor. lib. II. tribuit orgyas quinquaginta, hoc est, cubitos ducenos; totidem Herodotus lib. I. Plinius loco citato ducentos pedes: alii apud Diodorum quinquaginta solum cubitos; totidem Strabo lib. XVI. qui de turribus quoque Curtio astipulatur.

[e] *Ambitus*] Neque hic major scriptorum consensio. Plinius lib. VI. cap. 26. sexaginta passuum millia tribuit, sive stadia 480. Strabo lib. XVI. trecenta et octoginta quinque: Cliarchus apud Diodorum 365. Dion Cassius 400. Diodorus et Ctesias solum 360. Plinio consentiunt Herodotus, et Philostratus in Vita Tyanei. Fuit autem urbis forma quadrata, quinque et viginti in latera singula portis patentibus, quarum valvas aiunt ex ære fuisse.

[f] *Singulis diebus*] Aliter Diodorus lib. II. Semiramidem cuilibet ex amicis stadium murorum cum impensis ad id necessariis attribuisse, et anni spatio negotium peragere jussisse. Quod multo ad credendum facilius, quam intra singulos dies singula stadia esse perfecta.

[g] *Jugeris*] Jugerum terræ mensura est centum viginti pedum in latitudi-

bem tectis occupaverunt; per XC. stadia[h] habitatur; nec omnia continua sunt: credo, quia tutius visum est, pluribus locis spargi: cetera serunt coluntque, ut, si externa vis ingruat, obsessis alimenta ex ipsius urbis solo subministrentur. 28. Euphrates[i] interfluit, magnæque molis crepidinibus coërcetur. Sed omnium operum[j] magnitudinem circumveniunt cavernæ ingentes, in altitudinem pressæ ad accipiendum impetum[k] fluminis;[*] quod ubi appositæ cre-

[*] *Ingentia hæc opera ambiunt magnæ specus in summam profunditatem depressæ, ad excipiendum flumen exundans.*

rent. Leid. Voss. 1. et Bong. *per LXXX. stadia;* Fauch. *per octoginta stadia.* Leid. et Voss. 1. 2. *habitabatur,* probante Acidalio. Bas. Frob. Lugd. Amst. aliæque vett. edd. *contigua sunt;* sed Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *continua sunt.* Florent. Leid. Dan. Pal. 1. et Bong. *visum et pluribus;* Pith. *visum est et pluribus.* Pro *ingruat* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *ingravat;* Dan. *ingravit,* et correctum *ingravat.* Voss. 2. cum plurimis edd. ante Freinsh. *subministrent;* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Dan. Put. Pith. et Fanch. *subministrentur.*—28 Pal. 1. *crepitudinibus;* Florent. Leid. et Voss. 1. *cohercetur.* Pal. 1. et Voss. 2. *cavernæ ingentis multitudinis.* Pal. 1. omittit *qui* ante *exci-*

NOTÆ

nem, longitudine dupla. Constabat enim ex duplici actu quadrato, ut vocant, cujus latera singula centum viginti pedum erant. Hunc veteres, teste Columella lib. v. cap. 1. 'Aripennem' vocabant; unde vulgatum nomen *arpent.* Sed hodierna mensura aliis locis alia est. Jugerum aliqui ducentis solum pedibus definierunt, sed Græcis nimirum sive Philetæriis, qui pedibus Italicis centum viginti æquivalent. Qua ratione non pugnat Curtio Diodorus, qui pomœrium Babylonium, (ita enim appellant spatium inter muros urbis domosque vacuum, quasi 'postmurium,') duobus πλέθροις metitur. Nam πλέθρον Suidas ait esse centum pedum. Est ergo actus quadratus vel semijugerum Romanum. Vide Salmas. in Solin. p. 684.

[h] *XC. stadia*] Per undecim milliaria et quadrantem. *Tutius*] Propter incendia. *Serunt*] Videtur Diodorus lib. II. cap. 9. significare, non ita factum ab initio. 'Babylonis exigua quædam portio nunc habitatur,' inquit, 'maximaque intra muros pars agrorum cultui est exposita.' Nimirum etsi pars semper aliqua intra muros sationi vacavit, multo tamen major fuit, ex quo migrantibus Seleuciam incolis Babylon deseri cœpta est.

[i] *Euphrates*] Non totus, sed uno ex pluribus alveo, qui Euphratis nomen retinet. Nam neque Maarsares ille est, ut ex Ptolemæi lib. v. cap. 20. perspicue intelligimus; nec Basilius sive regius, ut ex eodem constat cap. 18. Prius illud non satis advertit Latinus Interpres; nec posterius hoc qui Notas adjecit ad Tabulam Quartam Asiæ.

[j] *Operum*] Non solius crepidinis, sed totius urbis, ut ex Herodoto colligimus. Ac nescio an non respexerit Curtius ad ingentem illum lacum a Semiramide effossum excipiendo Euphrati, de quo Diodor. lib. II.

pidinis fastigium excessit, urbis tecta corriperet,[h] nisi essent specus lacusque, qui exciperent. 29. Coctili laterculo structi sunt; totum opus bitumine astringitur.[i] Pons lapideus,[l] flumini impositus, jungit urbem: hic quoque inter mirabilia Orientis opera numeratus est: quippe Euphrates altum limum[m] vehit, quo penitus ad fundamenta jacienda egesto, vix sufficiendo opere firmum reperiunt solum:[j] 30. arenæ autem subinde cumulatæ et saxis, quibus pons sustinetur, annexæ morantur amnem; qui retentus acrius, quam si libero cursu mearet,[k] illiditur. 31. Arcem[n]

[h] *Urbis domos eluvione everteret.*
[i] *Aggiutinatur.* [j] *Vix ad fundamenta sustinenda stabilem humum inveniunt.*
[k] *Violentius incurrit in pontem, quam si, &c.*

perent.—29 Voss. 1. et Bong. 1. 2. *ad f. jaciendo gestæ*; Florent. Leid. et Dan. *ad f. jaciendo geste*, in ultimo correctum *egesto*. 'Recte Bongarsius, probante Nic. Heinsio, *suffulcienda*, cum librorum alii *sufficiendo*, alii *fulciendo* ostendant.' *Bothe*. Voss. 2. Pith. Fauch. et Pal. 1. *sufficiendum*. Pro *firmum* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. Dan. et Bong. *firmo*. Pro *reperiunt* Barthius malebat *repererunt*, non probante Freinshemio.—30 'Ego, si fateri licet, sententiam hujus loci non satis assequor. Sensum et bonum et planum haberes, si abessent illa: *et saxis* (sive *cum saxis*, ut in cod. Theoer.) *quibus pons sustinetur annexæ*.' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *quis* pro *quibus*. Pal. 1. *potis* pro *pons*. Ald. *qui retentes*. Pro *illiditur*, Florent. *in litus*; Voss. 1. *inlitur*; Bong. 1. *inlitus*.—31 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et

NOTÆ

[h] *Impetum*] Exundat enim Euphrates ineunte vere, multoque magis sub æstivum solstitium, inquit Arrianus lib. VII, nivibus auctus scilicet, quæ ex Armeniæ montibus calore liquatæ defluunt. Quanquam recentiores Aprili tantum et Octobri intumescere testantur; media vero æstate vadosum passim fieri, 'Crepido' quid sit diximus lib. IV. cap. 5.

[l] *Pons lapideus*] Pilas tantum lapideas fuisse scribit Diodorus, quibus cedrinæ cypressinæque trabes superjectæ sunt. Idem quinque stadia longum facit, quamvis arctissimo fluvii alveo; quod vix credibile est, unicum ex multis alveum fluminis nusquam minus quinque stadiis latum esse. Strabo quidem uno stadio latum dicit. *Jungit urbem*] Ambas urbis partes, Orientalem Occidentali committit. De pontis structura, vide Diodor. lib. II.

[m] *Altum limum*] Hoc limo Euphratis alveus cum oppleatur in dies et altior fiat, ut primum intumuit, exundat: et nisi derivetur in fossas et lacus, totam obruit regionem. Vide Arrian. lib. VII. et Strabonem lib. XVI. Non ita Tigris, cujus alveus multo depressior, ut idem ait Arrianus.

[n] *Arcem*] Duas fuisse ex Diodoro scimus, ab utraque pontis extremitate. *XX. Stadia*] Idem auctor est triplicem extitisse arcis ambitum; quorum primus, qui extimus, sexaginta stadiorum erat; alter, in orbem

quoque ambitu XX. stadia complexam habet. XXX. pedes in turrium fundamenta demissa sunt: ad LXXX.[o] summum munimenti fastigium pervenit. 32. Super arce vulgatum Græcorum fabulis[p] miraculum, pensiles horti sunt, summam murorum altitudinem æquantes, multarumque arborum umbra et proceritate amœni. 33. Saxo pilæ,[q] quæ totum onus sustinent, instructæ sunt: super pilas lapide quadrato solum stratum est, patiens terræ, quam altam injiciunt, et humoris,[l] quo rigant terras: adeoque validas arbores sustinent moles, ut stipites earum VIII. cubitorum spatium crassitudine æquent, in L. pedum altitudinem emineant, et frugiferæ æque sint, ac si terra sua alerentur.[m]

[l] *Idoneum ferendæ terræ, et aquæ, &c.*
[m] *Quasi nativo in solo consitæ essent.*

Bong. *A. q. ambitus.* Pal. 1. Voss. 1. 2. et multæ edd. ante Modium: *complexam habent.* Fauch. et Pith. *XXX. pedum.* Leid. Voss. 1. et Dan. *trium* pro *turrium*, ex compendio *tr'ium.* Voss. 1. 2. Pal. 1. Mer. et Bong. *dimissa.* Voss. 2. omittit *summum*, et mox *pervenit.*—32 *Super arcem* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *orti sunt pensiles* Pith. *pensiles orti sunt* Voss. 2. et Ald. *summa murorum* Florent. *æquantis* Florent. Bong. et Dan. *amœnos* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Pal. 1. et Dan.—33 *Saxeæ pilæ quæ* Mod. et quæ secutæ sunt edd. usque ad Freinsh. *Saxo pilæque* Florent. Leid. et Voss. 1. *Saxo pilæ quas* Dan. et Pal. 1. *Saxo pilæ quæ* plurimi codd. et edd. vett. ante Modium. *patiens terras* Pal. 1. et Dan. *altam iniciunt* Leid. et Voss. 1. *terras* post *rigant* omittunt Mod. et quæ secutæ sunt edd. usque ad Freinsh. *arborum* in iisdem edd. *ut stipes* Pal. 1. *novem cubitorum* Pith. *grassitudine* Voss. 1. *grassitudinem* Bong. *crassitudinem* Florent. et Leid. *crassitudinis* Pal. 1. et Voss. 2. *in mille quinquaginta pedum* Pal. 1. *et frugiferæ sint* Ed.

NOTÆ

ductus, quadraginta; tertius intimus, triginta.

[o] *Ad LXXX.*] Secundi ambitus murum Ctesias apud Diodorum describit altum trecentis pedibus, turres quadringentis et viginti. Alterius arcis, quæ ab Oriente fuit, ambitus erat stadiorum solum XXX. Et forte hæc ipsa est quam describit Curtius, Nabuchodonosoris Magni opus. Vide Joseph. lib. X. cap. 11.

[p] *Fabulis*] Non quia fabulosa sint quæcumque de his hortis narrantur ab optimis auctoribus Diodoro, Strabone, Josepho, Philostrato, &c. sed quia fabulosis aliorum narrationibus prodigialiter celebrati sunt. *Miraculum*] Unum de septem illis, immo quatuordecim, decantatissimis; de quibus vide Raderum in primum Epigr. Martial. Totius operis descriptionem habes etiam apud Diodorum Sic. lib. II.

[q] *Pilæ*] Muris tamen paulo post sustineri dicit. *Instructæ*] *Exstructæ sunt*; quæ forte germana lectio fuerat. Strabo autem latere et bitumine constructas ait fuisse, intusque concavas, ut arborum radices exciperent.

34. Et cum vetustas non opera solum manu facta, sed etiam ipsam naturam paulatim exedendo perimat;[n] hæc moles, quæ tot arborum radicibus premitur, tantique nemoris pondere onerata est, inviolata durat: quippe XX. lati[r] parietes sustinent, undecim pedum intervallo distantes, ut procul visentibus sylvæ montibus suis imminere videantur. 35. Syriæ[s] regem, Babylone regnantem, hoc opus esse molitum, memoriæ proditum est, amore conjugis victum, quæ, desiderio nemorum sylvarumque in campestribus locis, virum compulit amœnitatem[t] naturæ genere hujus operis imitari. 36. Diutius in hac urbe quam usquam constitit rex: nec ullus locus disciplinæ militari magis nocuit. Nihil urbis

[n] *Sed etiam ipsa naturæ opera sensim consumendo destruat.*

pr. Venet. Rom. Veron. et cæteræ ante Mod. cum Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both. [a] Revocavi lectionem Modianam: *et frugiferæ æque sint, ac si, &c.* quæ maximam partem ex manuscriptis est.' *Schmieder.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *et;* Bong. habet: *æque frugiferæ;* Florent. Leid. Voss. 1. et edd. a Mod. usque ad Freinsh. *frugiferæ æque.* Omnes codd. et edd. antiq. *ut si;* Modius ex ingenio: *ac si.* Pal. 1. *terra naturali alerentur;* Florent. et Leid. *terra sua alerentur.*—34 Pal. 1. *excidendo;* Voss. 2. *excedendo,* et mox: *sustinent invicem undecim.* Pith. omittit *pedum.* Pal. 1. *ut procul vipentibus.*—35 Voss. 1. *Babyllone;* Voss. 2. *Babilonie;* Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. et Mer. *Babyloniæ.* Pal. 1. *traditum est.* Voss. 1. *compulit amœnitate naturæ genere operis hujus;* Voss. 2. *c. am. n. genium hujus operis;* Mod. et quæ secutæ sunt edd. ante Freinsh. *c. naturæ genium amœnitate hujus operis.*—36 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. Colon. et Sigeb. *nec alio loco;* Voss. 2. omittit *ullus.*

NOTÆ

[r] *XX. lati*] Suspicabar post *viginti*, deesse *pedes;* ut hic non parietum numerus, sed crassities significaretur. Cum enim quadratæ molis unumquodque latus quadringentos admodum pedes contineret, sive plethra quatuor; si parietes erant viginti, iique intervallo undecim, immo ut ait Diodorus, duodecim pedum distantes invicem; singulorum crassities vix demum pedum esse potuit: cum tamen Diodorus viginti duos tribuat, nostramque vel ex eo conjecturam affirmet.

[s] *Syriæ*] Hoc est, Assyriæ; alterutro enim nomine veteres promiscue quandoque complectuntur quicquid propriis Syriæ, Mesopotamiæ, Babyloniæ, Assyriæque appellationibus censemus. *Regem*] Fuit ille, teste Josepho lib. X. cap. 11. Nabuchodonosor M. is ipse cujus est apud Danielem mentio: quem merito noster *Syriæ regem* cum Diodoro vocat: non solum enim Babyloniæ et Assyriæ, verum etiam Palæstinæ, totique Syriæ imperavit.

[t] *Amœnitatem*] Aliter: *naturæ genium amœnitate hujus operis imitari.*

ejus corruptius moribus; nihil ad irritandas illiciendasque immodicas voluptates instructius. 37. Liberos conjugesque cum hospitibus stupro coire, modo pretium flagitii detur, parentes maritique patiuntur. Convivales ludi tota Perside regibus purpuratisque cordi sunt: Babylonii maxime in vinum, et quæ ebrietatem sequuntur, effusi sunt. 38. Fœminarum, convivia ineuntium, in principio modestus est habitus; dein summa quæque amicula exuunt, paulatimque pudorem profanant: ad ultimum (honos auribus sit) ima corporum velamenta projiciunt: nec meretricum hoc dedecus est, sed matronarum virginumque, apud quas comitas habetur vulgati corporis vilitas.[e] 39. Inter hæc flagitia exercitus ille domitor Asiæ, per XXXIV. dies saginatus, ad ea quæ sequebantur discrimina haud dubie debilior futurus fuit, si hostem habuisset. Ceterum, quo minus damnum sentiret, identidem incremento[u] novabatur. 40. Namque Amyntas Andromenis ab Antipatro[v] Macedonum

[e] *Inter quas urbanitatis loco est pudicitiæ prostitutæ infamia.*

Nonnulli codd. et edd. omnes: *nec ad irritandas;* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *nihil ad irritandas,* quod recepit Schmieder. *nec ad irritandas illis conjuges in immodicas* Mer. Pro *voluptates* Leid. et Voss. 1. 2. *cupiditates.*—37 Pal. 1. *modo p. flagitio.* Voss. 2. Ald. Mer. et Col. *Conjugales.*—38 Pro *dein* Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. Bas. et Frob. *deinde;* Bong. *inde.* Voss. 2. *quoque amicula,* et mox: *pudorem profanat.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *onus* pro *honos;* Dan. *onus,* sed in marg. *honos;* Ald. Bas. Col. et Mer. *opus* (*honos.*) Leid. Voss. 2. Col. Frob. Mer. et Ald. *auribus habitus sit;* Florent. et Voss. 1. omittunt *sit.* Pro *ima* Florent. Leid. Pal. 1. et Dan. *una.* Bong. Leid. et Voss. 1. *projiciunt.* Bong. *virorumque apud hos quos;* ceteri codd. cum Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Veron. Vet. an. 1474. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Argent. Col. Frob. Lugd. et Amst. *virorumque apud quos.* Lectio nostra est ex conjectura Barthii, probantibus VV. DD. eamque receperunt Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both. Heinsius conj. *uxorumque apud quas.*—39 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Mer. et Frob. *damnum sentirent.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *renovabatur;* Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. et Bas. *novabantur.*—40 Bong. et Voss. 1. *Andromeni;* Florent. Leid. Pal. 1. Dan. et Bas. *Andromæni;* Voss. 2. *Andromonis;* Ed. pr. Rom. Venet. Vet. an. 1474. Veron. Mer. et Col. *Andromoni.* Voss. 1. 2. et Bong. *VI.*

NOTÆ

[u] *Incremento*] Supplementis, *des recrues.* *Amyntas*] Vide lib. IV, cap. 13.

[v] *Antipatro*] Macedoniæ præfecto. Vide Supplem. lib. II. cap. 3. et lib. VI, cap. 1.

peditum sex millia adduxit; D. præterea ejusdem generis[v] equites: 41. cum his DC. Thracas, adjunctis peditibus suæ gentis III. millibus et D. et ex Peloponneso mercenarius miles ad IV. millia advenerat, cum COCLXXX. equitibus. 42. Idem Amyntas adduxerat L. principum Macedoniæ liberos adultos ad custodiam corporis: quippe inter epulas hi sunt regis ministri: iidemque equos ineunti prælium admovent venantemque comitantur, et vigiliarum vices ante cubiculi fores servant:[p] magnorumque præfectorum et ducum hæc incrementa sunt et rudimenta.[q] 43. Igitur arci Babyloniæ rex Agathone præsidere jusso, cum DCC. Macedonum trecentisque mercede conductis; prætores, qui regioni Babyloniæ[x] et Ciliciæ[y] præessent, Menetem et Apol-

[p] *Per vices ante cubiculi ostium vigilias agunt.*
[q] *Hæc veluti semina sunt atque initia unde existunt magni duces ac prætores.*

millia. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *sex millia abduxit.* Mox Florent. *sex millia Trachas;* Pith. *sexcenta millia trachtas;* Bong. 1. 2. *VI. trachas.* Elz. *adjunxit peditibus;* Voss. 2. omittit *peditibus.* Pal. *suæ gentis mille quingentis;* Dan. *suæ g. IIIdctis;* Voss. 1. *s. g. IIIDtis.* Pro: *et ex Peloponneso,* Mer. *ex Peloponneso;* Florent. et Bong. *ex Peloponneso;* Voss. 2. *ex Peloponeso.* Col. *et IV. millia;* Frob. *IV. millia,* omisso *ad.* Florent. Bas. Ald. Elz. Col. Frob. et Mer. *advenerant;* Voss. 2. *venerat.* Pal. 1. *cum centum LXXX. equitibus;* Voss. 2. *cum LXXX. equitibus;* Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *cum CCCLXXX. militibus.* Diodorus: ἱππεῖς βραχὺ λείποντες τῶν χιλίων.—42 Pal. 1. *bi duo.* Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Mer. et Frob. omittunt *regis.* Heinsius conj. *bi regi ministri.* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *ineuntibus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pal. 1. et Dan. *venantesque.* Pal. 1. et Dan. *vigilias vigiles.* Pal. 1. *ante cubili fores.*—43 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Igitur rex arci Babylone.* Pal. 1. *Agacem præsidem esse;* Florent. et Dan. *Agathone præside esse;* Bong. 1. *Agatone præsidere;* Voss. 2. *Agatione præsidem esse;* Pith. et Fauch. *præside esse;* Bong. 2. *præsids ejus.* Heinsius conj. *Agathone præsidio esse.* Mer. *cum CCC. Macedonum.* Pro *et civitati,* quod habent Pith. Put. Fauch. et Bong. *et Ciliciæ* exhibent Voss. 1. Pal. 1. et Dan. cum Ed. pr. Venett. Mediol. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *ac Ciliciæ* Florent. Leid. et Voss. 2. *Manetam* Dan. Bong. Florent. et Leid. *Meneatam* Pal. 1. *Menetam* vulgg.

NOTÆ

[v] *Generis*] Gentis Macedonicæ. Peloponnesus. lib. III. cap. 1. Sed hæc supplementa non prius adducta quam Susis Alexander esset, tradit Arrianus: in ipso itinere, Diodorus.

[x] *Babyloniæ*] Babylonia, ut diximus lib. IV. cap. 9. cum late accipitur, ut apud Strabonem et sæpe Plinium, totam quoque Mesopotamiam et Assyriam complectitur; tria quippe hæc nomina plerumque confundi solent; sed ubi proprie dicitur, adjacentem Babyloni regionem significat: quam ad Orientem Tigris a Susiana;

lodorum reliquit. His duo millia peditum dat cum mille talentis: utrique præceptum, 'ut in supplementum milites legerent.' 44. Mazæum transfugam Satrapea [z] Babyloniæ donat; Bagophanem, qui arcem tradiderat, se sequi jussit: Armenia [a] Mithreni Sardium proditori data est. 45. Ex pecunia deinde, Babyloniæ tradita, Macedonum equitibus sexceni denarii [b] tributi; peregrinus eques quingenos accepit: ducenis pedestrium XX. stipendium mensum est.

ante Freinsh. *Apollodoro* Voss. 1. et Florent. *Apolloulora* Leid. *relinquit* Bong. Voss. 1. et Leid. *His II. militum cum talentis dat* Voss. 1. *Duo millia pedum cum mille talentis dat* Voss. 2. *II. militum his cum mille talentis dat* Leid. *His duo millia peditum dat cum m. talentis* Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Col. et Frob. *Duo similiter et cum mille talentis dat* Pal. 1. *II. similiter cum* CD *talentis: dat utrique ubi tunc frui si militum* Dan. *Duo millia similiter cum ducentis talentis: dat utrique* Pith. et Fauch. *II. his militum cum XC. talentis data facio si* CD Bong. 1. *II. is militum cum talentis dat* Bong. 2.—44 *Mazæum* Mer. et Col. *Satrapæ* Florent. *Satrape* Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Satrapam* Fauch. *Babylone donat* Fauch. Bong. Voss. 1. 2. Leid. et Florent. *Bacophanem* Voss. 2. *Bagistanem* Frob. Vulgg. omittunt *se* ante *sequi*. Pal. 1. *Miterni*; Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *Mythreni*.—45 *Pecunia deinde* Voss. 2. et Pal. 1. omisso *ex*. 'Hanc sectionem in vulgatis vehementer corruptam esse, satis persuasus sum. Alia ex pluribus codd. emendavi; nempe post *Babyloniæ* adjeci [ex Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong.] *tradita*; quamvis mallem: *Babylone tradita*; sed Babylonia interdum de urbe usurpatur. Vide Salmas. Exerc. Plin. p. 865. Tum pro *Macedonibus* scripsi [ex codd. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan.] *Macedonum*. [Pal. 1. *Macedonis*.] Postrema vero: *ducenis pedestrium stipendium mensum est*, ex codd. emendari non poterant. Plurimi [Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Amst.] pro *ducenis* legunt

NOTÆ

ad Septemtrionem Euphrates a Mesopotamia dividit: ab Occasu Arabia Deserta; quam a Meridie quoque ad Persicum usque sinum attingit. Hodie Turcis *Yerak* vocatur; cujus caput Babylon, non illa veterum, quæ ad Euphratem sita erat, (hujus enim præter ruinas nihil hodie superest,) sed alia multo minor ad Tigrim a Saracenis excitata, ut ferunt, circa annum Christi 758. unius diei itinere ab antiqua. Huic vulgo nomen *Bagdet*, sive *Bagdad*.

y *Et Ciliciæ* [*civitati*] Legunt permulti: *et Ciliciæ*; quod Freinshemius optime conjicit factum ex germana Curtii scriptura: *regionibus a Babylonia ad Ciliciam*. Certe ex Diodoro constat ita factum esse; et Arrianus lib. III. Menetem Ciliciæ, Phœnices, Syriæque prætorem vocat. Etsi proprios utraque præfectos habere interim potuit, puta Memnonem Syria, lib. IV. cap. 8. Socratem Cilicia lib. IV. cap. 7.

z *Satrapea*] Ubi Alexander alium Satrapam constituit, alium prætorem sive copiarum ducem, aut urbis arcisve præfectum; Satrapæ imperium in solos cives, prætorum in milites erat.

a *Armenia*] Quando quove modo in potestatem Alexandri venerit, non reperio. Sed credibile est eventum ultimæ pugnæ secutam. *Sardium*] Lib. III. cap. 12.

b *Denarii*] Usitatum Romanis argenteæ monetæ genus, ex eo dictum,

II. 1. His ita compositis, in regionem, quæ 'Satrapene'[a] vocatur, pervenit: fertilis terra, copia rerum et omni commeatu abundans. 2. Itaque diutius ibi substitit; ac ne desides otio demitterent animos, judices dedit, præmiaque proposuit de virtute militari certantibus. 3. Novem, qui fortissimi judicati essent, singulis militum millibus præfuturi erant; 'Chiliarchas'[b] vocabant; tum primum in hunc

ducenī; duo [Voss. 2. et Pal. 1.] *mensium* pro *mensum*, quod non est sine causa. In pluribus [Florent. Leid. Voss. 1. 2. Amst. Lugd. et Bong.] deficit *est*. Videlicet Curtius Diodori Græca in sermonem Latinum transtulit; qui enarratis, quanta Alexander equitibus dederit, sic pergit: Τῶν δὲ ἀπὸ τῆς φάλαγγος Μακεδόνων (ἑκάστῳ), δύο (μησὶ δωρήσατο)· τοὺς δὲ ξένους διμήνοις μισθοφοραῖς ἐτίμησε πάντας. Hæc ipsa Curtius sine dubio Latine scripsit: itaque mihi in codd. nostris omnibus integer versiculus excidisse videbatur, ut Curtii non dico manus sed sententia fuerit circiter hæc: *Duceni pedestrium copiarum militibus dati; omnibus denique mercede conductis duorum stipendium mensium.*' Schmieder. Pro *sexceni* Florent. Leid. et Dan. *sexcenī*; Mer. *sexcenti*. Pal. 1. *denarii tributi*; Dan. *donum tributi*. Pith. *quingentos accepit*; Voss. 2. *quingenos accipit*. Mox Cunz. conj. *ducenos pedes*, &c. sc. accepit, probante Schmieder.

1 Florent. *Satrapæne*; Frob. *Atrapene*. Ceteri codd. in hoc nomine consentiunt, et Gualt. lect. vulg. his verabus firmat: 'Ergo Semiramis postquam Mavortius heros Finibus egressus Satrapeis constitit arvis.' 'Cum tamen istius nominis regio nusquam apud Geographos occurrat, vix dubium est, quin ex Diodoro XVII. 596. recipiendum sit *Sitacene*. Cf. Strab. XVI. 744. Si cui non satisfecerit, legat saltem *Sadracene*, quæ ita forte dicebatur a Σαδράκαις, regia Darii Hyst. ibi locorum sita teste eodem Strab. XVI. 738.' *Cunz.* 'Recte Interpp. cum Diod. XVII. 65. et Strab. XVI. p. 1079. *Sitacene* legendum censent, in quam sextis castris Alexander pervenit.' *Schmieder.* —2 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Mer. *dimitterent*. Pal. 1. omittit *animos*.—3 *Octo, qui*, &c. edd. pleræque ante Freinsh. 'Codd. omnes *Novem*. Ergo unius Chiliarchæ nomen excidit, cujus locum (§ 5. ubi in cod. Theocr. *octavum ultimum* legitur) atellula editores signaverunt.' *Schmieder.* Pro *vocabant* alii *vocabat*. Florent. Leid. Voss. 1.

NOTÆ

quod denos (initio) valeret asses, sive nummos sestertios quatuor. Eum Plinius lib. XXI. cap. 33. æquiparat drachmæ Atticæ, cujusmodi centum mina continebat, talentum sex millia: quare Diodorus, ex quo sua Curtius accepit, hoc loco sex minas vocat; iste 'sexcentos denarios' interpretatus est. Ita denarius, juxta initam a nobis rationem lib. III. cap. ult. respondet octo ferme Francicæ monetæ assibus cum semisse.

[a] *Satrapene*] Habet Diodorus *Sittacenen*, verius. Per Sittacenen ex Babylone Susa iter est. Nisi forte *Sagapenæ* legere quis malit, quæ ad Ortum Babyloniæ statuitur quoque a Strabone lib. XVI. Satrapene quidem aut nusquam, aut in Persia certe nulla fuit.

[b] *Chiliarchas*] Nomen ab ipsa re profectum, quia mille militibus præerant; χίλιοι enim, *mille*; ἀρχή, *imperium*. *Quingenaria*] Male vulgati libri *quinquagenaria*. Quis enim cohortes ex quinquagenariis millenarias putet factas esse? nec tantula multitudo dignaretur cohortis nomine.

numerum copiis distributis: namque antea quingenariæ cohortes fuerant, nec fortitudinis præmia cesserant.[c] 4. Ingens militum turba convenerat, egregio interfutura certamini, testis eadem cujusque factorum, et de judicibus latura sententiam: quippe verone an falso honos cuique haberetur,[e] ignorari non poterat. 5. Primus omnium virtutis causa donatus est Adarchias[d] senior, qui omissum apud Halicarnasson a junioribus prælium unus maxime accenderat: proximus ei Antigenes visus est: tertium locum Philotas Angeus[e] obtinuit: quartus Amyntæ datus est: post hos Antigonus, et ab eo Lyncestes Amyntas[f]

[e] *Utrum merito an immerito aliquis præmium ferret.*

et Bong. *tunc primum.* Pal. 1. aliique: *quinquagenariæ cohortes.* 'Quamvis omnes codd. legerent *gesserunt*, tamen Lipsium secutus scripsi *cesserant.* Istæ cohortes præfecturis suis non cesserant tanquam præmia fortitudinis. Necesse non est, ut cum Tellierio etiam *præmio* legas. Cum quatuor autem codd. [Florent. Leid. Voss. 1. et Bong.] *fuerant* prætuli vulgato *erant.*' Schmieder. 'Si qua mutatione opus est, locum ita distinguere malim: *distributis: (namque antea q. c. erant:) nec f. p. gesserant.*' Cunz.—4 Pal. 1. *cuique factorum.* Col. et Mer. *vero, an falso.*—5 Bong. 1. *Adarrihias;* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *Adarribias;* Pith. Fauch. et Dan. *Adarrihas;* Pal. 1. *Athareas;* Voss. 2. *Aras.* Mer. *qui omissis.* Edd. vulg. ante Freinsh. *Halicarnasson;* Bas. Col. Lugd. Mer. Col. et Frob. *Alicarnasson;* omnes vero codd. *Halicarnasson.* Florent. Leid. Dan. Voss. 1. et Bong. *Antigenis;* Voss. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. et Mer. *Antigonus.* Pal. 1. omittit: *visus est;* pro quo Ald. *jussus est.* 'Cur Philotas *Angeus*, vel [ut in Dan. et Elz.] *Augeus* appellatus sit, nescio. Forte erat *Ægæus*, h. e. Ægis, urbe Macedoniæ, natus.' *Schmieder.* Ald. Colin. et Gryph. *Augetheus;* Florent. Leid. et Voss. 2. *Augheus;* Lugd. *Augæus;* Mer. *Angelus.* Florent. Leid. et Voss. 1. *datus: post hos, &c.* omisso τῷ *est.* Mer. *Antigonus et Ablyncestes.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Theodetus.* Post hoc nomen Aldus aliique edito-

NOTÆ

[c] *Præmia [præmio] cesserant]* Jampridem Freinshemius post Lipsium viderat legendum *cesserant*, non *gesserunt.* Verum *præmia*, quod retinuerat, non dubitavi quin mutandum esset in *præmio.* Usitata enim apud Curtium hæc locutio, ut lib. VI. cap. 1. 'quicquid cessisset alienæ gloriæ:' lib. VII. cap. 4. 'cetera armentorum pabulo cedunt.'

[d] *Adarchias]* Hunc eundem Clitus infra lib. VIII. cap. 1. 'Atharian' vocat; isque, ipse ut putat Freinshemius, 'Apharias' est lib. VII. cap. 1. *Apud Halicarn.*] Vide Supplem. lib. II. cap. 10. ex Diodori lib. XVII. cap. 27.

[e] *Angeus]* Ex Angea, vel Angeis urbe Thessaliæ apud Livium lib. XXXII. vel Augeus, Αὐγεῖος, ab Augia Locridis oppido apud Stephanum, Αὐγεία. Diversus hic Philotas ab illo Parmenionis filio.

[f] *Amyntas]* Multos hujus nominis habet Curtius, aliique Vitæ Alexandri scriptores. En duos hoc ipso loco

fuit: septimum locum Theodotus, ultimum obtinuit Hellanicus. 6. In disciplina quoque militaris rei pleraque a majoribus tradita utiliter mutavit. Nam cum ante equites in suam quisque gentem describerentur seorsum a ceteris; exemto nationum discrimine, præfectis, non utique suarum gentium, sed delectis, attribuit. 7. Tuba, cum castra movere vellet, signum dabat, cujus sonus plerumque, tumultuantium fremitu exoriente, haud satis exaudiebatur: ergo perticam, quæ undique conspici posset, supra prætorium statuit, ex qua signum eminebat pariter omnibus conspicuum, [observabatur] ignis noctu, fumus interdiu. 8. Jamque Susa[8] adituro Abulites, regionis ejus præfectus, sive Darii jussu, ut Alexandrum præda retineret, sive sponte, filium obviam misit, 'traditurum se urbem' promittens.

res signum defectus collocarunt. Vide ad § 3.—6 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *a majoribus pleraque.* Pro *tradita utiliter* Mod. Lugd. Frob. et Amst. *sancta utiliter;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Colon. Sigeb. Col. Bas. Ald. et Mer. *summa utilitate;* sed Aldi codd. nonnulli habent *tradita.* Bong. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. *discriberentur.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *seorsus a ceteris.* Pro *exemto* Pith. *exemplo;* Voss. 2. et Mer. *exempto.* Pro *præfectis,* quod servant omnes codd. *præfectos* habent vulgg. ante Freinsh. Pal. 1. *non utrique.* Edd. ante Modium: *electos;* ceteræ *delectos* usque ad Freinsh. qui ex codd. dedit *delectis;* Pal. 1. Voss. 2. et Mer. *electis.*—7 *Tuba* Dan. *Turba* Voss. 2. sed inducto r. Amst. *fremitu oriente;* Col. *f. ex oriente.* Pith. omittit *pariter.* 'Verbum *observabatur* uncis inclusi; abest a duobus codd. [Florent. et Leid.] idque merito. Heumanno verbum prius *eminebat* elimandum videbatur.' *Schmieder.* Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *observatur.*—8 Florent. et Voss. 1. *Susa et;* Leid. *Susas et;* Voss. 2. Pal. 1. Ald. Mer. Bas. Col. et Frob. *Susam;* Bong. *Susam et.* Pith. *Abulithes.* Pal. 1. omittit *præda.* Florent. Leid. Voss. 1. Mod. Amst. et Lugd. *sive sua sponte.*—9 Flo-

NOTÆ

appellat, diversum utrumque ab illo Andromenis filio: alius item Amyntas Arrabæi apud Arrianum lib. I. Alius Perdiccæ, de quo Curtius lib. VI. cap. 9. ne quid dicam de Amynta Antiochi, illo quem transfugam vidimus lib. IV. cap. 1. Lynčistes gentile nomen, de quo lib. IV. cap. 13.

[8] *Susa*] Urbis nomen plurali numero, quod Persica lingua 'lilium' significare dicitur. Susianæ regionis caput extitit, quam Tigris a Babylonia disterminat: a Meridie Persicum sinum, ab Ortu Persiam proprie dictam, a Septemtrione Mediam et Assyriam attingit. Susa ad Eulæum sive Choaspem amnem sita Memnonis pater Tithonus condidisse perhibetur, teste Strabone lib. XVI. Idem urbis ambitum facit stadiorum centum viginti, hoc est, quindecim millium. Eam Cyrus regni sui caput initio fecerat; eandem Artaxerxes, quisquis fuit, Estheris maritus regiam habuit. Hodie urbs ipsa *Sustra,* regio *Chusistan.*

9. Benigne juvenem excepit rex, et eo duce ad Choaspen [h] amnem pervenit, delicatam, ut fama est, vehentem aquam. 10. Hic Abulites cum donis regalis opulentiæ occurrit. Dromades cameli inter dona erant velocitatis eximiæ; XII. elephanti a Dario ex India acciti, non jam terror, ut speraverant, Macedonum, sed auxilium; opes victi ad victorem transferente fortuna. 11. Ut vero urbem intravit, incredibilem ex thesauris summam pecuniæ egessit: L. millia talentum [i] argenti, non signati forma, sed rudi pondere.

rent. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. *et eodem duce.* Bong. Voss. 1. Leid. et Florent. *adeo haspin;* Dan. *ad eo h'aspin;* Venett. Veron. Junt. Ald. Mer. Col. Frob. et Elz. *ad Hydaspin;* Amst. et Lugd. *ad Hydaspen;* Bas. *ad Hydaspem;* Voss. 2. *ad Idaspin.* Bong. Leid. et Florent. *dedicata;* Voss. 1. *delicata;* Voss. 2. *dedicatam;* Florent. Voss. 1. 2. Pal. 1. Leid. Dan. et Bong. 1. *vehementem;* Mer. et Bong. 2. *vehementer.*—10 Pith. *velocitatis exemiæ.* Bong. et Voss. 1. *jam non terror.* Lugd. et Amst. *speraverat;* Voss. 2. *supererat;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Ald. *speraverant.* Edd. vett. ante Mod. *ad victorium.*—11 Florent. *pecuniam egessit;* Pith. *pecuniæ gessit. L. milia;* Voss. 1. Veron. Venett. Junt. Mer. Col. et Ald. delent *millia.* Bas. *talen-*

NOTÆ

[h] *Choaspen*] Hic duo in quæstione versantur. Alterum sitne Choaspes idem atque Eulæus: alterum, utrum in Tigrim, an Persicum in sinum proprio se ostio effundat. Diversos quidem appellant Strabo lib. XV. et Plinius XXXI. cap. 3. sed rem dubiam efficit quod eadem utrique promiscue tribuuntur. Nam urbem Susa ad Eulæum statuunt Plinius lib. VI. cap. 27. Ptolemæi Tab. V. et, ut creditur, Daniel cap. VIII. vs. 2. Ad Choaspem vero Herodotus lib. I. Strabo lib. XV. Eustathius in Dionys. Perieg. Deinde illam aquæ præstantiam singularem de Eulæo prædicant Strabo et Plinius; de Choaspe Herodotus, Curtius, Solinus, Eustathius: de utroque idem Plinius lib. XXXI. cap. 3. Quare sic existimo, primum duplex esse unius fluvii nomen; Assyrium sive Chaldæum, Eulæus, apud Danielem *Ulai;* Medicum sive Persicum, *Choaspes.* Jam vero duplicem quoque fontem habere constat ex Ptolem. lib. VI. cap. 3. alterum in Media, in Susiana alterum, eosque plus uno gradu infra Susa misceri. Quorum licet uterque tum 'Choaspes,' tum 'Eulæus' dicatur, tamen scriptores sive consilio, ut duos esse indicent, sive errore, quod unum ex ambobus fluvium existere non animadverterent, tanquam diversos distinxerunt. Ad alteram quæstionem quod attinet, nodum solvit Arrianus lib. VII. ubi aperte ostendit Eulæum partim naturali alveo mare petere, partim ducta fossa in Tigrim (ad Charaoem) derivari. Qua observatione pugnantia in speciem Strabonis, Plinii, aliorumque loca conciliabis inter se. Hæc ego non tanquam certa, sed ut verisimilia proposui. Tu 'si quid novisti rectius istis Candidus imperti.'

[i] *Talentum*] De talentis vide quæ dicta sunt ad lib. III. cap. 13. Hic Justinus et Plutarchus solum 40. mil-

12. Multi reges tantas opes longa ætate cumulaverant liberis posterisque, ut arbitrabantur, quas una hora in externi regis manus intulit. 13. Consedit deinde in regia sella multo excelsiore, quam pro habitu corporis. Itaque pedes cum imum gradum non contingerent, unus ex regiis pueris mensam subdidit pedibus: 14. et cum spadonem, qui Darii fuerat, ingemiscentem conspexisset rex; 'causam mœstitiæ' requisivit. Ille indicat, 'Darium vesci in ea solitum, seque sacram ejus mensam ad ludibrium recidentem sine lacrymis conspicere non posse.' 15. Subiit ergo regem verecundia violandi hospitales[j] Deos.[b] Jamque 'subduci' jubebat, cum Philotas: 'minime vero hæc feceris rex, sed omen quoque accipe,[c] mensam, ex qua libavit hostis epulas, tuis pedibus esse subjectam.' 16. Rex, Persidis fines aditurus, Susa urbem Archelao et præsidium III. millium tradidit: Xenophilo[k] arcis cura mandata est: Macedonum ætate graves præsidere arcis custodiæ jussi. 17. Thesaurorum Callicrati tutela permissa: Satrapea regionis Susiæ

[b] *Subortus est regi pudor, quod violasset Deos hospitiorum præsides.*
[c] *Sed ut felix augurium cape, &c.*

torum argenti. Pith. *sed re rudi.*—13 *Itaque cum pedes* Leid. Bong. et Voss. 1. *unus ex regis* Voss. 2. Ald. et Mer. *unus ex regiis* Bong. Florent. Voss. 1. 2. et Leid.—14 'Scribe: *sed cum spadonem.* Causa erroris pro *sed* exaratum more antiquo *set*, cujus vocabuli litera prima, prægressi extremæ similis, facile rapta est.' *Both.* Mox Florent. et Voss. 1. *recidentem.*—15 Alii omittunt *hæc* ante *feceris.* Pal. 1. *sed omnem.*—16 Florent. Leid. Bong. Dan. et Pal. 1. *Persidis finem.* Voss. 1. 2. Leid. Florent. Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Mer. Col. Elz. *Susam.* Leid. Voss. 1. 2. Dan. Flor. Fauch. et Bong. 2. *III. milia;* Pith. *IIII. milia;* Bong. 1. et Veron. *III.* omisso *millium.* Bong. *Xenephilo;* Voss. 2. *Xenofralo.* Vulgg. addunt: *mille Macedonum, &c.* Flor. Leid. Voss. 1. 2. et vulgg. *gravibus;* Pith. *ne gravibus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et edd. vett. *jussis;* Ald. Mer. Bas. Col. et Frob. *jussit.*—17 Vulg. ante Snak. *Satrapia;*

NOTÆ

lia numerant; sed Curtio Arrianus accinit; Diodorus quadraginta infecti, novem signati argenti millia exhibet.

[j] *Hospitales*] Quoniam sanctum erat inter veteres jus hospitii, idcirco præsidere hospitalibus tectis atque conviviis numina quædam arbitrabantur, quorum etiam statuis mensas ornabant. In his erat præsertim Jupiter, qui ex eo ξένιος appellatus, id est, *Hospitalis.*

[k] *Xenophilo*] Masarum Arrianus ait fuisse. *Satrapia*] Vide supra ad cap. 1.

Q. Curt. *pag.* 367.

OLYMPIAS,

Ex Gemma Trajani ap. Angelonium p. 122. *et Leon. Augustinum num.* 76.

restituta Abuliti. 18. Matrem quoque Darii et liberos in eadem urbe deponit. Ac forte Macedonicas vestes multamque purpuram, dono ex Macedonia sibi missam, cum his, quæ eam confecerant, 'tradi Sisygambi' jussit. Omni namque honore eam, et filii quoque pietate prosequebatur. 19. 'Admonerique' jussit, 'ut, si cordi quoque vestis esset, conficere eam neptes suas assuefaceret, donoque doceret dare:' ad hanc vocem lacrymæ obortæ prodidere animum aspernantis id munus: quippe non aliud magis in contumeliam Persarum fœminæ accipiunt, quam admovere lanæ manus. 20. Nuntiant, qui dona tulerant, 'tristem esse Sisygambim;' dignaque res excusatione et solatio visa. Ipse ergo pervenit ad eam, et, 'Mater,' inquit, 'hanc vestem, qua indutus sum, sororum non solum donum, sed etiam opus vides: nostri decepere me mores. 21. Cave, obsecro, in contumeliam accipias ignorationem meam.[d] Quæ tui moris esse cognovi, ut spero, abunde servata sunt. 22. Scio, apud vos filium in conspectu matris nefas esse considere, nisi cum illa permisit: quotiescumque ad te veni, donec, ut considerem, annueres, restiti.[e] Procumbens venerari me sæpe voluisti; inhibui. Dulcissimæ matri Olympiadi nomen debitum tibi reddo.'

[d] *Ne probri loco habeas quod ignarus feci.*
[e] *In pedes steti, donec tu juberes sedere me.*

Pal. 1. et Voss. 2. *Satrape;* sed Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *Satrapea.* Vide ad § 1. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *Susianæ.* Leid. Voss. 1. Bong. et Florent. *Abulitæ;* Voss. 2. *Abulite;* Ald. *Albuliti.*—18 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *Darii.* Both. verba: *Macedonicas vestes* et *que* uncis inclusit. 'Abhorrent,' inquit, 'a sequentibus, in quibus de conficienda ex ea purpura veste agitur.' Mer. omittit *sibi,* et mox habet: *cum his qui;* vulgg. *cum iis qui.* Alii omittunt *eam;* Voss. 2. *quæ fecerant;* Pal. 1. *eam fecerant.* Florent. et Dan. *Sisygambim.* Leid. et Voss. 1. *jubet.* Freinshemius mavult: *tradi Sisygambi jussit (omni namque honore eam et filii quoque pietate prosequebatur) admonerique, ut si cordi, &c.*—19 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ald. Bas. Mer. et Col. *se doceret;* Bong. 1. *docerent.* Mer. *cum non aliam contum. magis;* Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *in.*—20 Voss. 1. *re ex executione.* Mer. Col. Ald. Bas. et Frob. *et consolatione visa.* Pal. 1. *vestri decepere.*—21 Mod. Lugd. Bong. et Amst. *ne in contumeliam;* Dan. Pal. Florent. Voss. 1. 2. et Leid. et Ald. *in contumeliam.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. *acceperis.* Pal. 1. *ignorantiam.* —22 Pal. 1. *apud vos filios;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *a. v. filio.* Alii *præmiserit.* Voss. 1. *inbui* pro *inhibui.* Florent. Leid. Dan. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. et Mer. *matris Olympiadis.*

III. 1. Mitigato animo ejus, rex quartis castris pervenit ad fluvium: [a] Pasitigrim incolæ vocant: oritur in montibus Uxiorum, et per L. stadia [b] sylvestribus ripis præceps inter saxa dévolvitur.[c] 2. Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alveo præterit, jam navium patiens. [d] DC. stadia sunt mollioris soli, per quod leni tractu aquarum Persico mari se insinuat. 3. Alexander, amne superato, cum IX.

[d] *Navigiorum ferendorum capax.*

1 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *ad Tigrin fluvium Phasimtigim;* Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *ad Tigrin fluvium Phasin Tigrin;* Dan. *ad Tigrim fluvium Fasim tigim;* Bong. 1. 2. *Fasintigin.* Voss. 2. *Usiorum.* Bong. 1. *per LX. stadia;* Lugd. et Amst. *per mille stadia;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. ceteri, cum Venett. Rom. Veron. Vet. an. 1474. Junt. et Ald. *per L. stadia.* Voss. 2. *silvestris,* omisso *ripis.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *divolvitur.*—2 Pro *jam* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *nam.* Dan. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *CD.* Pal, 1. *DCC.* Fauch. *quadringenta;* Pith. *quinquaginta millia;* Venett. Rom. et Veron. *CC.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *sunt stadia;* Bas. delet *sunt.* Voss. 2. *melioris soli;* Mer. *meliorisque soli.* Ald. *quod perlevi;* Pal. 1. Bas. Frob. Mer. et Col. *per quod levi.* Florent. *persicco mari.*—3 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Pal. 1. et Dan. omittunt *Alexander.* Florent. et Voss. 1. *VIII. B. peditum.*

NOTÆ

[a] [*Tigrim*] *fluvium*] Etsi nonnulli codices hanc vocem omittunt, tamen quod a plurimis exhibeatur, et, quod caput est, apud Diodorum extet, unde hæc omnia Curtius ad verbum propemodum expressit; idcirco retinendam puto. Ac valde vereor ne uterque in eo deceptus sit cum *Tigrim* appellarunt, quem nemo alius, opinor, hoc nomine donavit: 'Pasitigrim' Strabo, Arrianus, et Plutarchus vocant. Multo gravius hallucinari videtur Plinius lib. VI. cap. 27. qui nomen hoc voluit esse ipsius Tigris circa ostia, postquam divisæ in plures alveos ejus aquæ iterum in sese redierunt; vel, ut alii apud Strabonem, postquam Choaspem ceteraque flumina per Susianam labentia in se recepit. Eos, puto, fefellit ratio nonnulla nominis, quod 'Pasitigris,' veluti 'totus Tigris' sonare videretur. Quasi nomen Græcum Persæ indiderint. Ac nescio an ipsi Græci 'Pasitigrim,' non potius 'Panto-tigrim' appellaturi essent: ut ut est de ipso Tigri, quem alii in duos alveos dividi affirmant, alii, ut Arrianus lib. VII. diserte negant, certum est, vel ex uno Arriani ejusdem libro Rer. Indic. Pasitigrim fluvium esse a Tigri diversum; at duobus stadiorum millibus, hoc est, ducentis quinquaginta milliaribus amborum ab sese ostia distare. Atque hinc etiam vides ruere doctorum aliorum hominum conjecturam, qui ut Phison illum Genes. II. adeoque Paradisum circa Babyloniam reperirent, ex Plinii Pasitigri Phisonem facere se posse arbitrati sunt.

[b] *L.* [*M.*] *stadia*] Centum et viginti quinque milliaria. Mille quoque stadia numerat Diodorus. *Montibus*] Sunt hi montes Tauri portio quædam, cui nomen est *Zagrus*, sive *Zagrius*, Mediam et Assyriam a Perside dirimens.

millibus peditum, et Agrianis atque Græcorum mercenariis millibus III. additis millibus Thracum, in regionem Uxiorum[c] pervenit. Finitima Susis est, et in primam Persidem excurrit, arctum inter se et Susianos aditum relinquens. 4. Madates[d] erat hujus regionis præfectus, haud sane temporum [multorum] homo:[b] quippe ultima pro fide experiri decreverat. 5. Sed periti locorum Alexandrum docent, 'occultum iter esse per calles et aversum ab urbe, si paucos misisset leviter armatos, super capita hostium evasuros.' 6. Cum consilium placuisset, iidem itinerum fuerunt duces. M. et D. mercede conducti et Agriani fere M. Tauroni præfecto dati, ac 'post solis occasum iter ingredi'

[b] *Homo nequaquam temporariæ fidei.*

Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Ald. Mer. et Col. *et Agrianis Satrianisque.* [c] Loecenius non male conj. *et Agrianis sagittariisque;* nam Agrianis sagittarii jungi solent. Defendit tamen codd. lectionem Holstenius ad Steph. Byz. p. 285. Ceterum cum Freinshemio locum sic constituendum censeo: *atque Græcorum mercenariis militibus, tribus additis millibus Thracum.*' Schmieder. Dan. Pith. et Fauch. *mercenarios;* Leid. Voss. 1. et Bong. *mercenario;* Lugd. et Amst. *mercenariorum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Frob. et Col. *III. millibus,* sed posterius *millibus* omittunt Voss. 1. 2. Florent. Leid. Venett. Veron. Rom. et Mer.—4 Vulgg. ante Freinsh. *Madathes;* Voss. 2. *Mandates.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. omittunt *hujus.* Florent. Voss. 1. 2. Leid. Pal. 1. Dan. Pith. Put. Fauch. Mod. Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. Cellar. Tell. Maitt. Snak. Barb. et Bip. omittunt *multorum,* quod tamen exhibent Bong. Ed. pr. Venett. Veron. Rom. Vet. an. 1474. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Col. et Fauch. Vide Not. Var.—5 *Sed periculosum* Mer. *paucos* deest in Voss. 2. *immisisset leviter* Voss. 2. et Ald. —6 Florent. Leid. Voss. 1. 2. *idem* i. *f. duces.* Vulgg. *MD.* Dan. vacuum habet spatium inter *mercede* et *conducti.* Voss. 1. omittit *M.* post *fere.* Pith.

NOTÆ

[c] *Regionem Uxior.*] Uxiorum alii campestres; hi statim Alexandro paruerunt; alii montani, qui transitum daturos negarunt nisi tributum ipse penderet, quod a Persarum regibus exigere pro commeatu solebant. Itaque quem ait Curtius inter Susianos et Uxios arctum aditum esse, si Arrianum audimus, Susianam non attingebat.

[d] *Madates*] Metem corrupte appellat Diodorus, facitque Dario arcta propinquitate conjunctum. Sed cum Arrianus testetur montanos Uxios Persis nunquam antehac paruisse, immo tributum ab ipsis regibus pendi sibi coëgisse; non satis expedio quomodo nunc illorum angustiis præsidere, imperiumque habere dicatur. *Temporum*] Addunt aliqui, *multorum;* quod nec ullum fere sensum efficit, et egregiam corrumpit sententiam. De hac locutione, *temporum homo,* consule Gronovium Obss. lib. I. cap. 24.

jussi. 7. Ipse tertia vigilia [e] castris motis circa lucis ortum superaverat angustias, cæsaque materia cratibus [f] et pluteis faciendis, ut qui turres admoverent, extra teli ictum essent, urbem [g] obsidere cœpit. 8. Prærupta erant omnia, saxis et cotibus impedita: multis ergo vulneribus depulsi, ut quibus non cum hoste solum, sed etiam cum loco dimicandum esset, subibant tamen; 9. quia rex inter primos constiterat, interrogans: 'tot urbium victores an (non) erubescerent hærere in obsidione castelli exigui et ignobilis?' simul jam inter hæc eminus petebatur; cum testudine [h]

---

ingredi iter.—7 *Ipse* Ald. *solis ortum* Pal. 1. *superat* Voss. 1. Leid. et Florent. *turribus et pluteis* Voss. 2. et mox: *cepit admovere;* Pal. 1. *caperint admovere.* Voss. 1. 2. Florent. Leid. et nonnullæ edd. vett. *teli jactum.*—8 Vulgo omittitur *impedita;* Voss. 2. habet: *et impedita.* Pal. 1. omittit *ergo.*—9 Bas. *an ne erubescerent.* 'Tres voces, *tot urbium victores,* vulgo præcedentibus junctas, sequentibus adjunxi. Cum Modio post *an* inserui *non,* sed quia non est e codd. uncis inclusi. Tum cum Scheffero præfero: *simul jam* (vel *simul etiam*) *admovens. Inter hæc eminus petebatur.*' Schmieder. Bothe edidit: *et ignobilis; simul admonens. Jam inter hæc, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *simul admonens;* Frob. *simul admovens.* Venett. 1. 2. Leid. Florent. et Bong. omittunt *jam.* Florent. Leid. Voss.

NOTÆ

[e] *Tertia vigilia*] De Vigiliis lib. III. cap. 8. *Materia*] Apud scriptores historiæ Latinos *materia* plerumque pro 'ligno' accipitur, cujus in construendis machinis, pontibus, cratibus, ceteroque apparatu bellico usus est.

[f] *Cratibus*] Crates, ex flexilibus arborum ramis contextæ, tum ad alios usus adhiberi consueverant, tum præsertim a militibus præferebantur ad impetum telorum retundendum. *Pluteis*] Pluteus machinæ quoque genus erat, alias ex cratibus, alias ex tabulis, crudo corio tectum, terniaque impositum rotulis; sub qua qui latebant milites, tuti ab hostium missilibus eam carpenti instar admovebant muris, vel ut scalas applicare, vel ut aliud quiddam tentare possent. *Plutees* Interpres Gallicus appellavit *des mantelets*; Crates, *des gabions;* opinor quia nullum erat nostræ linguæ vocabulum quod propius accederet; cum alioqui illorum crates non forent in corbis modum factæ, quales sunt quos nostri vocant *gabions. Teli ictum*] Vide lib. IV. cap. 2.

[g] *Urbem*] Arrianus paulo aliter rem narrat. Nam nec ullius urbis aut obsidionis mentionem facit, et ipsum Regem, non solum Tauronem, averso itinere Uxiorum vicos ingressum, scribit, unde ad ipsas angustias iter reflexit.

[h] *Testudine*] Testudo, *tortue,* notum animal, 'a testa' quam gerit nomen habet. Ab hujus similitudine testudinem facere dicti sunt milites, qui consertis scutis tegerent sese adversus lapidum aliorumve telorum ictus. de cujus vario usu formisque vide Lipsium in Poliorc. lib. I. Dial. 5. et 8.

objecta milites, qui, ut inde discederet, perpellere nequiverant, tentabantur. 10. Tandem Tauron super arcem urbis se cum suo agmine ostendit: ad cujus conspectum et animi hostium labare, et Macedones acrius prælium inire cœperunt. 11. Anceps oppidanos malum[c] urgebat; nec sisti vis hostium poterat: paucis ad moriendum, pluribus ad fugam animus fuit: magna pars in arcem concessit. Inde XXX. oratoribus missis ad deprecandum, triste responsum a rege redditur: 'non esse veniæ locum.' 12. Itaque suppliciorum metu perculsi ad Sisygambim, Darii matrem, occulto itinere ignotoque hostibus, mittunt, qui peterent, 'ut ipsa regem mitigaret:' haud ignari, parentis eam loco diligi colique: et Madates sororis ejus filiam secum matrimonio junxerat, Darium propinqua cognatione contingens. 13. Diu Sisygambis supplicum precibus repugnavit, abnuens, 'deprecationem pro illis convenire fortunæ, in qua esset:' adjecitque, 'metuere sese, ne victoris indulgentiam fatigaret: sæpius cogitare, captivam esse se, quam reginam fuisse.' 14. Ad ultimum victa literis Alexandrum ita deprecata est; 'ut ipsum[1] excusaret quod de-

[c] *Utrimque imminens periculum.*

1. Ald. Mer. et Col. *quem testudine;* Voss. 2. *quem tandem testudine;* Bas. *quem cum testudine;* Pal. 1. et Dan. *quem de testudine.* Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *milites ut inde discederet pellere;* Florent. et Leid. *milites decederet pellere;* Voss. 1. 2. *milites ut discederet pellere;* Bong. 1. *miles ut decederet pellere;* Pal. 1. *milites descenderet pellere;* Dan. *milites ut discederet pellere;* Frob. *quem ut inde discederet perpellere;* Amst. et Lugd. *quem ut inde cederet perpellere.* Voss. 1. 2. Leid. Florent. et Bong. omittunt *inde.*—10 *Tumen Tauron* Bong. 1. *Tandem Tauro* Pal. 1. *Tandem Taurum* Voss. 2. *hostium animi* Leid. Voss. 1. et Bong.—11 *Aneos oppidanos* Pal. 1. Mox Voss. 2. et Mer. *ad precandum.*—12 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. Amst. et Mod. *suppliciorum quoque;* sed Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *quoque.* 'Verba: *Darii matrem,* quæ nemo requisiverit, cum notissima sit mulier, a glossatore esse puto.' *Both.* Pal. 1. *regem quoque.* Ald. *Madathes;* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Medates;* Voss. 2. *Mandates.* Multi codd. et edd. ante Schmieder. non agnoscunt *ejus,* quod ille ex quatuor codd. Leid. Florent. Voss. 1. et Bong. ascripsit.—13 Pith. et Fauch. *supplicium;* in Fauch. vero exsculptum *i.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Col. et Frob. *non convenire.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *adicitque;* Bong. *sese metuere.* Florent. et Leid. *nec victoris.* Voss. 1. 2. Leid. Florent. et edd. vett. *sæpiusque cogitare;* Both. conj. *se prius cogitare.*—14 Voss. 2. *ita precata.* Freinsh. Cellar. Pitisc. et recentt. *ut ipsam.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan.

NOTÆ

[1] *Ut ipsum*] Melius *idipsum.* Freinsh.

precaretur: petere[j] se, ut illis quoque; si minus, sibi ignosceret: pro necessario ac propinquo suo, jam non hoste, sed supplice, tantum vitam precari.' 15. Moderationem clementiamque regis, quæ tunc fuit, vel una hæc res possit ostendere; non Madati modo ignovit, sed omnes, et deditos et captivos, libertate atque immunitate donavit: urbem reliquit intactam: agros sine tributo colere permisit. A victore Dario plura mater non impetrasset. 16. Uxiorum deinde gentem subactam Susianorum Satrapiæ contribuit: divisisque cum Parmenione copiis, illum 'campestri itinere procedere' jubet; ipse cum expedito agmine jugum montium cepit, quorum perpetuum dorsum in Persidem excurrit.[d] 17. Omni hac regione vastata, tertio die Persidem,[k] quinto angustias, quas illi 'Susidas[l] Pylas' vocant, intrat. Ariobarzanes has cum XXV. millibus[m] peditum

[d] *Quorum continua series in Persidem usque extenditur.*

Pal. Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Mer. et Col. *ut ipsum*, quod recepit Schmieder. Mod. *ut id ipsum*. Mer. *quod deprecatur*. Pal. 1. *ignosceretur*; Mer. *cognosceret*. Heum. delet punctum post *ignosceret*, et mox legit *precanti*. Pal. 1. et Pith. omittunt *sed supplice*; Voss. 2. *supplice tamen*, omisso *sed*.—15 Pal. 1. *et res etiam*; Leid. *et respondit*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Medati*; Boug. *Medates*; Pal. 1. et Voss. 2. *Mandati*. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. *et libertate*. Dan. *agro*, et inter marginem tamen *agros*. Mer. *sine tabernaculo*. Pal. 1. *colere permisit*.—16 Voss. 1. Florent. et Leid. *dein* pro *deinde*; Bong. *inde*. Voss. 1. *gente subacta*. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *Sosianorum*. Florent. Leid. Bas. Col. Ald. et Mer. *Satrapæ*; Voss. 1. 2. *Satrape*.—17 'Alexander antea Persidem intrare nullo modo potuit, quam Susidas Pylas superasset. Propter hanc difficultatem Freinshemius hæc verba delenda putavit, quæ, me judice, temere huc irrepere non potuerunt. Attamen medicina opus est huic loco, eamque e Diodoro afferre posse credo, qui XVII. 598. ita tradidit: Προῆγεν ἐπὶ τὴν Περσίδα, καὶ πεμπταῖος ἦκεν ἐπὶ τὰς Σουσιάδας καλουμένας πέτρας. Hinc conjicio Curtium scripsisse: *Omni hac r. vastata, iter tendens in Persidem, quinto, &c.*' Cunz. Pal. 1. *quas illi subeidias Pylas*. Leid. *Ariobarzanas*. Ed. pr. Venett. Rom. Veron. et aliæ edd. ante

NOTÆ

[j] *Petere*] Rogare se ut illis pareeret; sin hoc abnueret, saltem ipsi ignosceret Sisygambi.

[k] *Tertio die Persidem*] Malim hic errorem esse Librariorum quam Curtii, si qua occurreret Lectionum Varietas. Sic enim opportune legas cum Freinshemio: *Omni hac reg. vast. die quinto angustias, &c.* ut cum Diodoro, quem exscribit, et cum veritate Curtio conveniat. Qui enim demum ingredi in Persidem potuit prius quam Pylas attigisset per quas aditus erat unicus in Persidem?

[l] *Susidas*] Quod Susa versus euntibus trajiciendæ erant. Alii Persicas appellarunt.

[m] *Cum XXV. millibus*] Totidem pe-

occupaverat rupes, abscissas et undique præruptas, in quarum cacuminibus extra teli jactum barbari stabant, de industria quieti et paventibus similes, donec in arctissimas fauces penetraret agmen. 18. Quod ubi contemtu sui pergere vident;[e] tum vero ingentis magnitudinis saxa per montium prona[f] devolvunt: quæ incussa sæpius subjacentibus petris majore vi incidebant, nec singulos modo, sed agmina proterebant. 19. Fundis quoque excussi lapides et sagittæ ingerebantur undique: nec id miserrimum fortibus viris erat, sed quod inulti ferarum ritu velut in fovea deprehensi cæderentur. 20. Ira igitur in rabiem versa, eminentia saxa complexi, ut ad hostem perveniant, alius alium levantes, conabantur ascendere: ea ipsa multorum simul manibus correpta et convulsa, in eos, qui commoverant, recidebant. 21. Nec stare ergo, nec niti, nec testudine quidem protegi poterant, cum tantæ molis onera propellerent barbari. Regem non dolor modo, sed etiam pudor temere in illas angustias conjecti exercitus angebat. 22. Invictus ad eam diem fuerat, nihil frustra ausus: impune Ciliciæ fauces[n] intraverat: mari quoque novum iter in

[e] *Quod cum cernunt præ ipsorum contemtu progredi.*
[f] *Per montium declivitatem.*

Mod. *XV. millibus.* Florent. Leid. et Voss. 1. *abscisas.* Bong. omittit *et undique;* Florent. et Leid. omittunt *et.* Voss. 2. *in quum cacuminibus.* Mer. *quietis.*—18 Pal. 1. *sui p. viderunt.* Florent. Leid. et Voss. *quæ incussæ.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. Bas. Mer. et Col. *vi incedebant.*—19 Pal. 1. *Fundis q. excessi.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. *undique ingerebantur;* Voss. 2. *ingrediebantur.* Florent. Leid. Bong. et Voss. 1. 2. *quod inulti quod;* Ald. Bas. Mer. Frob. et Col. *quod quidem ferarum.*—20 Voss. 1. *minentia saxa.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *ut ad h. pervenirent.* Ald. et Bas. *et ea ipsa.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *correpta et.* Bong. 1. *convolsa.* Voss. 2. *qui commoverat.*—21 Florent. Leid. et Voss. 1. *Nec stare poterant.* Pal. 1. omittit *ergo*, et pro *niti* habet *verti;* Voss. 2. *uti.* Pal. 1. *quidem tegi poterant*, et mox pro *conjecti, conducti;* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *ejecti;* Voss. 2. *electi.*—22 Florent. Leid. Voss. 1. et aliæ edd. *ante eam diem.* Florent. Leid. Voss. 1.

NOTÆ

ditum Diodorus; equitum trecentos solum. Sed Arrianus quatuor solum millia peditum, equites septingentos numerat. Addit, quod omissum a Diodoro et Curtio, ipsas fauces Arlobarzanem muro clausisse.

[n] *Ciliciæ fauces*] Vide lib. III. cap. 9. *Novum iter*] 'Ad Phaselidem Lyciæ

Pamphyliam aperuerat: tunc hæsitabat deprehensa felicitas;[f] nec aliud remedium erat, quam reverti qua venerat. 23. Itaque signo receptui dato, 'densatis agminibus, scutisque super capita consertis, retro evadere ex angustiis' jubet. XXX. fuere stadia,[o] quæ remensi sunt.

IV. 1. Tum castris undique aperto loco positis, non consultare modo 'quid agendum esset,' sed vates quoque adhibere cœpit a superstitione[a] animi. 2. Sed quid tunc prædicere Aristander, cui tum plurimum credebat ex vatibus, poterat? Itaque damnatis intempestivis sacrificiis,

[f] *Tunc Alexandri felicitas intercepta vacillabat.*

2. et Dan. *mare* pro *mari*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *in Pamphyliam iter*. Florent. Leid. et Voss. 1. *aperuerat*. Pal. 1. *quo venerat*.—23 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *densatis ordinibus*, probante Cunzio. Vulg. ante Freinsh. *rex ex angustiis*; Elz. *rex angustiis*.

1 'Vix dubito quin scribendum sit: *sed vates quoque adhibere* (i. e. addere) *cœpit ad superstitionem animi*.' Bothe. Bong. omittit præpositionem *a*.—2 *Sed quid tum* Voss. 2. Leid. Florent. et Bong. *Sed quid nunc* Bas. Col. et Mer. *producere Aristander* Pal. 1. *cui tunc* Mer. *cumitum* Florent. et Voss. 1. *tum* deest in Leid. *credebatur* Pith. Put. Fauch. Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Veron. Junt. Bas. Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. Lugd. et recentt. *credebat* Pal. 1. Dan. Bong. Voss. 1. 2. Leid. et Florent. quod primus recepit

NOTÆ

urbem,' inquit Strabo lib. XIV. 'sunt ad mare angustiæ per quas exercitum traduxit Alexander. Est enim ibi mons Climax, Pamphylio incumbens mari, et propter littus arctum relinquens transitum; qui tranquillo mari nudatur, et a viatoribus perambulari potest: mari exundante, fluctibus obtegitur.' Exundat autem, ut tradit Arrianus, 'Austro invalescente. Tum vero ex vehementibus Austris Boreales venti exorti facilem ac celerem transitum præbuerunt;' ita tamen, addit Strabo, 'ut totum diem milites per aquam iter facerent, usque ad umbilicum in eam demersi.' Quare merito notantur a Plutarcho qui pro miraculo transitum illum jactarunt; cum ipse Alexander in suis Epistolis nihil in ea re prodigiosi agnoscat. Ut imperite, ne dicam impie, fecisse Josephus videatur, qui narrato Israëlitarum transitu per Rubrum Mare, quo credibile probaret esse miraculum, simile quiddam Alexandro contigisse agnoscit, et ab omnibus affirmari tradit, qui res ejus gestas literis mandarunt. Pamphylia, lib. III. cap. 1.

[o] *XXX. fuere stadia*] Quatuor propemodum millia. Sed ad trecenta usque stadia retrogressus, quod ait Diodorus, castris locum elegit.

[a] *A superstitione*] Ex vel pro superstitione, quomodo Livius, 'ab ira et odio.' 'Superstitiosi,' inquit Cicero de Nat. Deor. lib. II. 'dicti sunt qui totos dies precabantur et immolabant, ut sibi sui liberi superstites essent.' Aliam tamen Lucretius, aliam Lactantius, originem vocis afferunt. Inde quævis importuna et inepta religio superstitionis nomen habuit.

'peritos locorum convocari' jubet. 'Per Mediam[b] iter' ostendebant 'tutum apertumque;' 3. sed rex dimittere milites insepultos erubescebat: ita tradito more, ut vix ullum militiæ tam solenne esset munus, quam humandi suos. 4. 'Captivos' ergo, 'quos nuper exceperat, vocari' jubet; inter quos erat quidam Græcæ Persicæque linguæ peritus, qui 'frustra eum in Persidem montium dorso exercitum ducere' affirmat; 'sylvestres esse calles, vix singulis pervios:[a] omnia contegi frondibus, implexosque arborum ramos sylvas committere.'[b] 5. Namque Persis[c] ab altero[d] la-

[a] *Per quos vix singuli homines ire possint.*
[b] *Implicatis inter se arborum ramis sylvas continuari.*

Schmieder. *Ita damnatis* Pal. 1. et Voss. 2.—3 *Medium iter* Ed. pr. Venett. Mediol. Rom. Veron. Vet. an. 1474. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Argent. Frob. Lugd. et Amst. *Per medium iter* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. Dan. et Bong. *Per Mediam iter* ex correctione Bongarsii recepit Freinshemius, eumque secuti sunt omnes deinceps Editores. 'Sed vereor, ne hoc modo Alexandrum in regionem nimis remotam circumduxerint. Ob eam causam equidem conjicio: *per Medum*, qui fluvius haud procul ab isto loco ubi Alexander tum erat Araxi jungebatur, quemadmodum Curtius ipso hoc capite tradit, et Strab. xv. 729.' *Cunz.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *deserere milites;* Dan. 1. *demittere milites;* Pal. 1. etiam *demittere*, omisso *milites*. Voss. 2. Leid. Florent. Bong. et Pal. 1. *itaque tradito.*—4 Voss. 2. *quidam Persicæ linguæ peritus.* Pal. 1. *dorso excitum;* i. e. *ex*c*itum*, vel *exercitum*. Voss. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *amplexosque a. ramos.*—5 Florent. *in*

NOTÆ

[b] *Per Mediam*] Legunt aliqui, *medium iter*. Sed quodnam illud? aut inter quæ *medium* dicitur? ac si quod erat, cur non Alexander arripuit potius, quam ut per invia et aspera tanto cum labore ac periculo tenderet? Scripsit ergo Curtius *per Mediam:* illinc enim planius atque apertius aliquod in Persidem iter est. Sed Alexandro aliter visum, quia si illac duceret, relicto Pylarum aditu, milites in angustiis cæsos humare non poterat.

[c] *Persis*] Persis vel Persia, si Græcis credimus, a Perseo Jovis et Danaës filio nomen habuit. Cum proprie accipitur, his finibus includitur. Ab Occasu Susianam et Uxios, a Meridie Persicum sinum, ab Ortu Carmaniam utramque, a Septemtrione Mediam attingit. Hujus partis nomen hodiernum *Farsi*, ab antiquo non multum ablndens. Persidis tamen pars quandoque Susiana habetur, Strabone teste. Nunc Persicum Sophorum imperium ferme complectitur quicquid terrarum est ab Indo et Oxo fluminibus ad Tigrim et Armeniam usque, inter Caspium et Persicum Indicumque mare. Quando imperium ad Persas transierit, quamdiu apud eos steterit, dictum est lib. IV. cap. 14. quando iterum recuperatum sit, dicetur lib. VI. cap. 3.

[d] *Ab altero*] Ab Occidentali, opinor, qua veniendum Alexandro fuit, et ubi Susides Pylæ. Alioqui nihil

tere perpetuis montium jugis clauditur, quod in longitudinem[e] MDC. stadia, in latitudinem CLXX. procurrit.[e] Hoc dorsum a Caucaso[f] monte ad Rubrum Mare pertinet; quaque deficit mons, aliud munimentum, fretum objectum est. 6. Planities deinde sub radicibus montium spatiosa procumbit, fertilis terra,[g] multisque vicis atque urbibus frequens. 7. Araxes[h] amnis per hos campos multorum aquas torren-

[e] *Extenditur.*

longitudinem DC. Leid. *in l.* ∞ *DC.* Voss. 1. et Bong. 2. *in l. DCta milia;* Ed. pr. Venett. Veron. Ald. et Mer. *in l. MCC. stadia;* Fauch. et Pith. *in l. mille sexcenta;* Bong. 1. *in l. D. Cta.* 'Mira codd. est varietas. Hinc mihi injicitur suspicio, verba: *quod in l. MDC. stad. in l. CLXX. procurrit,* insititia esse, quæ inprimis et inde augetur, quod Curtius Geographica indiligentissime tractare, neque alibi usquam *longitudinem* aut *latitudinem* regionum curare solet.' *Cunz.* 'Non spernendi sunt duo codd. [Florent. et Voss. 1.] qui *altitudinem* pro *latitudinem* exhibent.' *Schmieder.* Florent. Voss. 1. et Bong. *CLXX. stadia procurrit;* Frob. *CLX. procurrit;* Elz. *CLXX. percurrit.* Pith. *a Causazo.* Florent. et Leid. *quaque defecit.*—7 Dan. omittit *aquas,*

NOTÆ

erat quod per Mediam deflectere oporteret. Quanquam a Borea quoque perpetuum montis Parchoatræ jugum in Ptolemæi tabulis obtenditur.

[e] *In longitudinem*] Longius multo esse oportet occiduum Persidis latus quod a Media ad Persicum usque sinum pertinet, si Straboni credimus. Is enim Persidi tribuit stadia 4300. ab Occasu in Ortum. Atqui haud paulo amplius a Meridie in Septemtrionem extenditur.

[f] *A Caucaso*] Parapamisum intelligit, de quo nos infra dicturi sumus ad lib. VII. cap. 3. *Rubrum Mare*] Sinum Persicum, de quo lib. VIII. cap. 9. A Caucaso igitur sive Parapamiso multorum montium veluti cornua prominent, quorum unum, cui nomen 'Parchoatras,' in Occasum excurrens Parthiam a Carmania, Mediam a Perside dirimit; tum ubi ad Susianæ Uxiorumque fines pervenit, in Meridiem vertitur, et ad Persicum sinum pertingit, non amplius tamen Parchoatræ nomine. *Fretum*] Persicus sinus, quod modo 'Rubrum Mare' dixerat.

[g] *Fertilis terra*] In Mediterraneis, ut docent Strabo et Arrianus. Nam maritima arenosa est atque ob æstum sterilis.

[h] *Araxes*] Diversus hic ab alio Araxe quem supra diximus, cap. 1. ex eodem, atque Euphrates, et Tigris, et Phasis, in Armenia fonte nascentem, in Caspium mare labi. Istius autem Persici meminit quoque Strabo lib. XV. atque in Parætacenis ortum, ex Parchoatra monte videlicet, juxta Persepolim ait fuisse trajectum ab Alexandro. Hunc ego esse suspicor quem Arrianus lib. Rerum Indic. 'Rogonim,' Ptolem. lib. VI. cap. 4. 'Rhogomanem' vocat. Sed apud istum credo male collocatum esse, apud Arrianum rectius ultra alium cui 'Brizana' sive 'Brisoana' nomen est. Quippe Persepolim Ptolemæus ipse Rhogomani, Strabo et Curtius Araxi vicinam faciunt. Fuit autem

tium evolvit in Medum:[1] Medus a mari, et ad Meridiem versus, minor amnis eo, quem accepit, evehitur; gignendæque herbæ non alius est aptior, quicquid alluit floribus vestiens. 8. Platani quoque et populi contegunt ripas; ita ut procul visentibus continuata videantur montibus nemora riparum: quippe obumbratus amnis presso in solum dilabitur alveo,[d] imminentque colles, ipsi quoque frondibus læti; radices eorum humore subeunte.[e] 9. Regio non alia tota Asia salubrior habetur: temperatum cœlum: hinc perpetuum jugum opacum et umbrosum, quod æstus levat;[f] illinc mare adjunctum, quod modico tepore terras fovet. 10. His expositis captivus interrogatus a rege, 'auditune, an oculis comperta haberet, quæ diceret?' 'pastorem se fuisse, et omnes eos calles percurrisse,' respondit: 'bis captum, semel a Persis in Lycia,[j] iterum ab

[d] *Fluvius alte cavato intra terram canali decurrit.*
[e] *Ad ipsorum radices permeante aqua.* [f] *Quod ardorem mitigat.*

quod tamen additum habet inter lineas. Veron. *evolvit.* *In medium Medus ad mare et meridiem reversus*; Voss. 2. Pith. Bong. 1. Pal. 1. etiam *medium*; et sic Fauch sed exscalpto i. Ald. et Bas. *Medum. Inde*; Col. *medium. Inde*; Mer. *medium Medus.* Lugd. et Amst. *a mare*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. Dan. Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. et Mer. *ad mare.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et edd. vett. omittunt *et* ante *ad meridiem*; Voss. 2. et Pal. 1. *et meridiem reversus.* 'Plures: *ad mare meridiem versus*, quæ lectio si valet, illud *mare* Sinus Persicus est.' *Cunz.* 'Legerem cum Tellierio: *Medus ad mare meridiem versus evehitur*, nisi mendum permutare mendo religio esset. Araxes enim in mare non effunditur.' *Schmieder.* Pro *accepit* vulgg. *recipit*; Amst. et Lugd. *accipit*; Voss. 2. *recepit.* Voss. 2. et Pal. 1. *quicquid abluit.*—8 Ald. Colin. Gryph. Col. Bas. et Mer. *procul v. continua.* Pal. *nemora: riparum quippe.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. Dan. et Bong. *dilabitur amne*; Colon. et Sigeb. *amne dilabitur.* Bentl. ad Hor. III. Od. 29. 34. *delabitur.* Mox *eorum*, quod omnes codd. servant, non habetur in vulgg. Pal. 1. *subeunte regio.* *Non alia, &c.*—9 Florent. Leid. et Voss. 1. *tempora cælum.* Pal. 1. *huic perpetuum.* Ald. et Mer. *quod modicum.* Pal. 1. *tempore* pro *tepore.*—10 Leid. *expositas captivus*; Florent. Voss. 1. Bas. Col. Mer. et Ald. *captivus expositis*; Voss. 2. *captivis expositis.* Florent. Leid. Pal. 1. et Bong. 1. 2. *et omnes eas*; et sic

NOTÆ

ipsa, Strabone teste, pariter ut Araxes, in Orientali Persidis parte.

[1] *In Medum*] Immo potius Medus in Araxem e Media defluit, Strabone teste lib. XV. *Ad mare*] In magna Lectionum discrepantia hanc eligendam putavi, quæ sola cum veritate cohærere potest, ne Curtium, ubi necesse non erat, erroris damnarem.

[j] *In Lycia*] Lycia lib. III. cap. 1. Lycius civis, qui natus in Lycia, vel inter incolas ascriptus; non qui cognomento Lycius diceretur.

ipso.' 11. Subit animum memoria regis oraculo editæ sortis; quippe consulenti responsum erat, 'ducem in Persidem ferentis viæ Lycium civem fore.' 12. Igitur promissis, quanta et præsens necessitas exigebat, et ipsius fortuna capiebat, oneratum 'armari' jubet 'Macedonum more, et, quod bene verteret, monstraret iter; quamvis arduum et præceps, evasurum se esse cum paucis: nisi forte crederet, quo ipse pecoris causa isset, Alexandrum pro gloria et perpetua laude ire non posse.' 13. Etiam atque etiam docere captivus, 'quam difficile iter esset, maxime armatis:' tum rex, 'prædem me,' inquit, 'accipe, neminem eorum, qui sequuntur, recusaturum ire qua duces.' 14. Cratero igitur, ad custodiam castrorum relicto cum peditibus, quis assueverat, et iis copiis, quas Meleager ducebat, et sagittariis ducentis et equitibus M. præcepit, 'ut, castrorum specie manente, plures de industria ignes fieri imperet; quo magis barbari crederent, ipsum regem in castris esse. 15. Ceterum, si forte Ariobarzanes cognovisset, per callium anfractus eum intrare, et ad occupandum iter suum partem copiarum tentasset opponere; 16. Craterus in eum[k] illato ter-

Dan. sed superscripto e.—11 Bas. *Subit regis animum;* Amst. *Subivit.* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *quippe resulenti,* sed in Dan. ab al. m. correctum *consulenti.*—12 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. *honeratum;* Pal. 1. *honeratum;* al. *oneratum.* Pro *monstraret* Freinsh. legi jussit *monstrare,* probante Schmieder. Florent. *quia ipse;* Leid. Bong. Amst. et Lugd. *qua ipse.*—13 Voss. 2. *tunc res Persidem;* Bas. *tunc rex præde;* Venett. Veron. Col. et Mer. *tum rex præsidem.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *inquit me.* Lugd. et aliæ edd. vett. *neminem meorum.*—14 Voss. 2. *et his copiis.* Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both. *et sagittariis equitibus M. &c.* 'Antiquam lectionem revocavi: *et sagittariis ducentis et equitibus M.* Equitum numerus corruptus est; quinque sane codd. [Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 2.] *equitibus CX.* exhibent.' *Schmieder.* Pith. *'equitibus centum;* Fauch. *equitibus centum et X.* Pal. 1. *equitibus M.* et Bong. 1. ejus loco, quod exscalptum est, *mille.* Ald. Colin. Gryph. Col. Bas. Elz. Mer. et Frob. *præcipit.* Pal. 1. *spem* pro *specie.* Vulgg. ante Freinsh. *fieri imperaret.* Voss. 1. Leid. et Florent: *barbari credant.*—15 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *eum* ante *intrare.* Mox Pal. 1. Voss. 2. et Fauch. omittunt *et.* Florent. *inter suum.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et multæ edd. *conversurum agmen.*—16 'Modius, Freinsh. et Cellar. hæc

NOTÆ

[k] *Craterus in eum*] Sed qua ratione Craterus trecentis circiter stadiis ab Ariobarzanis exercitu remotus discernere poterat quantum copiarum, quumve in partem, quove consilio ille mitteret? qui rescire potuit utrum Alex-

rore retineret ad propius periculum conversum agmen: [e] sin autem ipse hostem fefellisset, [k] et saltum occupasset; cum trepidantium barbarorum tumultum exaudisset [persequentium regem], id ipsum iter, quo pridie pulsi fuerant, ne dubitaret ingredi: quippe vacuum fore, hostibus in semet aversis.' 17. Ipse tertia vigilia [l] silenti agmine, ac ne tuba quidem dato signo, pergit ad demonstratum iter callium: 'tridui alimenta portare' militem jusserat leviter armatum. 18. Sed præter invias rupes ac prærupta saxa, vestigium subinde fallentia, nix cumulata [m] vento ingredientes fatigabat: quippe velut in foveas delati hauriebantur; et cum a commilitonibus levarentur, trahebant magis adjuvantes, quam sequebantur. 19. Nox quoque et ignota regio, ac dux, incertum an satis fidus, [i] multiplicabant metum: 'si custodes fefellisset;' [n] quasi feras bestias ipsos posse deprehendi: ex unius captivi vel fide vel anima pendere et regis

[e] *Distineret hostium copias in discrimen vicinius intentas.*
[k] *Ipse ab hoste conspectus non esset.* [i] *De quo dubitabant satisne fidelis esset.*

verba, *persequentium regem*, haud immerito pro glossemate habuerunt.' *Cunz.* Amst. *persequi id*, omisso *regem*. Mer. *ad ipsum iret*; Voss. 1. *it ipsum iter*. Voss. 2. omittit *quo*. Col. et Mer. *nec dubit*. Amst. et Lugd. omittunt *ingredi*.—17 Voss. 1. *ad demonstrantum*; Voss. 2. *ad demonstrandum*. Pal. 1. *iter cavum callem*.—18 Florent. Leid. Voss. 1. *vento ingredientis*. Pal. 1. omittit *in foveas*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *a c. adlevarentur*; Amst. et Lugd. *a c. allevarentur*. Multæ edd. ante Freinsh. *quam assequebantur*.—19 Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Col. Bas. et Mer. *incertus an satis*; Pal. 1. *incertus an si satis*; Voss. 1. Leid. Florent. Bong. aliique codd. *incertum an satis*. Amst. et Lugd. *nisi custodes fefellisset*; Frob. et Elz. *si custodes non fefellisset*; Voss. 2. *si custos fefellisset*; aliæ edd. *si custodes fefellissent*. Bong. *deprehendi posse*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col.

NOTÆ

ander hostes fefellisset, an ab iis detectus foret?

[l] *Tertia vigilia*] Ad mediam noctem, lib. III. cap. 8. *Tridui*] Centum stadiorum, hoc est, paulo plus quam duodecim milliarium fuit ille Alexandri circuitus, si Arriano credimus; et intra duos dies confectum ipse Curtius ostendit.

[m] *Nix cumulata*] Hæc ergo non ante extremum Novembrem gesta esse apparet; nec vero rerum a pugna Arbelica gestarum ratio prius contigisse patitur, quo loco utemur infra, cap. 6. cum de 'Vergiliis' sermo erit.

[n] *Fefellisset*] Lycius captivus; vel, ut alii: *nisi custodes fefellissent*, i. e. Nisi Macedonum accessum custodibus Persicis occultum esse contingeret.

salutem et suam.' 20. Tandem venere in jugum: a dextra iter ad ipsum Ariobarzanem erat: hic Philotam et Cœnon cum Amynta et Polyperconte, expeditam habentes manum, reliquit, monitos: 'ut, quia eques pediti erat mixtus, qua pinguissimum esset solum et pabuli fertile, sensim procederent:' duces itineris de captivis dati. 21. Ipse cum armigeris et ala, quam 'Agema' appellant, ardua semita, sed longius a stationibus hostium remota, multa cum vexatione processit. 22. Medius erat dies, et fatigatis necessaria quies: quippe tantundem itineris supererat, quantum emensi erant; sed minus præcipitis atque ardui. 23. Itaque refectis cibo somnoque militibus, secunda vigilia surgit: et cetera quidem haud ægre præteriit: ceterum, qua se jugum montium paulatim ad planiora demittit, ingens vorago concursu cavata torrentium iter ruperat: 24. ad hæc arborum rami, alius alio implicati et coëuntes, ut perpetuam objecerant sepem. Desperatio igitur ingens, adeo ut vix lacrymis abstinerent, incesserat. 25. Præcipue obscuritas terrori erat; nam etiam si qua sidera internitebant, continenti fronde tectæ arbores conspicere prohibebant: ne aurium quidem usus supererat, sylvas quatiente vento; quæ concurrentibus ramis majorem quam pro flatu sonum red-

---

Frob. et Mer. *vel f. vel animo.*—20 Voss. 2. omittit *cum Amynta*, et mox exhibet *Polypercote.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Fauch. et Bong. 1. 2. *relinquit*; pro quo Venett. Mediol. Veron. Junt. Aldi Colin. Gryph. Col. Mer. Bas. et Frob. *præmisit.* Bong. 1. 2. *et quia*; Florent. Leid. et Voss. 1. *ut quia et*; Voss. 2. *ut quia equites pediti erant mixti.* Florent. *et quam pinguissimum*; Leid. *et quum pinguissimum*; Voss. 2. *quam pinguissimum*; et sic Bong. 1. sed exscalpto m. Ald. *esse solum.* Pal. 1. *et pabulo.* Voss. 1. 2. Florent. Leid. alii cum edd. vett. post *omnes* addunt *errant.* 'Sed Freinsh. Acidalium secutus hoc verbum pro glossemate rejecit.' Cunz. Bas. *de captis dati.*—21 Florent. Leid. et Voss. 2. *appellabant*; Voss. 1. *appellabat.*—22 Pith. *quies necessaria.*—23 *Ita refectis* vulgg. ante Freinsh. *prima vigilia* Pal. 1. *ægre præterit* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Amst. et Lugd. *montium jugum* Voss. 1. 2. Amst. et Lugd. *ad p. dimittit* Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Col. Bas. et Mer. *concursu vacata* Florent. *cavata t. interruperat* Pith.—24 Florent. Voss. 1. Leid. et Bong. *ad hoc.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *implicati et cohærentes.* Pith. *objecerent.* Mer. *Sepem.*—25 Florent. Leid. et Voss. 1. *continenti fronte.* Pith. *nec aurium.* Edd. antiq. cum Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Both. *quæ concutientibus*; Florent. Leid. Ald. Frob. et Mer. *qui concurrentibus*; Voss. 2. *qui concutientibus*; Voss. 1. Bong. Amst. et Lugd. *quæ concurrentibus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *sonum edebant*;

debant. 26. Tandem expectata lux° omnia, quæ terribiliora nox fecerat, minuit: circumiri brevi spatio poterat eluvies;ʲ ᵖ et sibi quisque dux itineris cœperat fieri. 27. Evadunt ergo in editum verticem: ex quo hostium statione conspecta, strenue armati a tergo se ostendunt nihil tale metuentibus; quorum pauci, qui congredi ausi erant, cæsi sunt. 28. Itaque hinc morientium gemitus, hinc ad suos recurrentium miserabilis facies, integros quoque, antea quam discrimen experirentur, in fugam avertit.ᵏ 29. Fremitu deinde in castra, quis Craterus præerat, illato; ad occupandas angustias, in quibus pridie hæsitarat, miles educitur: 30. simul et Philotas, cum Polyperconte Amyntaque et Cœno diversum iter ingredi jussus, alium terrorem intulit barbaris. 31. Ergo undique Macedonum armis fulgentibus ancipiti malo oppressi, memorabile tamen prælium edunt: ut opinor, ignaviam quoque necessitas acuit, et sæpe desperatio spei causa est. 32. Nudi complectebantur armatos, et ingenti corporum mole secum ad terram detrahentes, ipsorum telis plerosque fodiebant. 33. Ariobarzanes tamen, XL. ferme equitibus et quinque millibus peditum stipatus, per mediam aciem Macedonum cum

ʲ *Brevi circuitu declinari poterat vorago.*
ᵏ *Etiam involumes fugere coëgit priusquam, &c.*

Ald. et Bas. *sonum edebat*; Frob. Mer. Col. et Amst. *sonum reddebat.*—27 Voss. 2. *ergo inditum*, et mox *strue armati.*—28 Voss. 1. 2. Florent. Leid. et Bong. *antequam discrimen.* Pal. 1. *in fugam vertit fremitus.*—29 Florent. Leid. Voss. 1. Colon. Sigeb. et Bong. *Craterus præsidebat.* Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. et Bong. *pridie hæserant*; Voss. 2. *pridie hæsitarant*; Mer. *pridie hæsitaverat.* 'Errat Curtius. Scribendum erat: *ante diem tertium, &c.*' Schmieder. Voss. 2. *miles seducitur.*—30 Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. et Mer. *simul Philotas*, omisso *et.* Alii *ingredi jussis.*—31 *Undique ergo* Voss. 1. 2. Bong. et Amst. *Macedonum animis* Mer. ex compend. *ăimis.* Voss. 2. *miserabile*, et in marg. *memorabile.*—32 Mer. *complectebant.*—33 Pal. 1. *decem ferme equitibus.* Pith. *et quinque millia*; Ald. Col. et Mer. *et millibus*, omisso *quinque*; Bong. 1. 2. et Voss. 1. *et II. millibus*; Bas. *et* 5. *peditum millibus*; Fauch. ut in textu.

NOTÆ

° *Expectata lux*] Arrianus ante lucem, ea ipsa qua profectus est nocte, ad hostium stationes pervenisse indicat. Apud quem reliqua non multum diversa reperies.

ᵖ *Eluvies*] Vorago concursu torrentium cavata, *unc fondriere.*

multo suorum atque hostium sanguine erupit; Persepolim urbem caput regionis occupare festinans. 34. Sed a custodibus urbis exclusus, consecutis strenue hostibus, cum omnibus fugæ comitibus renovato prælio cecidit. Craterus quoque raptim agmine acto supervenit.

v. 1. Rex eodem loco, quo hostium copias fuderat, castra communivit. Quanquam enim undique fugati hostes victoriam concesserant; tamen prærupta præcipitesque fossæ, pluribus locis objectæ, abruperant iter; sensimque et caute progrediendum erat, jam non hostium, sed locorum fraude suspecta.[a] 2. Procedenti ei literæ redduntur a Tyridate, custode regiæ pecuniæ, indicantes, 'eos, qui in urbe essent, audito ejus adventu, diripere velle thesauros; properaret occupare: expeditum iter esse, quanquam [a] Araxes amnes interfluat.' 3. Nullam virtutem regis istius magis, quam celeritatem laudaverim: relictis enim pedestribus copiis, tota nocte cum equitibus, itineris tanto spatio fati-

[a] *Cum jam non hostium insidiæ, sed locorum difficultas timeretur.*

---

1 *Rex eodem in loco* edd. vett. ante Freinsh. *castra communit* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Amst. et Lugd. *c. communiit* Mer. *c. commovit* Col. *Quanquam eum undique* Voss. 2. *progrediundum erat* Voss. 1. 2. Leid. Florent. et Bong. 2.—2 Voss. 2. *ei l. traduntur.* Bong. Voss. 1. 2. Florent. et Leid. *Tyridate;* Ald. *Theridate.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *pecuniæ regiæ.* Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *properaret occupare*, et legunt: *thesauros dimissos;* Dan. *properaret occupare thesauros dimissos;* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Bas. Col. Mer. Frob. *thesauros properaret occupare thesauros dimissos:* Pith. *thesauros properaret occupare dimissos thesauros.* 'Hoc *dimissos* interpretatur Cunze per 'amissos,' vel 'relictos.' Sic Cæsar, B. G. VIII. 5. 'Nuper enim devicti complura oppida dimiserant.' Eidem jure jejuna hæc periphrasis: *ii, qui in urbe essent*, suspecta est, eamque tollit. Mihi et vox *indicantes* ex glossa esse videtur, et totum locum sic legere malim: *Procedenti literæ redduntur a Tyridate, custodes regiæ pecuniæ, audito ejus adventu, diripere velle thesauros; properaret occupare dimissos.* Si in vulgata acquiescis, *occupare* est prævenire, et *properaret occupare* pro, opinione celerius obreperet direpturis.' *Schmieder.*—3 Leid. bis repetit *istius.* Bong. Florent. et Voss. 1. 2. omittunt *magis.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *enim.* Edd.

NOTÆ

[a] *Quanquam*] Emendat Freinshemius: *quam qua;* id est, 'præterquam qua Araxes interfluit.' Quomodo enim expeditum iter vocetur, si amnis interfluit qui sine ponte trajici non possit? *Araxes*] Supra cap. 4. Sed ne putes haud procul Persicis Pylis agenti hæc nuntiata esse, vide quæ dicta sunt ibidem de Persepoli et Rhogoni fluvio.

gatis, ad Araxen prima luce pervenit. 4. Vici erant in propinquo; quibus dirutis, pontem ex materia eorum, subditis saxis, strenue induxit.[a] 5. Jamque haud procul urbe[b] erant, cum miserabile agmen, inter pauca fortunæ exempla memorandum, regi occurrit. Captivi erant Græci ad quatuor millia fere, quos Persæ vario suppliciorum modo affecerant: 6. alios pedibus, quosdam manibus auribusque amputatis, inustisque barbararum literarum notis, in longum sui ludibrium reservaverant; et cum se quoque alienæ ditionis esse cernerent, volentes regi occurrere non prohibuerant. 7. Inusitata simulacra, non homines videbantur; nec quicquam in illis præter vocem poterat agnosci: plures igitur lacrymas commovere, quam profuderant ipsi: quippe in tam multiplici variaque fortuna singulorum, intuentibus similes quidem, sed tamen dispares pœnas, quis maxime miserabilis esset, liquere non poterat. 8. Ut vero 'Jovem' illi[c] 'tandem Græciæ ultorem aperuisse oculos' conclamavere; omnes pari supplicio affecti sibi videbantur. Rex abstersis, quas profuderat, lacrymis, 'bonum habere animum' jubet; 'visuros urbes suas conjugesque:' et castra inde duo ab urbe stadia communit. 9. Græci excesserant vallo, deliberaturi, quid potissimum a rege peterent: cumque aliis 'sedes in Asia rogare,' aliis 'reverti domos' pla-

[a] *Admodum diligenter construxit.*

vett. ante Snak. *Araxem;* Voss. 1. 2. Leid. Florent. Bong. Lugd. et Amst. *Araxen.*—4 Multæ edd. ante Freinsh. *quibus direptis ac dirutis.*—5 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Pal. 1. et Dan. *procul urbem.* Voss. 1. *memorando negi.*—6 Voss. 2. *alios peditibus.* Voss. 1. *inustis b. l. notis.*—7 *Invisitata* Leid. Voss. 1. et Bong. *nec q. illis* Voss. 2. omisso *in.* Pal. 1. *poterat cognosci.* Voss. 2. *quam p. ipsi ipse.* Pal. 1. et Mer. *vitam* pro *in tam,* facili errore. Voss. 2. *loqui vere non poterant.*—8 Bong. 2. omittit *conclamavere;* pro quo Voss. 1. *clamavere.* Voss. 2. *omnis.* Pal. 1. omittit *pari,* et mox *sibi* deest in Mer. Paulo post *animum habere* Pith. *et castra in duo* Florent. Leid. et Voss. 1. *inde* non habetur in Bong. *communiit* Mer.—9 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *sedem in Asia;* Voss. *sedem in Asiam;* Mer. *sedes in Asiam.* Flo-

NOTÆ

[b] *Urbe*] Persepoli; de qua infra pluribus, cap. 6. *Quatuor millia*] Diodorus octingentos solum scribit.

[c] *Illi*] Græci captivi. *Omnes*] Qui cum Alexandro erant, sic dolebant quasi eadem supplicia tulissent.

ceret; 10. Euthymon [d] Cymæus ita locutus ad eos fertur: 'Hi qui modo ad opem petendam ex tenebris et carcere procedere erubuimus, ut nunc est, supplicia, (quorum nos pudeat magis an pœniteat, incertum est) ostentare Græciæ velut lætum spectaculum cupimus? 11. At ii optime miserias ferunt, qui abscondunt: nec ulla est tam familiaris infelicibus patria, quam solitudo, et status prioris oblivio. Nam qui multum in suorum misericordia ponunt, ignorant, quam celeriter lacrymæ inarescant. 12. Nemo fideliter diligit, quem fastidit; nam et calamitas querula est, et superba felicitas. Ita suam quisque fortunam in consilio habet,[e] cum de aliena deliberat. Nisi mutuo essemus miseri, olim alius alii potuissemus esse fastidio. Quid mirum est, fortunatos semper parem quærere? 13. Obsecro vos, olim vita defuncti, quæramus locum, in quo hæc semesa membra obruamus: ubi horribiles cicatrices celet exilium. Grati prorsus conjugibus, quas juvenes duximus, revertemur! Liberi [e] in flore et ætatis et rerum agnoscent,

[e] *Suæ quisque fortunæ rationem habet.*

---

rent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 2. *Euctemon Cymeus;* Ald. *Euthymo Cymæus;* Voss. 2. *Eutenon bimeus;* Pal. 1. *Thymæus;* Bas. Mer. et Col. *Eutemon;* Guait. *Eutician.*—10 *Hii* Florent. Leid. et Voss. 1. *Nos* vulgg. *Hi, Iii,* vel *Nos* pro gloss. habet Both. *etiam ad opem* Florent. Leid. Amst. et Lugd. *et ad opem* Voss. 2. Venett. Veron. Mediol. Bas. Mer. Frob. et Col. *ut nunc simplicitas nostra est, supplicia.*—11 Leid. et Voss. 1. 2. *tam familiaris est.* Pal. 1. et Voss. 2. *miseria ponunt.* Voss. 2. et Mer. *lacrimæ marescant.*—12 Edd. ante Schmieder. *et nisi mutuo.* 'Verius hoc puto: *deliberat, ut, nisi mutuo, &c.*' Both. 'Vocem *et* cum tribus codd. [Florent. Leid. et Voss. 1.] abjeci.' *Schmieder.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *miseri essemus.* 'Cum Scheffero mallem: *Quid mirum, et fortunatos, &c.*' Schmieder.—13 *Obsecro nos* Voss. 2. *defunctis* Col. *semesa obruamus grati* Voss. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. omissis reliquis; Voss. 2. omittit: *in quo hæc semesa membra obruamus,* retentis reliquis. Pal. 1. et Ald. retinent: *horribiles c. c. exilium.* Ed. pr. Venett. Veron. Mediol. Junt. Ald. Colin. Gryph. &c. *Ingrati prorsus;* Dan. Bong. Venett. 1. 2. Florent. et Leid. *Grati prorsus.* Florent. Leid. Bong. Ed. pr. Ve-

NOTÆ

[d] *Euthymon*] Aliis *Euctemon. Cymæus* gentile nomen est, Κυμαῖος a Κύμη, *Cuma,* quæ urbs Æolidis fuit e regione Lesbi insulæ; vel, quod hic rectius puto, a Cyme Peloponnesi in Minore Achaia.

[e] *Liberi*] An liberi nostri, ætate florentes rebusque secundis superbi, nos in ergastulis detritos et pæne consumtos agnoscent ut patres?

et fratres ergastuli detrimenta? 14. Et quota pars nostri tot obire terras potest? procul Europa in ultima Orientis relegati, senes, debiles, majore membrorum parte mulctati, tolerabimus scilicet, quæ armatos et victores fatigaverunt. 15. Conjuges deinde, quas captis sors et necessitas unicum solatium applicuit, parvosque liberos trahimus nobiscum, an relinquimus? cum his venientes nemo agnoscere volet: 16. relinquemus ergo extemplo præsentia pignera, cum incertum sit, an visuri simus ea quæ petimus? Inter hos latendum est, qui nos miseros nosse cœperunt.' 17. Hæc Euthymon. Contra Theætetus Atheniensis orsus est dicere: 'Neminem [f] pium habitu corporis suos æstimaturum, utique sævitia hostis, non natura calamitosos. Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortuita: tristem enim de mortalitate ferre sententiam, et desperare misericordiam, quia ipse alteri denegaturus sit. 18. Deos, quod ipsi nunquam ausi optare forent, offerre patriam, conjuges, li-

nett. Rom. Vet. an. 1474. Veron. et Mer. *agnoscent fratres;* Voss. 1. omittit *et fratres;* nonnullæ vett. habent: *et fratres agnoscent.* 'Acidalius aptissime conjecit: *Liberi in flore et ætatis et r. patres agnoscent.*' Cunz.—14 *Et quo ita* Pith. *memorum parte* Pal. 1. *mutilati* vulgo pro *multati.* Dan. *quæ armati.* Voss. 2. omittit *et* ante *victores.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. *fatigarunt.*—15 *Conjuges demum* Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Mer. et Col. *C. deinde* Voss. 1. Florent. Leid. Bong. alii. Voss. 2. *quas captas.* Florent. Leid. et Voss. 1. *fors;* Pal. 1. *sors.* Florent. *an reliquimus.*—16 Pal. 1. Voss. 1. et Leid. *relinquimus ergo.* Bong. 2. et Voss. 1. *templo;* Voss. 2. Bong. 1. Pal. 1. et Pith. *exemplo;* Theocr. Mod. Amst. et Lugd. *extemplo* omittunt. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et vulgg. *præsentium.* Pith. *cum incerti simus.* Florent. Voss. 1. et Bong. *illa quæ petimus.* Pal. 1. *Inter hæc,* et mox *quæ nos.*—17 Bong. 1. 2. Fauch. Florent. et Voss. 1. *Euctemon;* Pal. 1. *Euthemon;* Pith. *Teutemon;* Ald. *Euthymo;* Bas. Col. et Mer. *Eutemon.* Pal. 1. *Theatetus;* Leid. *Theatetis;* Voss. 2. *Thetus;* Ald. Bas. Frob. Mer. et Col. *Theatus;* Bong. 1. 2. *Theateus;* Fauch. *Theatheteus;* Bong. 1. diversa manu *Æthas.* Pal. 1. *æstima sævitia utique, &c.* Frob. *non naturæ;* Pal. 1. *non natura calidosus.* Dan. Pith. et Fauch. *qui erubescere fortuite;* Voss. 2. Pal. 1. Ed. pr. Venett. Rom. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. *qui erubesceret fortunæ;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *erubescere fortuito.* Mod. et vulgatæ fere omnes ante Freinsh. *tristem eum.* Mer. *desperare debet.* Voss. et alii edd. *quam;* Bas. 1. *qui.*—18 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *op-*

NOTÆ

[f] *Neminem*] Neminem ex ipsorum cognatis, liberis, conjugibus, qui modo pius esset, ipsos minoris æstimaturum, propter deformata mutilitaque corporis membra.

beros, et quicquid homines vel vita æstimant, vel morte redimunt.[d] 19. Quin illi ex hoc carcere erumperent, alium domi esse cœli haustum,[e] alium lucis aspectum: mores, sacra, linguæ commercium etiam a barbaris expeti; quæ ingenita ipsi omissuri sint sua sponte; non ob aliud tam calamitosi, quam quod illis carere coacti essent. 20. Se certe rediturum ad penates et in patriam, tantoque beneficio regis usurum: si quos contubernii liberorumque, quos servitus coëgisset agnoscere, amor detineret; relinquerent,[f] quibus nil patria carius est.' 21. Pauci hujus sententiæ fuere: ceteros consuetudo, natura potentior, vicit. Consenserunt, 'petendum esse a rege, ut aliquam ipsis attribueret sedem.' 22. Centum ad hoc electi sunt: quos Alexander ratus, quod ipse præstare cogitabat, petituros, 'Jumenta,' inquit, 'assignari quæ vos veherent, et singulis vestrum mille denarium[h] dari jussi. Cum redieritis in Græciam, præstabo, ne quis statum suum, si hæc calamitas absit, vestro credat esse meliorem.' 23. Illi obortis lacrymis terram intueban-

[d] *Quicquid homines æque ac vitam diligunt, vel mortis periculo tuentur.*
[e] *Jucundius in patria duci spiritum.*

tare ausi; Pal. 1. *ausi optare forent.* Voss. 1. *vitam.* Voss. 2. *extimant.*—19 Voss. 1. *morum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et vulgo: *quæ ingentia.* Florent. Leid. et Voss. 1. *obmissuri.* Florent. Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Mer. *sunt sua.* Leid. *quoacti essent.*—20 Voss. 2. *liberorum,* omisso *quæ.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *relinqueret;* Pal. 1. *linqueret;* Pith. *liquerent.*—21 Florent. Leid. Bong. Dan. et Pal. 1. *natura potior;* Voss. 1. *natura pocior.*—22 Vulgg. *lecti sunt;* Fauch. *alecti sunt;* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *allecti sunt.* Voss. 1. *raptus* pro *ratus.* Voss. 1. *adsignare;* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Pal. 1. et Ald. *adsignari;* Bas. Amst. et Lugd. *assignavi.* Dan. Pal. 1. et Bong. *milia denarium;* Florent. Leid. Voss. 1. et edd. vett. *mille denarium.* Pith. *jussi dari;* Pal. 1. *dari jussit.* Mox Florent. Leid. et Voss. 1. 2.

NOTÆ

[f] *Relinquerent*] Ii certe conjuges liberosque in servitute susceptos desererent, qui patria sua Græcia nihil carius haberent.

[h] *Mille denarium*] Mille Drachmas, hoc est, sextam talenti partem; de qua vide c. VI. *Denarium* pro *Denariorum*, ut apud Quadrigarium in Annal. III. 'mille hominum occiditur.' Gell. lib. I. cap. 6. ubi 'mille' substantivum est, cum in plurali sit quoque adjectivum. Quanquam in ipso singulari semper adjectivum esse contendit Scioppius Ep. 14. ut 'mille denarium' per Ellipsin dicatur pro 'res mille denarium;' cui ego non facile assentiar; crediderimque potius nusquam, nisi forte in plurali, adjectivum esse.

tur, nec aut erigere vultus aut loqui audebant: tandem rege tristitiæ causam exigente, Euthymon similia iis, quæ in consilio dixerat, respondit. 24. Atque ille, non fortunæ solum eorum, sed etiam pœnitentiæ misertus, 'terna millia denarium singulis dari' jussit: denæ vestes adjectæ sunt, et armenta cum pecoribus ac frumento data, ut coli serique attributus iis ager posset.

VI. 1. Postero die convocatos duces copiarum docet, 'nullam infestiorem urbem Græcis esse quam regiam[a] veterum Persidis regum: hinc illa immensa agmina infusa: hinc Darium[b] prius, deinde Xerxem Europæ impium intulisse bellum: excidio illius parentandum esse majoribus.' 2. Jamque barbari, deserto oppido, qua quemque metus agebat, diffugerant: cum rex phalangem nil cunctatus inducit. Multas urbes, refertas opulentia regia, partim expugnaverat, partim in fidem acceperat: sed urbis hujus divitiæ vicere præterita. 3. In hanc totius Persidis

ne qui statum.—23 *Illi abortis* Pal. 1. et Voss. 2. *Illi obhortis* Voss. 1. *Eutemon* Bong. Bas. Col. et Mer. *Eutenen* Florent. *Emettemon s. his* Voss. 2.—24 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *miseretur;* Pal. 1. et Ald. *miseratus.* Voss. 2. *tria millia;* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *terna m. denariorum.* Voss. 2. *denariis* pro *denæ.* Pith. *frumenta data.* Voss. 2. *attributis his;* Mer. *attributus his.*

1 'Sapit ταυτολογίαν vox *infusa*, sequentibus: *Europæ* intulisset bellum. Malim itaque *effusa.*' Both. Florent. Leid. et Voss. 1. *dein* pro *deinde.* Leid. et Voss. 2. *Xersem;* Voss. 1. *Xèrxsem.* Mer. *parendum esse.*—2 Pith. omittit *diffugerant*, pro quo Pal. 1. habet *diffuderant.* Voss. 2. *cum et falangem;* Pal. 1. et Mer. *quum et phalangem.* Nonnullæ edd. vett. *partim expugnarat.* Pith. *divitiæ incertæ praterea.*—3 *In hac* Ald. Paulo post Florent. Leid. et Voss. 2.

NOTÆ

[a] *Regiam*] Persepolim, quæ aliis Persapolis, Straboni Περσαίπολις vocatur; Græco utique nomine, quod nequaquam Persis usitatum putaverim. Sed quod fuerit illud Persicum nomen, non ita promtum est divinare. Vide infra quæ dicemus ad cap. 7. Hanc Cyrus condiderat et in ea regiam collocaverat. Quanquam alia quoque Persagadis, alia Gabis regia ejusdem fuit, eodem teste Strabone. Idemque totius imperii sedem Babylone statuere decreverat.

[b] *Hinc Darium*] Hystaspis filium, de quo nos supra lib. III. cap. 10. et lib. IV. cap. 1. *Deinde Xerxem*] Ibidem. *Parentandum*] 'Parentare' dicuntur proprie liberi, cum suorum parentum exequias celebrant. Quæ quia sacrificiis plerumque cohonestabantur, et quidem earum rerum quas defuncti vehementer aut amassent aut odissent; idcirco docet Alexander placatum iri Græcorum veterum manes Persepolis excidio.

opes congesserant barbari: aurum argentumque cumulatum erat: vestis ingens modus:[a] supellex non ad usum modo, sed ad ostentationem luxus comparata. 4. Itaque inter ipsos victore ferro dimicabatur: pro hoste erat, qui pretiosiorem occupaverat prædam: et cum omnia, quæ reperiebantur, capere non possent; jam res non occupabantur, sed æstimabantur.[b] 5. Lacerabant regias vestes, ad se quisque partem trahentes: dolabris pretiosæ artis vasa cædebant: nihil neque intactum erat, neque integrum ferebatur: abrupta simulacrorum membra, ut quisque avellerat, trahebat. 6. Neque avaritia solum, sed etiam crudelitas in capta urbe grassata est: auro argentoque onusti vilia captivorum corpora trucidabant; passimque obvii cædebantur, quos antea pretium sui miserabiles fecerat.[c] 7. Multi ergo hostium manus voluntaria morte occupaverunt;[d] pretiosissima vestium induti, e muris semet ipsos cum conjugibus ac liberis in præceps jactantes. Quidam ignes, quod paulo post facturus hostis videbatur, subjecerant ædibus, ut cum suis vivi cremarentur. 8. Tandem 'suis' rex 'corporibus et cultu fœminarum abstinere' jussit. Ingens pecuniæ captivæ modus traditur,[e] prope ut

[a] *Magna vestium pretiosarum copia.*
[b] *Res non temere rapiebantur, sed æstimato pretio deligebantur.*
[c] *Quos pretii spes misericordia dignos antea effecerat.*
[d] *Præverterunt hostium gladios.* [e] *Ingens captæ pecuniæ summa fuisse dicitur.*

omittunt *modo*.—4 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. *quæ recipiebant*; Ed. pr. Venett. Mediol. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Col. et Mier. *quæ recipiebantur*. Vulgg. *nam res*; Voss. 1. 2. Florent. Leid. aliique codd. *jam res*.—5 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *ad se quemque*; Voss. 1. *patres trahentes*; Voss. 2. et Pal. 1. *partes trahentes*; Leid. *partem traëntes*.—Pal. 1. *dolabra*. Leid. *vasa cædebant*. Florent. Voss. 1. 2. Leid. et Bong. *neque integrum*. Voss. 2. *adrupta s. membra*. Florent. et Leid. *atvellerat*; Dan. et Voss. 1. 2. *advellerat*; Pith. *advelleret*.—6 Voss. 1. *urbe crassata*. Leid. *cedebantur*. Leid. Voss. 1. et Dan. *quos ante*; Voss. 2. *quos animo*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *miserabilis*. Florent. *fecerant*, pro quo Dan. *sit*.—7 'Modius conjecit: *manu voluntariam mortem*, quod a stylo Curtii minime quidem abhorrere videtur; (cf. IV. 4. 12.) cum vero in codd. nulla extet varietas, et Curtius addat non gladio, sed e muris jactando semet ipsos interemisse, equidem nihil mutandum puto.' *Cunz*. Pal. 1. omittit *semetipsos*. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *in p. jacientes*. Voss. 1. et Bong. 2. *subjecerat ædibus*. Pal. 1. *cum s. una cremarentur*.—8 '*Tandem suos* scripsi, ad vitandam ambiguitatem, cum Acidalio et Nic. Heinsio.' *Bothe*. Florent. Leid. Voss. 1. 2.

fidem excedat: 9. ceterum aut de aliis quoque dubitamus, aut credimus, in hujus urbis gaza fuisse C. et XX. millia[c] talenta: ad quæ vehenda (namque ad usus belli secum portare decreverat) 'jumenta et camelos a Susis et Babylone contrahi' jussit. 10. Accessere ad hanc pecuniæ summam captis Persagadis[d] sex millia talentorum. Cyrus Persagadum urbem condiderat, quam Alexandro præfectus ejus Gobares tradidit. 11. Rex arcem Persepolis, III. millibus Macedonum præsidio relictis, 'Nicarchidem tueri' jubet: Tyridati quoque, qui gazam tradiderat, servatus est honos, quem apud Darium habuerat: magnaque exercitus parte et impedimentis ibi relictis, Parmenionem Craterumque præfecit. 12. Ipse cum mille equitibus peditumque expedita manu interiorem[e] Persidis regionem, sub

et Bong. *captæ pecuniæ*.—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan. *dubitavimus*; Pal. 1. et Ald. *dubitamus*. Florent. Leid. et Voss. 1. *C. et XX. millia*; Pith. *millia C. et XX*. Pro *talenta* alii *talentum*; Florent. *talenta at*. Voss. 2. *quæ vehenda*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *et a Susis et a Babylone*; Ald. Bas. et Col. pro *Susis* habent *suis*.—10 Pith. omittit *Accessere*. Pro *captis* Pal. 1. *capitis*. Vulgg. *Pasergadis*; Amst. *Pasargadis*; Voss. 2. *Parsagadis*, ut mox; Florent. Leid. Voss. 1. ceteri, et optt. edd. *Persagadis*. Bong. *sex m. talentum*. Florent. et Leid. *Parsagadam*; Bong. *Persagadam*; Amst. et Leid. *Pasargadum*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bas. Col. Mer. et Ald. *Globaris*; vulgg. *Gobares tradit*. 'Legendum *Chobaris*, ut lib. VII.' *Bothe*.—11 Freinsh. et recentt. *Nicarthidem*; Dan. *Michartidem*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Nichartiden*; Pal. 1. et Voss. 2. *Niarchidem*; Ald. Col. Bas. Mer. et Frob. *Nicartidem*; Elz. *Nicatriden*. 'Scripsi *Nicerchidem* cum Arrian. Hist. Ind. XVIII. 5.' *Schmieder*. Voss. 2. *Thiridati*; Ald. *Theridati*; Voss. 1. Florent. Leid. Bong. alii, *Tyridati*. Voss. 2. *apud D. habebat*. Rutgers. conj. *magnæque exercitus parti*. Pro *ibi* Voss. 2. *sibi*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et

NOTÆ

[c] *C. et XX. millia*] De talentis dictum lib. III. cap. ult. Adde his sex millia Persagadis reperta, tum quinquaginta millia Susis capta, denique sex et viginti millia Ecbatanis, ut infra videbimus, lib. VI. cap. 2. Summa confiet talentorum CCII. millium: præter ea quæ Damasci, Arbelis, et Babylone sunt excepta.

[d] *Persagadis*] Aliter *Parsagadis*. Dicta sunt enim 'Persagada' quasi 'Persarum castra,' ut auctor est Strabo; propterea quod illo ipso loco condita sunt a Cyro, ubi Astyagem Medorum regem decretoria pugna profligarat. De qua vide Justinum lib. I. Legunt alii *Passargada*, levi nec inusitata trajectione literarum. Illic sepulcrum erat Cyri, de quo nos infra lib. X. cap. 1. 'Persagades, dum,' dixit Curtius.

[e] *Interiorem*] Maxime Borealem et a mari remotissimam, quæ montana est, eademque frigidissima.

ipsum Vergiliarum[f] sidus,[f] petiit: multisque imbribus et prope intolerabili tempestate vexatus, procedere tamen, quo intenderat, perseveravit. 13. Ventum erat ad iter perpetuis obsitum nivibus, quas frigoris vis gelu astrinxerat. Locorum squalor et solitudines inviæ fatigatum mi-

[f] *Sub ipsum sideris Pleiadum occasum.*

Bong. *Parmeniona.*—12 Pal. 1. *Vigiliarum sidus.*—13 *Locorumque* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colln. Gryph. Bas. Mer. Lugd. et Amst. Pro *inviæ*, quod Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. exhibent, Voss. 2. Pal. 1. et Ald. præbent *viæ*.

NOTÆ

[f] *Vergiliarum*] Vergiliæ septem stellæ sunt conglobatæ, quas alii alia in parte Tauri collocant, alii Taurum inter et Arietis caudam; prout varie visum est signorum figuras situmque definire. Ex iis una lucidior est, tertiæ, ut vocant, magnitudinis; ceteris quinta sextave tribuitur. Unicum in longitudinem gradum occupant, in latitudinem triginta septem minuta cum dimidio. Sed recentiores Mathematici conspiciliorum ope plusquam quadraginta alias cum istis sparsas detexerunt. 'Vergiliæ' dictæ feruntur a 'vere,' cujus tempore oriebantur. Eædem Pleiades, πλειάδες, a πλέω, *navigo*; quod aptum navigationi tempus ortu suo signarent; vel a Pleione, Oceani filia, uxore Atlantis. Finguntur enim Atlantis et Pleiones fuisse filiæ; ex quo 'Atlantides' quoque appellantur. Propria singularum nomina Electra, Alcinoë, Celæno, Sterope, Maia Mercurii mater, Taygete, Merope, quarum ultima vix apparet; pudore, inquiunt, poëtæ, quod Sisypho mortali homini nupserit, cum sex aliæ Diis immortalibus junctæ fuerint. Sed quid est *sub ipsum Vergiliarum sidus*? an sub Ortum? an sub Occasum? Ac licet de alterutro constaret intelligendum esse; adeo intricata apud veteres utriusque ratio est, vix ut certum possit accurateque definitum tempus notari. De Ortu quidem accipi hic non posse persuadet quæ sequitur hyemis atrocissimæ descriptio; sed nec difficultate caret si de occasu ipso accipiatur. Primum enim occasus ille ad 40. vel 48. diem ab autumnali æquinoctio apud veteres figitur, a Plinio circa III. Idus Novembris; at fieri non potest, ut a Kal. Octob. quibus pugnatum est ad Arbela, ad captam usque Persepolim, non amplius quadraginta dies intercesserint: cum apud unam Babylonem totos triginta quatuor dies commoratus sit. Deinde Vergiliarum Occasus hyemem inchoat, ipso teste Plinio: atqui jam tum inchoatam esse oportuit, cum Alexander Susidas Pylas oppugnatum ibat, et 'nix cumulata vento ingredientes fatigabat,' cap. 4. Quare falsum erit quod hic scribit Curtius, profectum Alexandrum Persepoli *sub ipsum Vergiliarum sidus*, si presse angusteque sumatur. Sed πλειάδων nimirum et populariter accipi potest de toto illo hyemis initio, quod 'Vergiliarum sideri,' hoc est, tempestatibus quas illæ excitare putantur, maxime obnoxium est. De quibus adi fuse disserentem Petavium Uranol. lib. II. cap. 9. 10. Ricciolum Almag. Novi tom. I. &c.

litem terrebant, 'humanarum rerum terminos se videre' credentem. Omnia vasta, atque sine ullo humani cultus vestigio [g] attoniti intuebantur; et 'antequam lux quoque [g] et cœlum ipsos deficerent,' reverti jubebant. 14. Rex castigare territos supersedit: ceterum ipse equo desiliit, pedesque per nivem et concretam glaciem ingredi cœpit: erubuerunt non sequi, primum amici, deinde copiarum duces, ad ultimum milites. Primusque rex, dolabra glaciem perfringens, iter sibi fecit: exemplum regis ceteri imitati sunt. 15. Tandem propemodum invias sylvas emensi, humani cultus rara vestigia et passim errantes pecorum greges reperere: et incolæ, qui sparsis tuguriis habitabant, cum se callibus inviis septos esse credidissent, ut conspexere hostium agmen, interfectis, qui comitari fugientes non poterant, devios montes, et obsitos nivibus petiverunt. 16. Inde per colloquia captivorum paulatim feritate mitigata, tradidere se regi: nec in deditos gravius consultum.[h] 17. Vastatis deinde agris Persidis, vicisque compluribus redactis in potestatem, ventum est in Mardorum [h] gentem bellico-

[g] *Sine ullo humanæ habitationis signo.*
[h] *Nihil acerbe factum adversus eos qui se dediderant.*

Voss. 2. *credentes.* Mox pro *atque* Dan. Leid. et Florent. *quæ;* Bong. et Voss. 1. *que.* Pal. 1. *defecerant.* Voss. 1. *reverti jugebant;* Voss. 2. *r. videbantur;* Pal. 1. *r. videbant;* Ald. Colin. Gryph. et Elz. *r. volebant.*—14 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. et Pal. 1. *desiluit.* Florent. Leid. et Voss. 1. *per nives.* Mox Pal. 1. *dolabro.*—15 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *repperere.* Pal. 1. *qui Sparthon.* Idem codex et Voss. 2. omittunt *cum se;* Pith. habet: *cum callibus se.* Col. *invii;* Voss. 2. *inviis spectos esse.* Pal. 1. et Voss. 2. *qui imitari fugientes;* Amst. et Lugd. *qui fugientes comitari;* vulgg. *qui fugientes sequi.* Bong. Florent. Leid. et Voss. 2. *nivibus obsitos;* Voss. 1. Pal. 1. et Bong. 1. 2. *nubibus obsitos.*—16 *Deinde per, &c.* vulgg.—17 Pal. 1. *Mardeorum.* Flo-

NOTÆ

[g] *Lux quoque*] Vel, *ὑπερβολικῶς*, vel admodum imperite dictum; quasi subjectas Polo Arctico tenebras prope attigissent, ubi lux eos cœli solisque deficeret, qui vix quatuor et triginta gradus ab æquatore circulo remoti erant.

[h] *Mardorum*] Montana Persidis, qua Mediam Susianamque contingit, quatuor præcipue gentes incolebant, Uxii, Elymæi, Cossæi, Mardi; perpetuis inter se latrociniis potius quam bellis assueti. Strabo lib. xv. Arrianus lib. Rer. Indic. Sunt qui hoc loco Curtium erroris postulent ac *ἀνωτιολογίας*, quippe qui nullo auc-

sissimam, et multum a ceteris Persis cultu vitæ abhorrentem. Specus in montibus fodiunt, in quos seque ac conjuges et liberos condunt: pecorum aut ferarum carne vescuntur. 18. Ne fœminis quidem pro naturæ habitu molliora ingenia sunt: comæ prominent hirtæ: vestis super genua est:[1] funda vinciunt frontem; hoc et ornamentum capitis et telum est. 19. Sed hanc quoque gentem idem fortunæ impetus domuit. Itaque trigesimo die, posteaquam a Persepoli profectus erat, eodem rediit. 20. Dona deinde amicis ceterisque pro cujusque merito dedit: propemodum omnia, quæ in ea urbe ceperat, distributa.

VII. 1. Ceterum ingentia animi bona, illam indolem, qua omnes reges antecessit, illam in subeundis periculis constantiam, in rebus moliendis efficiendisque velocitatem, in deditis fidem, in captivis clementiam, in voluptatibus

[1] *Hirsuti earum capilli eriguntur, vestis ad genua non descendit.*

rent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *bellicosam.* Voss. 2. *Speluncas in m. fodiunt in quosque seque; vulgo: in quos se.*—18 *Nec fœminis* vulgg. Pal. 1. *comæ permanent.*—19 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. *tricesimo die postquam a Persipoli;* Bong. 2. etiam *Persipoli.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *redit.* Pal. 1. *amicis ceteris,* omisso τῷ *que.*

1 Pal. 1. et Voss. 2. omittunt in ante *subeundis.* Pro *deditis,* ut in Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. et Mer. *deditos* habent Florent. Leid. Voss. 1.

NOTÆ

tore scribat Mardos intra Persidem ab Alexandro aditos subactosque, quos idem ipse lib. VI. cap. 5. Hyrcaniæ confines facit, et jamdiu mortuo Dario, nondum tamen domitos. Sed quid hi Arriano facient, qui cum in lib. IV. Exped. eadem de Mardis Hyrcaniæ vicinis retulerit, idem tamen libro, quem dixi, Rer. Indic. Mardos in Persiæ montanis reponit, et ab Alexandro eadem hyeme cum Uxiis et Cossæis subactos affirmat; in quo astipulantem habet quoque Strabonem lib. XI. et XV. ubi pro *Μαραοὶ* legendum *Μάρδοι.* Necesse est igitur alios alibi Mardorum populos extitisse. Nec vero difficile crediderit, qui sciet Mardos a Ptolemæo ad mare Persicum, et in Armenia; a Plinio juxta Euxinum, et in Sarmatia Asiatica reponi. Ut merito sentiat eruditus Isaacus Vossius 'Mardos' non tam gentis proprium nomen, quam inditum ob mores fuisse; quod alias de Troglodytis observavimus. Quanquam nec illud incredibile, plures extitisse colonias prædatricis gentis, et per montana huc illuc excurrentis ad latrocinia. Nec inficias tamen iverim geminam in Mardos expeditionem sic narrari a Curtio hic, et lib. VI. cap. 5. ut quæ ceteri de unica referunt, ad duas accommodasse videatur.

permissis quoque et usitatis temperantiam, haud tolerabili vini cupiditate fœdavit. 2. Hoste et æmulo regni reparante tum cum maxime bellum, nuper subactis, [quos vicerat,] novum[que] imperium aspernantibus, de die inibat convivia, quibus fœminæ intererant: non quidem quas violari nefas esset; quippe pellices licentius, quam decebat, cum armato vivere assuetæ. 3. Ex his una Thais[a] et ipsa temulenta, 'maximam apud omnem Græcorum initurum gratiam,' affirmat, 'si regiam Persarum jussisset incendi: expectare hoc eos, quorum urbes barbari delessent.' 4. Ebrio scorto de tanta re ferenti sententiam unus et alter, et ipsi mero onerati, assentiunt: rex quoque [fuit] avidior, quam patientior: 'quin igitur ulciscimur Græciam, et urbi faces subdimus?' 5. Omnes incaluerant mero: itaque surgunt temulenti ad incendendam urbem, cui armati pepercerant.[b] Primus rex ignem regiæ injecit; tum convivæ et ministri pellicesque. Multa cedro[c] ædificata erat regia:

2. Bong. et plurimæ edd. ut etiam mox *captivos*. Pal. 1. *quoque permissis*. Leid. *cupiditate sedavit*.—2 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *cum maxime*, omisso *tum*; Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Frob. *tum maxime*, omisso *cum*. Pal. 1. *bello*. Multæ edd. post Modium omittunt *quos vicerat*, et τὸ *que* post *novum*, quas voces servant edd. antiq. cum Freinsh. Cellar. Pitisc. Maitt. Tell. Snak. Barb. Bip. Cunz. et Bothe. Illas pro gloss. habet Cunz. Mox vulgg. *violare nefas*. Voss. 1. 2. Florent. Leid. et Bong. *pelices*, ut semper.—3 *Ex his T. et ipsa temulenta una maxime* Voss. 2. *omnes* deest in Pal. 1. *omnes Græcos* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *regia Persarum* Pal. 1.—4 Vulgg. ante Freinsh. *re referente*; Freinsh. Cellar. Pitisc. et recentt. *re ferente*; Dan. et Ald. *referente*; Amst. *referenti*; Florent. Leid. Pal. 1. Voss. 1. 2. Frob. Mer. Col. et Bas. *re ferenti*. 'Sic dedi cum multis codd.' *Schmieder*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *unus alter*, omisso *et*, quod superscriptum est in Fauch. *adsentiuntur* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. in Fauch. deletum est *ur*. Leid. et Voss. 1. *avidior fuit*. 'Inducendum esse *fuit* recte monuit J. Fr. Gronovius.' *Schmieder*. Voss. 2. *subjicimus*; Pal. 1. *subicimus*.—5 Voss. 1. omittit: *regiæ i. t. c. et ministri*, et mox habet: *erant regiamque*; Bong. 2. *erat regiamque*; Florent. *erat regiam*. Pal. 1. *igne*

NOTÆ

[a] *Thais*] Hanc Diodorus Athenis ortam fuisse tradit, quæ patriæ memor ab Xerxe quondam incensæ, clademhanc incensa Persarum regia ulciscivoluerit.

[b] *Pepercerant*] Quamvis enim supra cap. 6. dixisset Alexander, 'illius excidio parentandum esse majoribus;' vel hoc tamen ex animo non dixerat, vel, mutato consilio, diripere atque expilare contenti fuerant.

[c] *Multa cedro*] Hujus regiæ descriptionem habes apud Diodorum lib. XVII.

quæ celeriter, igne concepto, late fudit incendium. 6. Quod ubi exercitus, qui haud procul ab urbe tendebat,[a] conspexit; fortuitum ratus, ad opem ferendam concurrit. 7. Sed ut ad vestibulum regiæ ventum est; vident regem ipsum adhuc aggerentem faces. Omissa igitur, quam portaverant, aqua, aridam materiam in incendium jacere cœperunt. 8. Hunc exitum habuit regia totius Orientis,[d] unde tot gentes ante jura petebant;[b] patria tot regum; unicus[g] quondam Græciæ terror; molita mille navium[e] classem et exercitus, quibus Europa inundata est, contabulato mari[f] molibus perfossisque montibus,[g] in quorum specus fretum immissum est. 9. Ac ne longa quidem ætate, quæ excidium ejus secuta est, resurrexit.[h] Alias urbes habuere

[a] *Qui non longe a Persepoli castra habebat.*
[b] *Ex qua tot populi antea leges accipiebant.*

accepto.—6 Pal. 1. *ab urbe cedebat.* Voss. 2. *ratus fortuitum.*—7 Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. *adgerantem faces.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Ald. *igni aridam.* Florent. Leid. et Bong. omittunt *materiem.*—8 *Hinc exitum* Mer. *tot g. antea* Florent. Leid. et Voss. 1. *molita X. millium navium* Ed. pr. Venett. Rom. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Frob. Col. Colin. Gryph. Mer. et Bas. *molita XM. navium* Voss. 2. *molita CD navium* Fauch. et Bong. 1. *mille* deest in Bong. 2. et Voss. 1. *molita mille navium* Pith. et edd. post Modium.—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Col. et Amst. *Ac ne tam longa;* Scheff. mavult: *Ac ne tam longa hac quidem ætate.* Hæc: *quas nunc, &c.* usque ad *decreverat* cap. VIII. § 1. In Voss. 1. prorsus omissa sunt; unde totum locum pro spurio atque insititio habet Cunzius. Scheff. legendum censebat: *Alias urbes, quas habuere*

NOTÆ

[d] *Regia totius Orientis*] Erant aliæ quoque Persarum regiæ; ut vidimus, cap. 6. sed ista omnium præcipua, regumque sedes consueta.

[e] *Mille navium*] Cum Xerxes Græcis bellum inferret; ac plerique ultra mille ducentas numerant, nec pauciores onerarias. Vide Herodot. lib. VII. Justinum. lib. II.

[f] *Contabulato mari*] Cum idem Xerxes ad exercitum in Europam trajiciendum Hellesponto ex navibus pontem injecit.

[g] *Perfossisque montibus*] Ab eodem ferunt montem Atho Macedoniæ perfossum esse ad MD. passus, ut immisso mari circumnavigari posset. De quo vide Isaacum Vossium ad Melæ lib. II. cap. 2.

[h] *Resurrexit*] Quid si ne cecidit quidem? Sane reliqui scriptores, Arrianus lib. III. Strabo lib. XV. Diodorus, quem Noster potissimum sequi solet, lib. XVII. solam Cyri regiam concrematam referunt. Ac si urbs ipsa funditus excisa foret, quomodo idem Diodorus lib. XIX. inter illa successorum Alexandri bella Persepolim adhuc regni caput diceret? quid mirum igitur si 2 Macchab. cap. IX. Persepolim tentasse Antiochus legitur? At 1 Macchab. cap.

Macedonum reges,[i] quas nunc habent Parthi: hujus vestigium non inveniretur, nisi Araxes amnis ostenderet: haud procul mœnibus fluxerat: inde urbem fuisse XX. stadiis distantem, credunt magis quam sciunt accolæ. 10. Pudebat Macedones, tam præclaram urbem a comessabundo rege deletam esse. Itaque res in serium versa est; et imperaverunt sibi, ut crederent,[e] 'illo potissimum modo fuisse delendam.' 11. Ipsum, ut primum gravatam ebrietate mentem quies reddidit, pœnituisse constat et dixisse, 'majores pœnas Persas Græcis daturos fuisse, si ipsum in solio regiaque Xerxis respicere coacti essent.' 12. Postero die Lycio,[j] itineris, quo Persidem intraverat, duci, XXX. talenta dono dedit. Hinc in regionem Mediæ[k] transiit, ubi

[e] *Et sibi ultro persuaserunt ut putarent, &c.*

---

reges, nunc habent Parthi. Voss. 2. *non invenitur.*—10 Frob. Mer. Bas. Col. et Ald. *tam claram.* Leid. et Dan. *comesabundo;* Ald. *commesabundo.* Ald. Colin. Gryph. Col. Bas. et Mer. *et impetraverunt;* Voss. 2. *et imperaverunt vel speraverunt;* Pal. 1. *et imperaverunt igitur.* Pal. 1. *fuisse delendum.*—11 Pal. 1. *gravatam ebrietatem.* Leid. Voss. 2. et Ald. *regiaque Xersis.* Florent. Leid. Voss. 2. Bong. alii: *Xerxis conspicere c. essent.*—12 Voss. 2. *Lecio* pro *Lycio.* Mer.

NOTÆ

VI. ubi eadem referuntur, Elymais est. Quod urbis nomen eo loco esse dubium non est, quamvis et regionis quoque sit. Ab 'Elam' fit 'Elymais:' Elam sive Elamitæ, Persæ sunt; 'Elymais' igitur 'Persepolis.'

[i] *Macedonum reges*] Alexander ejusque successores qui in Perside regnarunt aliquamdiu. *Nunc Parthi*] Infra lib. VI. cap. 2. *Araxes*] Vide supra cap. 4.

[j] *Lycio*] Supra, cap. 4. *XXX. talenta*] De talentis lib. III. cap. ult.

[k] *Mediæ*] Media, quam Græci a Medo Ægei et Medeæ filio dictam fingunt, in duas a Strabone partes dividitur, Mediam Majorem et Atropatiam. Media Major, a Septemtrione Caspio Mari, ab Ortu Hyrcania et Parthia, a Meridie Persia, ab occasu Assyria et Atropatia terminatur. Hodiernum nomen dicunt esse *Aderbaion*, cujus tres præcipue partes feruntur, *Ghilan, Yerack Agemi*, et *Dilemon:* in secunda est *Hispahan* sive *Aspahan* Persarum hodie regum sedes. Atropatia, sive Atropatene, inter Mediam Majorem, Armeniam, et Caspium mare extendebatur ad usque Araxis amnis ostia, ut docet Strabo lib. XI. Addit ab Atropatò Duce vocatam, qui, ne Macedonum ea in potestatem veniret, obstitit. Rectius dixeris, *ne in potestate Macedonum maneret*, Alexandro mortuo videlicet; nam viventi Atropatem cum sua Satrapia subjectum fuisse certum est ex Arriani lib. IV. et VII. in ea is regnum sibi peculiare constituit, cujus successio ad ipsius ætatem Strabonis duravit. Recentioribus *Sirvan* appellatur. Stetit Medorum im-

supplementum novorum militum a Cilicia occurrit: peditum erant quinque millia, equites mille: utrisque Plato Atheniensis præerat: his copiis auctus Darium persequi statuit.

VIII. 1. Ille jam Ecbatana [a] pervenerat, caput Mediæ: [urbem hanc] nunc tenent Parthi,[b] eaque æstiva [c] agentibus sedes est.[c] Adire deinde Bactra decreverat: sed veritus, ne celeritate Alexandri occuparetur,[d] consilium iterque mutavit. 2. Aberat ab eo Alexander stadia MD.[d] sed jam

[a] *Hic locus est in quo æstatem degunt.*
[b] *Ne Alexandri diligentia anteverteretur.*

Hinc in regionem. Florent. Leid. et Voss. 2. *e Cilicia militum.* Pal. 1. *peditum erat.* Florent. *V. millia.* Dan. Pith. Fauch. et Bong. 1. omittunt *equites.* Pro *mille* Pith. *M.* Bong. 1. Florent. et Leid. CD, ut fere semper; sed deest in Fauch. *Platon* Leid. Voss. 2. Dan. et Pal. 1.

1 *Ille in Ecbatana* Voss. 2. *urbs hæc* Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Dan. Bong. 1. et Fauch. *urbis hæc* Pith. *ea æstiva* Col. et Mer. alii: *æstiva gentibus.* Voss. 2. *deinde Bactra.* Voss. 1. *verat* pro *decreverat.* 'Pro interpretatione habeo verba: *celeritate Alexandri.*' Bothe. Vide Not. Var.—2 Dan.

NOTÆ

perhum ad Cyrum usque, ut lib. IV. diximus. Sed de ejus initio atque intervallo magna est scriptorum discordia, de qua vide Petavium Ration. Part. II. lib. II. cap. 14. et in Parte II. de Doct. Temp. lib. X. Marshamum in Chronico, &c.

[a] *Ecbatana*] Erat hæc in Mediæ Majoris prope centro condita, ut in Judithæ libro legimus, ab Arphaxado Medorum Rege, quem vulgo Deiocem esse putant, eum qui primus Medorum regum ab Herodoto ponitur, longe diversus ab illo Arbace qui ademtum Assyriis imperium ad Medos transtulisse scribitur a Diodoro. Verum enimvero Diodorus ipse jam imperante Semiramide Ecbatana fuisse prodit lib. II. Ita sive Arphaxad, sive Deioces ille, quisquis fuit, non auctor, sed instaurator amplificatorve habendus esset. De quibus consule quos dixi, Petavium, Marshamum, &c. Errant autem recentiores Geographi, qui cum hodiernum *Tauris* vetera Ecbatana esse velint, illud tamen in Atropatia, hoc est, in Provincia *Sirvan* constituunt. Nam et vetusti scriptores Strabo, Ptolemæus, &c. in Magna Media collocant, et vel ex eo manifestum esse potest, quod Ecbatanis æstiva Parthi reges agere consueverant, quorum in ditione, ut vidimus, Atropatia non erat.

[b] *Nunc tenent Parthi*] Infra lib. VI. cap. 5.

[c] *Æstiva*] Propter æstatis moderatum iis locis calorem; quemadmodum Seleuciæ vel Ctesiphonte in Babylonia hyemem ducere consueverant, quod istic nullum prope frigus esset. Bactra lib. VII. cap. 16.

[d] *Stadia MD.*] Centum octoginta quinque milliaria et quingentos passus. Sed multo longius intervallum erat a Persepoli ad Ecbatana. Cum enim Susa Persepoli distarent, teste Strabone, IV. M. CC. stadiis, plus ta-

nullum intervallum adversus celeritatem ejus satis longum videbatur. Itaque prælio magis, quam fugæ se præparabat. 3. XXX. millia[e] peditum sequebantur, in quibus Græcorum erant quatuor millia, fide erga regem ad ultimum invicta: 4. funditorum quoque et sagittariorum manus quatuor millia expleverat: præter hos III. millia et CCC. equites erant, maxime Bactrianorum. Bessus præerat, Bactrianæ [urbis] regionis[que] præfectus. 5. Cum hoc agmine Darius paulum declinavit[f] via militari, jussis præcedere lixis impedimentorumque custodibus. 6. Consilio deinde advocato: 'Si me cum ignavis,' inquit, 'et pluris qualemcumque vitam honesta morte æstimantibus, fortuna junxisset; tacerem potius, quam frustra verba consumerem. 7. Sed majore, quam vellem, documento et virtutem vestram, et fidem expertus, magis etiam conniti debeo, ut dignus talibus amicis sim, quam dubitare, an vestri similes adhuc sitis. 8. Ex tot millibus, quæ sub imperio

---

Bong. 1. 2. aliusque unus Freinshemii: *stadia* ∞. Bong. 2. *adversis*. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *velocitatem* pro *celeritatem*. Voss. 2. *se parabat*; Bong. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. Frob. et Bas. *se præparabant*.—3 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *fideliter e. regem*; Voss. 2. *fidelium e. regem*.—4 Voss. 2. et *trecentum equites*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Vett. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *maxime Parthienorum*. Vulgg. *His Bessus præerat*. 'In codd. [Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. &c.] abest *urbs* et *que*; quos ego sequor.' *Schmieder*.—5 Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt *Darius*, pro quo Voss. 2. habet *Darii*. Bong. 2. et Voss. 1. *jussis p. lixis*; Ald. *jussis p. lyxis*. Schmieder τὸ *que* post *impedimentorum* addidit ex codd. Florent. Leid. Voss. 1. Pith. et Bong. 2.—6 *Concilio* Mer. Bas. et Lugd. Mox Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. omittunt *me*. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *et pluribus*; et sic Dan. sed correctum a m. sec. *et pluris*; Voss. 2. et Mer. *et plurimis*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *honestam mortem*; Mer. *morte honesta vitam pluris æstimantibus*. Voss. 2. et Pal. 1. *me fortuna*.—7 Pro *conniti* Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Veron. et Mer. *eo niti*; Leid. *coniti*; Dan. *conice*, et correctum *conici*.—8 Leid. *quæ s. i. fuerant*. Voss.

NOTÆ

men ab ipsa Persepoli Ecbatana distabant. Quid quod Media ipsa minimum quatuor stadiorum millibus patet ab Austro in Boream? itaque ab ingressu regionis Ecbatana usque non minus bis mille stadium superarat.

[e] *XXX. millia*] Arrianus equitum tria solum millia, sex peditum habet; in his Græcorum duo millia.

[f] *Declinavit*] Ecbatanis ad Caspias Pylas properabat, ut Parthiam Hyrcaniamque prætergressus Bactra attingeret.

fuerunt meo, bis me victam, bis fugientem persecuti estis. 9. Fides vestra et constantia, ut regem me esse credam, facit. Proditores et transfugæ in urbibus meis regnant: non hercule qui tanto honore digni habeantur, sed ut præmiis eorum vestri solliciteutur animi: meam tamen fortunam quam victoris maluistis sequi; dignissimi, quibus, si ego non possim, Dii pro me gratiam referant: et me hercule referent. 10. Nulla erit tam surda posteritas, nulla tam ingrata fama, quæ non in cœlum vos debitis laudibus ferat. Itaque etiam si consilium fugæ, a qua multum abhorret animus, agitassem; vestra tamen virtute fretus obviam issem hosti. 11. Quousque enim in regno exulabo, et per fines imperii mei fugiam externum et advenam regem, cum liceat experto belli fortunam aut reparare quæ amisi, aut honesta morte defungi? 12. nisi forte satius est expectare victoris arbitrium, et Mazæi et Mithrenis[s] exemplo precarium accipere regnum nationis unius, ut jam malit ille gloriæ suæ, quam iræ obsequi. 13. Nec Dii siverint, ut hoc decus mei capitis aut demere mihi quisquam aut condonare possit:[t] nec hoc imperium vivus amittam; idem-

[t] *Nec Dii patiantur ut hoc diadema, frontis meæ ornamentum, aliquis mihi detrahere possit, aut reddere amissum.*

---

2. *in eo*, facili errore, pro *meo*.—9 Florent. Leid. Bong. Lugd. et Amst. *quis tanto*. Leid. Bong. et Voss. 1. *habentur*. Voss. 1. 2. Florent. Leid. et Bong. *meam fortunam tamen*. Florent. *maluisti sequi*. Pal. 1. *quibus dignissimus*. Voss. 2. *non possum*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *referunt*.—10 Voss. 1. omittit: *surda posteritas nulla tam*. Voss. 2. aliique: *etsi consilium*. Pal. 1. *obviassem hosti*; Voss. 2. *obviam isset hosti*; Voss. 1. *obviam issem hostim*.—11 Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *fugiam*. Pal. 1. *et a. patiar regem*.—12 *Ni forte* Leid. *Mathernis exemplo* Florent. *Mathrenis exemplo* Bong. 2. Pith. Dan. Voss. 1. et Leid. *Metrenus exemplo* Voss. 2. *Matienis exemplo* Pal. 1. *Mithienis exemplo* Ald. et Bas. *regnum* deest in Voss. 2. *quam i. obsequi* Florent. Leid. et Voss. 1. Venett. et Veron. *malit ille iræ suæ quam gloriæ obsequi*.—13 *Nec desiverint* Pal. 1. *Nec Di sivelint* Pith. *Nec desiverit* Voss. 2. *Nec Di siverint* Leid. *ut decus mei, &c.* Col. *ut si hoc decus mei* Frob. *possit* non habetur in Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *nec* deest in Florent. Leid. et Voss. 1. pro quo Ald. Bas. Mer. Pith. Bong. 1. 2. Pal. 1. et Voss. 2. habent *ne*. Pro *vivus* Pal.

NOTÆ

[s] *Mazæi et Mithrenis*] Mazæus Babylone tradita urbis regionisque Satrapiam obtinuerat ab Alexandro: Mithreni Sardium proditori Armenia data. Supra cap. 1. *Ille*] Alexander.

que erit regni mei, qui et spiritus, finis. 14. Si hic animus, si hæc lex, nulli non parta libertas est; nemo e vobis fastidium Macedonum, nemo vultum superbum ferre cogetur. Sua cuique dextra aut ultionem tot malorum pariet, aut finem. 15. Equidem quam versabilis fortuna sit, documentum ipse sum: nec immerito mitiores vices ejus expecto.[d] Sed si justa ac pia bella Dii aversantur; fortibus tamen viris licebit honeste mori. 16. Per ego vos decora majorum, qui totius Orientis regna cum memorabili laude tenuerunt, per illos viros, quibus stipendium Macedonia[b] quondam tulit, per tot navium classes in Græciam missas, per tot tropæa regum oro et obtestor, ut nobilitate vestra gentisque dignos spiritus capiatis; 17. ut eadem constantia animorum, qua præterita tolerastis, experiamini, quicquid deinde fors tulerit. Me certe in perpetuum aut victoria egregia nobilitabit aut pugna.'

IX. 1. Hæc dicente Dario, præsentis periculi species omnium simul corda animosque horrore perstrinxerat, nec aut consilium suppetebat aut vox; cum Artabazus, vetustissimus amicorum, quem hospitem fuisse Philippi sæpe

[d] *Nec sine ratione spero favorabilem ejus mutationem.*

1. *unius.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *qui spiritus*, omisso *et*.—14 Pal. 1. *se hæc.* Voss. 2. *e nobis.* Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *Macedonum.* Voss. 2. *ultorem pariet tot malorum.*—15 Pro *mitiores* Voss. 1. *miniciones.* Voss. 2. *vires ejus;* Voss. 1. *vices ejus expectat*, et mox *juxta* pro *justa.* Voss. 2. et Ald. *adversantur.* Pith. omittit *tamen.*—16 Florent. Leid. Voss. 1. Pith. Bong. 2. Fauch. et Dan. *regna commemorabili.* Voss. 1. *tot n. calses.* Voss. 2. *in Græcam;* Florent. et Pith. *in Græcia.* Voss. 1. *horo et obtestor.*—17 Voss. 2. *animi constantia.* Florent. *qua præterea.* Pal. 1. *deinde quicquid.* Pro *fors*, quod servant Florent. Leid. Voss. Ald. et Lugd. *sors* exhibent Voss. 2. Bas. Mer. Col. Elz. et Amst. Pal. 1. omittit *egregia.* Voss. 1. et Bong. 2. *nobilitavit.*

1 In Dan. deleta sunt: *Hæc dicente Dario*, subditis punctis, et margini appictum: *Postquam Dareus finem dicendi fecit.* Voss. 2. omittit *horrore;* Pith. habet: *horrore constrinxerat.* Florent. Voss. 1. et Bong. *Arthabazus;* Leid.

NOTÆ

[b] *Stipendium Macedonia*] Darius Hystaspis, re adversum Scythas infeliciter gesta, in Asiam rediturus, Megabyzum cum 70. millibus reliquit in Europa, qui Thraciam Macedoniamque subigeret. Vide Justin. lib. II. et VII. Eam iterum a Mardonio domitam post sex annos tradit Herodotus lib. VI. *Navium classes*] Supra cap. 7. *Gestisque*] Alias *gentisque.*

diximus,[a] 'Nos vero,' inquit, 'pretiosissima vestium induti, armisque quanto maximo cultu possumus adornati, regem in aciem sequemur; ea quidem mente, victoriam ut speremus, mortem non recusemus.' 2. Assensu excepere ceteri hanc vocem: sed Nabarzanes, qui in eodem consilio erat cum Besso, inauditi antea facinoris societate inita, regem suum per milites, quibus ambo præerant, comprehendere et vincire decreverant: ea mente, ut si Alexander ipsos insecutus foret, tradito rege vivo, inirent gratiam victoris, magni profecto cepisse Darium æstimaturi,[a] sin autem eum effugere potuissent, interfecto Dario, regnum sibi occuparent bellumque renovarent. 3. Hoc parricidium cum diu volutassent, Nabarzanes, aditum nefariæ spei præparans,[b] 'Scio, me,' inquit, 'sententiam esse dicturum, prima specie haudquaquam auribus tuis gratam. Sed medici quoque graviores morbos asperis remediis curant; et gubernator, ubi naufragium timet, jactura, quicquid servari potest, redimit. 4. Ego tamen, non ut damnum quidem facias, suadeo, sed ut te ac regnum tuum salubri ra-

[a] *Qui haud dubie plurimi faceret quod Darium vivum obtinuisset.*
[b] *Viam nefario consilio exequendo quærens.*

Arthabazeus. Pro *sæpe diximus* Acidalius vult: *supra diximus*. Alii *pretiosissima veste*; Florent. Voss. 1. 2. Ed. pr. Venett. Veron. et multæ edd. *pretiosissimam vestem.* Voss. 1. *adhornati.* Pith. *sequamur*; Pal. *sequimur.* Florent. Leid. Voss. 2. Frob. Mer. Bas. Col. Lugd. et Amst. *ut victoriam speremus*; Bong. *ut speremus victoriam*; Voss. 1. *victoriam speremus*, omisso *ut.* Florent. Leid. et Voss. 1. *vel hostem non recusemus*; Pal. 1. *mortem quidem non*, &c. Bong. 1. *hostem non r.* Bong. 2. et Dan. *hostem non*, &c. et in ora ascriptum *mortem.*—2 *Assensu accepere* Pal. 1. *Narbarzanes* Voss. 2. *inaudita antea* Pith. *intra* pro *inita* Pal. 1. *vincere* Voss. 1. et Dan. et correctum in Dan. *vincire.* Pith. *ea mente, si Alexander*, omisso *ut.* Voss. 1. 2. Florent. et Leid. *magno profecto*; Pal. 1. Dan. et Ald. *magni profecto.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. et Mer. *D. æstimari*; Voss. 2. *D. extimaturi.* Florent. Leid. Voss. et Bong. *ipsi occuparent.*—3 Leid. *diu volitassent.* Florent. *Nabarzenes.* Voss. 1. *autquaquam a. t. gratiam.* Leid. *gravores* pro *graviores*, quod deest in Voss. 2. in quo cod. etiam et Pal. 1. non habetur *jactura.*—4 Voss. 2. omittit

NOTÆ

[a] *Sæpe diximus*] Prioribus nimirum libris duobus, qui exciderunt, ubi proculdubio descripserat quemadmodum ab Ocho Persarum Rege ad Philippum Alexandri patrem confugiens, amicitiam cum eo junxisset. De quo habes in Supplem. lib. 1. cap. 2.

tione conserves. Diis adversis bellum inimus, et pertinax fortuna Persas urgere non desinit: novis [b] initiis et ominibus opus est. Auspicium et imperium alii trade interim, qui tam diu rex appelletur, donec Asia decedat hostis; victor deinde regnum tibi reddat. Hoc autem brevi futurum ratio promittit. 5. Bactra [c] intacta sunt: Indi et Sacæ in tua potestate: tot populi, tot exercitus, tot equitum peditumque millia ad renovandum bellum vires paratas habent, ut major belli moles supersit, quam exhausta sit. 6. Quid ruimus belluarum ritu in perniciem non necessariam? Fortium virorum est, magis mortem contemnere, quam odisse vitam. 7. Sæpe tædio laboris ad vilitatem sui [d] compelluntur ignavi: at virtus nihil inexpertum omittit: itaque ultimum omnium mors est, ad quam non pigre ire satis est. [e] 8. Proinde si Bactra, quod tutissimum receptaculum est, petimus; præfectum regionis ejus, Bessum, regem temporis gratia statuamus. Compositis rebus justo

[d] *Ad contemtum suæ vitæ.* [e] *Ad quam sufficit nos ire non invitos.*

---

quidem, et pro *facias* habet *faciens*, et mox *regnumque* omisso *ac*. Theocr. *ac regnum salubriori, &c.* Bong. 1. *Dis adversis;* Voss. 2. alii: *Diis aversis.* Florent. Leid. et Voss. 1. *inimur.* Voss. 2. *Persas augere.* Voss. 1. 2. Florent. Leid. Dan. Ald. Colin. Gryph. Lugd. Amst. Elz. Col. et Bas. *hominibus opus est;* Pal. *omnibus opus est.* Leid. *interim alii trade;* Voss. 1. 2. omittunt *interim.* Pith. *donec ab Asia discedat;* alii: *donec Asia discedat.* Voss. 2. *brevis ratio promittit.*—5 Leid. *intecta sunt.* Voss. 2. *et Sagi;* alii: *et Sagæ.* Pro *millia* Voss. 2. *militia.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Lugd. et Amst. *ad renovandas vires*, omisso *bellum.* Pal. 1. et Amst. *parata.* Voss. 2. *exhausta est.*—6 Leid. et Voss. 1. *contemnere*, ut semper.—7 Voss. 2. Pith. Ed. pr. Venett. Rom. Junt. Mer. et Bas. *utilitatem sui;* nostram lect. ex codd. monente Fabro, restituit Modius. *At nihil virtus* Leid. et Voss. 1. *nichil* in Voss. 2. ut semper. Voss. 1. Bong. et Dan. *pigere ire;* Pal. 1. *piget ire.*—8 Voss. 2. *quod probatissimum;* Pal. 1. *quod per latissimum.* Pro *petimus* Voss. 2. *penitus.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *regem t. gratiam.* Florent. Voss. 1. et Bong.

NOTÆ

[b] *Novis*] Novo duce opus est, qui novis ac melioribus auspiciis bellum de integro restituat.

[c] *Bactra*] Lib. VII. cap. 4. *Indi*] Lib. VIII. cap. 9. *Sagæ*] Nulla, quod sciam, apud vetustos scriptores Sagarum mentio. Nam apud Melam lib. III. cap. 5. et 7. non *Sagæ* sed *Sacæ* legendum eruditi viri censent. Quo magis adducor ut hic quoque legi credam oportere. De Sacis porro dicemus ad lib. VII. cap. 9.

In tua potestate] Sive qui Persarum imperio subditi, sive qui fœderati. Neque enim omnes Dario parebant, at suis locis visuri sumus.

regi tibi fiduciarium restituet imperium.' 9. Haud mirum est, Darium non temperasse animo, quanquam, tam impiæ voci quantum nefas subesset, latebat: itaque, 'pessimum,' inquit, 'mancipium, reperisti exoptatum tibi tempus, quo parricidium aperires!' 10. strictoque acinace interfecturus videbatur, ni propere[d] Bessus Bactrianique tristium specie, ceterum, si perseveraret, vincturi, circumstetissent. 11. Nabarzanes interim elapsus, mox et Bessus secutus, copias, quibus præerant, 'a cetero exercitu secedere' jubent, secretum inituri consilium. 12. Artabazus, convenientem præsenti fortunæ sententiam orsus, mitigare Darium, temporum identidem admonens, cœpit: 'Ferret æquo animo qualiumcumque,[e] suorum tamen, vel stultitiam vel errorem. Instare Alexandrum gravem, etiam si omnes præsto essent:[e] quid futurum, si persecuti fugam ipsius alienentur [a rege]?'[f] 13. Ea re paruit Artabazo;

[e] *Qui metuendus erat, etiamsi Darium sui omnes comitarentur.*

omittunt *statuamus*, quod Dan. appictum habet inter lineas. Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt *rebus*, quod in Dan. additum est in margine ab eadem manu. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ed. pr. Venett. Veron. Mediol. Junt. Ald. Colin. Gryph. Col. et Mer. *fiducia*; ceteri *fiduciarum*.—9 Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *non nunc temperasse*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *nefas esset*; Voss. 2. et Pal. 1. *nefas inesset*. Voss. 1. 2. Florent. Leid. *repperisti exoptatum*. Bong. *quo paricidium*.—10 Voss. 2. *strictoque acinate*. Florent. Leid. et Voss. 1. *cum videbatur*. Iidem codd. cum Dan. Ed. pr. Venett. Mediol. Rom. Veron. Junt. Mer. Col. et Bas. *Bactrianique deprecarentur tristium*; Theocr. *Bactrianique cum deprecarentur tristium*; unde conjecit Snakenburgius: *ni propere Bessus Bactrianique deprecantium pristina specie, &c.* Pal. 1. *B. deprecarentur tristem spem*. Leid. *victi* pro *vincturi*; Voss. 2. *vincti*.—11 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et plurimæ edd. *et Bessus consecutus*. Bong. 2. et Voss. 1. *jubet*.—12 Voss. 2. *Ferre æquo animo*. Bong. 1. *quali quoque*. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. omittunt *tamen*. Mox eædem edd. cum Florent. Leid. et Voss. 1. *Instare tamen*; Voss. 2. *Instare tum*. 'Me offendunt illa: *a rege*, quæ quid opus erat addi, cum ad regem ipsum Artabazus loqueretur? Ex glossa sunt, atque pro, *ea re paruit*, cum Acidalio lego, *ægre paruit*.' Schmieder.—14 Flo-

NOTÆ

[d] *Ni propere*] Nisi Bessus et Bactriani Darium circumstetissent: vultu quidem tristitiam simulantes; sed eo animo, ut si irasci Nabarzani persisteret, vimque afferret, ipsum regem in vincula conjicerent.

[e] *Qualiumcumque*] Suorum, qui qualescumque forent, ipsius erant tamen.

[f] *A rege*] Ab ipso Dario.

et quanquam movere castra statuerat, turbatis tamen omnium animis, eodem in loco substitit: sed attonitus mœstitia simul et desperatione, tabernaculo se inclusit. 14. Ergo in castris, quæ nullius regebantur imperio, varii animorum motus erant; nec in commune, ut antea, consulebatur. 15. Dux Græcorum militum Patron[e] 'arma capere' suos jubet, 'paratosque esse ad exequendum imperium.' 16. Persæ secesserant: Bessus cum Bactrianis erat; tentabatque Persas abducere, 'Bactra, et intactæ regionis opulentiam, simulque quæ manentibus instarent pericula,' ostentans. Persarum omnium eadem fere fuit vox, 'nefas esse deseri regem.' 17. Inter hæc Artabazus omnibus imperatoriis fungebatur officiis: ille Persarum tabernacula circumire, hortari, monere nunc singulos, nunc universos, non ante destitit, quam satis constaret, imperata facturos. Idem ægre a Dario impetravit, 'ut cibum caperet animumque regis.'[f]

x. 1. At Bessus et Nabarzanes olim agitatum scelus exequi statuunt, regni cupiditate accensi: Dario autem incolumi tantas opes sperare non poterant. 2. Quippe in illis gentibus regum eximia majestas est: ad nomen quoque barbari conveniunt; et pristinæ veneratio fortunæ sequitur[a]

[f] *Et regiam constantiam resumeret.*

---

rent. Leid. et Voss. 1. *ut ante consulebatur.*—15 Ald. *Patro;* Voss. 1. et Bong. 2. *Quatro.* Pal. 1. *ad obsequendum.*—16 Idem codex cum Elz. aliisque edd. vett. *Persas adducere.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. alii: *opulenta.* Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *quæ* ante *manentibus.* Voss. 2. *instare pericula.*—17 Florent. *nec non ante;* Pal. 1. *nunc ante;* Voss. 2. *non ante desistit q. s. constare,* et mox: *Idem et a Dario.* Freinsh. legi jussit: *nec ante destitit, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ed. pr. Venett. Veron. Rom. Vet. an. 1474. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Mer. et Col. *animumque regis adverteret;* Pal. 1. et Pith. *animumque regis averteret.* Vide Not. Var.

1 *At Bessus et Navas* Voss. 1. *olim excogitatum* Voss. 2. *regni c. accessit* Florent.—2 Mer. *in illis habentibus regnum eximiæ majestatis.* 'Quid quæso hæc verba Curtii, *ad nomen, &c.* sibi volunt? Num mirum aut notatu dignum erat, Persas *ad nomen* regis, h. e. quotiescumque nomine regis jussi essent, convenisse? Officium suum tali obsequio fecissent, nec quicquam amplius. Ut eximiam regum in illis gentibus ostenderet majestatem Curtius certe aptius significantiusque scripserat: *ad numen,* h. e. ad nutum. Cf. Virg. Æn. I. 137. et Lucr. III. 145.' *Cunz.* Voss. 2. *fortunæ veneratio.* Pal. 1. et

NOTÆ

[e] *Patron*] Paron apud Arrianum legitur, isque Phocæus.

[a] *Sequitur*] Non minor est apud eos regum suorum veneratio in ad-

adversam. 3. Inflabat impios animos regio, cui præerant, armis virisque et spatio locorum nulli earum gentium secunda: tertiam partem [b] Asiæ tenet: multitudo [c] juniorum exercitus, quos amiserat Darius, æquabat. 4. Itaque non illum modo, sed etiam Alexandrum spernebant; inde vires imperii repetituri,[a] si regionis potiri contigisset. 5. Diu omnibus cogitatis, placuit per milites Bactrianos, ad omne obsequium destinatos, regem comprehendere; mittique nuntium ad Alexandrum, qui indicaret, 'vivum 'asservari eum:' 6. si, id quod timebant, proditionem aspernatus esset; occisuri Darium, et Bactra cum suarum gentium manu petituri. 7. Ceterum propalam comprehendi Darius non poterat, tot Persarum millibus laturis opem regi: Græcorum quoque fides [d] timebatur. 8. Itaque, quod non poterant vi, fraude assequi tentant: pœnitentiam secessionis simulare decreverant, et excusare apud regem consternationem [e] suam. 9. Interim qui Persas solicitarent mit-

[a] *Ex ea regione vires ad recuperandum imperium acceptari.*

Voss. 2. *adversa*.—3 Pal. 1. *cui præerat*. Leid. omittit *et* ante *spatio*. Bas. omittit *earum*. 'Omnes quidem codd. *tertiam partem Asiæ;* sed hoc modo justo latius extenduntur fines Bactrianæ, et vix credo Curtium tam procul a vero aberrasse, ut dixerit, Bessi Satrapeam, quamvis magnam, *tertiam partem* totius *Asiæ* esse complexam. Itaque e loco Strabonis XI. 516. quem ex Apollodoro Adramyttено desumsit: Καθόλου τῆς συμπάσης Ἀσιανῆς πρόσχωμα εἶναι τὴν Βακτριανὴν, conjicio veram lectionem esse: *tertiam partem Asiæ.*' Cunz. Voss. 2. omittit *juniorum*, pro quo in margine habet *rumorum*. Pal. 1. *quos admiserat*.—4 Voss. 2. *illum illis modo*. Mer. *vires i. petituri*.—5 In quibusdam, *vivum asservari*, omisso *eum*.—6 Voss. 2. *quod metuebant*.—7 Voss. 2. *Græcorum fides*, omisso *quoque*.—8 Leid. Voss. 1. et Bong. *Itaque quod vi non poterant;* Voss. 2. *Itaque que vi non poterant*.—9 Dan. Florent. Leid. et Voss.

NOTÆ

versa fortuna, quam in prospera.

[b] *Tertiam partem*] Procul hoc a vero, ut suo loco constabit, lib. VII. cap. 4.

[c] *Multitudo*] Fidem non multum excedit, si vera sunt quæ narrat Diodorus ex Ctesia de quadringentorum millium exercitu, quem Oxyartes Bactrianorum rex Nino Assyriorum regi opposuit.

[d] *Græcorum quoque fides*] Græci, quod Dario fideles essent, a proditoribus timebantur.

[e] *Consternationem*] 'Consternatio' nunc 'trepidatio' vehementesque perturbatio dicitur, nunc 'defectio' ac 'seditio,' ut apud Curtium sumitur, lib. VII. cap. 2. 10. lib. VIII. cap. 1. lib. X. cap. 3. Nec dubito in eandem sensum hic accipi. Quanquam nec

tuntur: hinc spe, hinc metu militares animos versant; 'ruinæ rerum illos subdere capita;' in perniciem trahi; cum Bactra pateant, exceptura eos donis et opulentia, quantam animis concipere non possint.' 10. Hæc agitantibus Artabazus supervenit, sive regis jussu, sive sua sponte; affirmans, 'mitigatum esse Darium, et eundem illis amicitiæ gradum patere apud regem.' 11. Illi lacrymantes nunc purgare se, nunc Artabazum orare, 'ut causam ipsorum tueretur precesque perferret.' 12. Sic peracta nocte, sub lucis ortum Bessus et Nabarzanes cum Bactrianis militibus in vestibulo prætorii aderant, titulum solennis officii occulto sceleri præferentes.[c] Darius, signo ad eundum dato, currum pristino more conscendit. 13. Nabarzanes ceterique parricidæ procumbentes humi, quem paulo post in vinculis habituri erant, sustinuere venerari;[d] lacrymas etiam pœnitentiæ indices profuderunt: adeo humanis ingeniis parata simulatio est. 14. Preces deinde suppliciter admotæ Darium,[e] natura simplicem et mitem, non credere modo, quæ affirmabant, sed etiam flere coëgerunt. 15. Ac ne tum qui-

[b] *Illos suas cervices supponere ruenti imperio.*
[c] *Sub specie obeundi consueti obsequii arcanum crimen tegens.*
[d] *Ausi sunt adorare.* [e] *Postea preces quas supplicum more adhibuerunt.*

---

1. *ruinæ rei subdere illos;* Voss. 2. et Bong. *ruinæ rerum subdere illos.* Voss. 2. *acceptura eos.* Pro *donis* Freinsh. maluit *bonis.* Pro *quantam animis* Florent. Leid. Pal. 1. et Pith. habent *animis quam;* Voss. 1. 2. et Dan. *quam animis.* Voss. 2. *concipere non auderent.*—10 Pro *affirmans* Voss. 1. *et firmans.*—11 Bong. Dan. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1. *pergere se.*—12 Emendavi locum ex cod. Theocreni. Vulgo: *sub lucis ortu Nabarzanes c. B. m. in v. p. aderat, t. s. o. o. sc. præferens.* Bong. 1. *exortu;* Pal. 1. Dan. Pith. et Bong. 2. *exortum;* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *exortum et;* Fauch. Frob. et Col. *ortum;* Mer. *et ortu.* Voss. 1. *occulto celeri referentes;* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. et Bong. *o. sc. præferentes.* Bong. 2. *eundem dato;* Voss. 2. *eum dato.*—13 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Artabazus,* quod in Fauch. exscalptum est. Pal. 1. omittit *in vinculis.* Col. *sustinere.* Florent. *simulatione preces,* &c.—14 Voss. 2. et Pal. 1. omittunt: *Dar. n. s. et m. n. c. modo.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *sed flere etiam;* Pal. 1. *sed etiam flere omnes;* Voss. 2. *fere omne,* omisso *sed etiam.*—15 Voss. 1. *Ac nec tum;* Voss. 2. *At ne tum.* Voss.

NOTÆ

inepta fuerit sententia si pro 'metu' accipiatur: ut *excusare consternationem* idem sit atque 'metum' causari,'

qui illos, ut secederent, impulisset, regis iram veritos.

dem cogitati sceleris pœnituit, cum intuerentur, qualem et regem et virum fallerent. Ille quidem securus periculi, quod instabat, Alexandri manus, quas solas timebat, effugere properabat.

XI. 1. Patron autem, Græcorum dux, præcepit suis, 'ut arma, quæ in sarcinis antea ferebantur, induerent, ad omne imperium suum parati et intenti.' 2. Ipse currum regis sequebatur, occasioni imminens alloquendi eum: quippe Bessi facinus præsenserat: sed Bessus, id ipsum metuens, custos verius, quam comes, a curru non recedebat. 3. Diu ergo Patron cunctatus, ac sæpius sermone revocato,[a] inter fidem timoremque hæsitans, regem intuebatur: 4. qui ut tandem advertit oculos, Bubacen spadonem inter proximos currum sequentem 'percontari' jubet, 'numquid ipsi velit dicere.' Patron, 'se vero, sed remotis arbitris, loqui velle cum eo' respondit. Jussusque 'propius accedere,' sine interprete, (nam haud rudis Græcæ linguæ Darius erat,) 5. 'Rex,' inquit, 'ex L. millibus Græcorum supersumus pauci, omnis fortunæ tuæ comites; et in hoc tuo statu iidem, qui florente te fuimus;[b] quascumque sedes elegeris, pro patria et domesticis rebus petituri. Secundæ adversæque res tuæ copulavere nos tecum. 6. Per hanc fidem invictam oro et obtestor, in nostris castris tibi tabernaculum statue, nos corporis tui custodes esse

[a] *Sæpe inhibita voce sua.* [b] *Æque fidi atque extitimus te felice.*

1. *effugere operabat.*

1 *Patro* Ald. ut semper. Florent. Voss. 1. et Bong. *præcipit suis.*—2 Mer. *sed B. ipsum metuens*, omisso *id.*—3 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. Mer. Elz. et Amst. *sermone revocatus*; primus mutavit Modius. Voss. 1. *timorumque.*—4 Pal. 1. Ald. Elz. et Amst. *avertit oculos.* Edd. ante Snak. *Bubacem*; Voss. 1. 2. Leid. Florent. alii *Bubacen.* Edd. vett. et recentt. ante Schmieder. *ipse*, qui cum cod. Pal. 1. scripsit *ipsi.* Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *P. vero se.* Voss. 2. *Jussus*, omisso *que.*—5 Pith. *Rex, i. quinquaginta mille*; Fauch. *R. i. quinquaginta millia*, hic spatium vacuum, dein *Græcorum*; Leid. et Voss. 1. *Rex, i. LB.* Dan. pro *omnis* habet *oms*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. alii, *omnes.* Leid. Voss. 1. et Dan. *tuo s. idem.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *quascumque terras*; Bong. *q. terræ.* Mer. *pro patria et d. r. perituri.*—6 Col. *fidem invictum.* Leid. et Voss. 1. *optestor.* Bong. *tabernaculum tibi.* Pith. *custodes corporis tui.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong.

patiaris. Amisimus Græciam;[a] nulla Bactra sunt nobis; spes omnis in te, utinam et in ceteris esset. Plura dici non attinet: custodiam corporis tui externus et alienigena non deposcerem, si crederem, alium posse[b] præstare.' 7. Bessus, quanquam erat Græci sermonis ignarus, tamen stimulante conscientia indicium profecto Patronem detulisse credebat: et interpretis Græci relato sermone exemta dubitatio. Darius autem, quantum ex vultu concipi poterat, haud sane territus, percontari Patrona 'causam consilii, quod afferret,' cœpit. 8. Ille non ultra differendum ratus, 'Bessus,' inquit, 'et Nabarzanes insidiantur tibi in ultimo discrimine et fortunæ tuæ et vitæ. Hic dies aut parricidis aut tibi futurus ultimus.' 9. Et Patron quidem egregiam conservati regis gloriam tulerat.[c] 10. Eludant licet, quibus forte [ac] temere humana negotia volvi agique persuasum est.[c] Equidem æterna constitutione crediderim, nexuque causarum latentium et multo ante destinatarum,[d]

[a] *Esto, hoc irrideant qui putant res humanas casu et fortuito evenire.*

[d] *Ego quidem existimo unumquemque hominum implere vitæ modum sibi constitutum immutabili fatorum lege.*

et Lugd. *Omisimus Græciam.* Voss. 2. omittit *utinam*, pro quo Pal. 1. habet *ut*. Mox Voss. 2. omittit *tui* post *corporis*.—7 Voss. 1. *Græcis sermonis*. Leid. *et interpreti*. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *relato sermone Græci*. 'Ista verba, *et interpretis G. r. sermone*, omni carent sensu sano, neque dubium est, quin lectio, quam codd. optimi Leid. et Voss. 1. 2. exhibent, rectissima sit.' *Cunz.* Faber, ut Curtium purgaret, substituit: *et interpretis Græci remotione exemta dubitatio.* Scheffero vox Græci scripta videtur pro *Patronis*, et pro *interpretis*, vel *ab interprete*, vel *interprete* legit. Vide Not. Var.—8 Pro *concipi*, quod codd. et edd. vett. exhibent, Modius scripsit *conspici*, eumque secuti sunt multi ante Freinsh. Leid. *Nabazanes*; Voss. 2. *Anabarzanes*. Voss. 1. *in u. discriminæ et, &c.* 'Acidalius conj. *es fortunæ*, quæ mutatio tam apta mihi videtur, ut, vel adversante Freinshemio, probare eam ausim.' *Cunz.*—10 Pal. 1. *Eludunt videlicet*; Voss. 1. *Erudan videlicet*; Leid. Florent. Voss. 2. Dan. Ald. Col. *Eludant videlicet*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *forte temere*, omisso *ac*. 'Et hoc rectius; nam ita et Livius, quem Curtius noster studiosissime imitatus est, semper scripsit.' *Cunz.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. omittunt: *Equidem æ. c. crediderim.* Florent. Leid. Dan. et Pal. 1. *ex multo*; Bong. omittit *et*. Florent. et Leid.

NOTÆ

[a] *Græciam*] Cujus repetendæ nec voluntas nobis nec facultas superest. *Bactra*] Quo confugere, te sublato, possimus: ut Bessus et Nabarzanes.

[b] *Alium posse*] Si putarem in alius te custodia tutum fore.

[c] *Tulerat*] Pro 'laturus erat;' cujus locutionis non panca sunt exempla apud Freinshemium hoc loco.

suum quemque ordinem immutabili lege percurrere. 11. Darius certe respondit, 'quanquam sibi Græcorum militum fides nota sit, nunquam tamen a popularibus suis recessurum: difficilius sibi esse damnare, quam decipi: quicquid sors tulisset, inter suos perpeti malle, quam transfugam fieri. Sero se perire, si salvum esse sui milites nollent.' 12. Patron, desperata salute regis, ad eos, quibus præerat, rediit; omnia pro fide experiri paratus.[f]

XII. 1. At Bessus occidendi protinus regis impetum conceperat:[e] sed veritus, ne gratiam Alexandri, ni vivum eum tradidisset, inire non posset, dilato in proximam noctem sceleris consilio, agere gratias incipit, 'quod perfidi hominis insidias, jam Alexandri opes spectantis,[d] prudenter cauteque vitasset: donum eum[a] hosti laturum fuisse regis caput: 2. nec mirari, hominem mercede conductum omnia habere venalia, sine pignore,[b] sine lare, terrarum orbis exulem, ancipitem hostem, ad nutum licentium circumferri.' 3. Purganti deinde se, 'Deosque patrios testes

[e] *Jam tardius se moriturum esse, si proprii milites ipsum perire vellent.*
[f] *Certus quidlibet tentare ad fidelitatem Dario approbandam.*
[a] *Darii confestim necandi præcipitem cupiditatem sensit.*
[b] *Quem Alexandri felicitas jam alliciebat.*
[c] *Illum toto orbe exulem, utriusque simul partis hostem, ad eorum arbitrium huc illuc moveri, qui plus offerrent.*

---

distinatarum; Bong. *destinatorum*; Col. *destinatum*. Mer. *suum quæque*; Voss. 1. *suumque*.—11 Voss. 1. *damnare non decipi*. Pro *fors* alii *sors*. Bong. 2. et Voss. 1. *Se perire sero*; Leid. omittit *se perire*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *milites sui*.—12 Voss. 1. *desperate regis salute*; Leid. Voss. 2. et Bong. *desperata regis salute*.

1 Bong. *protenus*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *impetum ceperat*. Ald. *ne non gratiam*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *nisi vivum*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *delato*. Voss. 2. *proxima nocte*. Pal. 1. *laturum fuisset*.—2 Voss. 1. *ad nutum licencium*; Theocr. *ad nutum licitantium*; Pal. 1. *ad nutum licientium*. Bong. 2. *circumferarque*; Voss. 1. *circumfer*.—3 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Arguenti deinde*

NOTÆ

[a] *Eum*] Patronem. *Hosti*] Alexandro. *Regis*] Darii.

[b] *Sine pignore*] Cujus fides nullo certo pignore obstricta esset Dario; puta uxore, liberis, domo, &c. *Sine lare*] Lares antiquis fuere Genii quidam, sive Dii domestici: quos singulis domibus præsidere arbitrati sunt. Ex quo factum ut ipsa domus, ac potissimum pars ejus interior, 'lar' vel 'lares' appellaretur; item ut 'penates,' causa plane simili.

fidei suæ' invocanti, Darius vultu assentiebat; haud dubius quin vera deferrentur a Græcis: sed eo rerum ventum erat, ut tam periculosum[c] esset non credere suis, quam decipi: 4. XXX. millia erant, quorum inclinata in scelus levitas timebatur; IV. millia Patron habebat: quibus si credidisset salutem suam, damnata popularium fide, parricidio excusationem videbat offerri.[d] 5. Itaque præoptabat immerito, quam jure violari. Besso tamen insidiarum consilium purganti respondit: 'Alexandri sibi non minus justitiam, quam virtutem esse perspectam. Falli eos, qui proditionis ab eo præmium expectent; violatæ fidei neminem acriorem fore vindicem ultoremque.' 6. Jamque nox appetebat, cum Persæ more solito armis positis ad necessaria ex proximo vico ferenda discurrunt. At Bactriani, ut imperatum erat a Besso, armati stabant. 7. Inter hæc Darius 'Artabazum acciri' jubet; expositisque, quæ Patron detulerat, 'haud dubitare' Artabazus, 'quin transeundum esset in castra Græcorum. Persas quoque periculo vulgato secuturos.' 8. Destinatus sorti suæ, et jam nullius salubris consilii patiens, unicam in illa fortuna opem, Artabazum, ultimum illum visurus, amplectitur; perfususque

[d] *Rationem suppeditari excusandæ cædis Darii.*

---

se. Voss. 2. *Deos patrios;* Voss. 1. *Deosque patrias.* Bong. *invocati.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et multæ edd. ante Freinsh. *vultu adsentiebatur.* Voss. 1. *haud d. in vera;* Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *vera*, et mox habent *desereretur.* —4 Leid. et Voss. 2. *XXX. erant;* Bong. 2. *XXV. erant;* Pal. 1. *trecenti erant.* Mox Florent. Leid. et Voss. 1. *IIII. millia.* Iidem cum Dan. et Bong. 2. omittunt *Patron.* Ald. *paricidio;* Pith. *paricidium.*—5 Voss. 2. *Alexander sibi, &c.* Dan. in margine: *esse perspectam;* Leid. 1. Heins. *esse perfectam;* Voss. 1. etiam *perfectam*, sed in marg. *perspectam;* deest in Voss. 2.—6 *Jamque nox apparebat* Mer. *ut impetratum erat* Frob. *ut imperatum a Besso erant* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *ut i. a B. erat* Bong.—7 Voss. 2. *expositis*, omisso *que.* Voss. 1. *aut dubitare.* Voss. 2. *in castra Græcorum transeundum esset.*—8 Voss. 1. Colon. et Fauch. *perfusisque m. lacrimis*, ut edidit Modius; Sigeb. *perfusique m. lacrimis;* Ed. pr. Venett. Rom. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. Mer. Freinsh. Cellar. Pitisc. Snak. Barb.

NOTÆ

[c] *Tum periculosum*] Causam paulo post afferet: 'Quibus (Græcis) si credidisset salutem suam, damnata popularium fide; excusationem parricidio videbat offerri.'

mutuis lacrymis, 'inhærentem sibi avelli,' jubet: 'capite deinde velato,'[d] ne inter gemitus digredientem velut a rogo intueretur, in humum pronum corpus abjecit. 9. Tum vero custodiæ ejus assueti, quos regis salutem vel periculo vitæ tueri oportebat, dilapsi sunt, [cum] armatis, quos jam adventare credebant, haud rati se futuros pares. Ingens ergo in tabernaculo solitudo erat, paucis spadonibus, quia, quo discederent, non habebant, circumstantibus regem. 10. At ille, remotis arbitris, diu aliud atque aliud consilium animo volutabat. Jamque solitudinem, quam paulo ante pro solatio petiverat, perosus, 'Bubacem vocari' jubet: 11. quem intuens, 'Ite,' inquit, 'consulite vobis, ad ultimum regi vestro, ut decebat, fide exhibita: ego hic legem fati mei expecto: forsitan mireris, quod vitam non finiam? alieno scelere, quam meo mori malo.' 12. Post hanc vocem spado gemitu non modo tabernaculum, sed etiam cas-

Bip. Cunz. et Both. *perfususque m. lacrymis.* Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. Freinsh. Snak. Barb. Bip. et Cunz. *velut a rege;* Acidalius *vel a tergo,* quod recepit Cellarius; unde Raderus *velut a tergo;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ed. pr. Veron. Mediol. Vet. an. 1474. Venett. Junt. Colin. Gryph. Bas. Frob. Lugd. Amst. Col. Pitisc. Tell. Maitt. et Both. *velut a rogo.* 'Sic scripsi cum libris plurimis pro vulgato ac fatuo: *velut a rege,* suffragante etiam J. F. Gronovio.' *Schmieder.* 'Sed et hæc tam dura sunt, ut vix dubitem, τὰ *velut a rogo* insititia esse.' *Cunz.* Ald. *intuerentur.* Pal. 1. *corpus adjecit.*—9 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *custodiæ ejus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Elz. alii: *vel periculis vitæ;* Pal. 1. *vel periculo vide;* pro *vide* Voss. 1. m. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Bong. *delapsi sunt.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. *tum armatis.* 'Neutrum placuit Freinshemio, et hoc merito. Si vero *tot armatis* rescribendum putavit equidem non probo talem conjecturam, utpote nimis incongruentem et τῷ *cum,* et τῷ *tum,* nec dubito quin vera lectio sit: *nam armatis.*' Cunz. Schefferus conj. vel *XVM. armatis,* vel potius *IIIM. armatis;* tria enim millia et trecenti equites erant maxime Bactrianorum. Vulgg. non habent τὸ *cum.* Mox *solicitudo erat* Mer.—10 Voss. 2. et Pith. omittunt: *pro solatio.*—11 Pal. 1. *at regi,* omisso *ultimum.* Nonnullæ edd. vett. *alieno sc. malo, quam meo;* Acidal. malit: *quam metu meo.*—12 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *non tabernaculum modo;* Voss. 1. *non modo taber-*

NOTÆ

[d] *Capite deinde velato*] Vide lib. IV. cap. 10. *Velut a rogo*] Quod vulgati nonnulli habent, *velut a rege,* vix ullum sensum efficit; quod vero tanquam genuinum aliis placuit, *vel a tergo intueretur,* puerile profecto et ineptum. Quid est autem *velut a rogo?* Nimirum sic tanquam a regis funere bustoque discedens lacrymas gemitusque fundebat Artabazus; quem, ne Darius intueretur, caput oculosque velavit.

tra complevit. Irrupere deinde alii, laceratisque[e] vestibus lugubri et barbaro ululatu regem deplorare cœperunt. 13. Persæ, ad illos clamore perlato, attoniti metu, nec arma capere, ne in Bactrianos inciderent; nec quiescere audebant, ne impie deserere regem viderentur. 14. Varius ac dissonus clamor sine duce ac sine imperio totis castris referebatur. Besso et Nabarzani nuntiaverant sui, 'regem a semet ipso interemtum esse:' planctus eos deceperat. 15. Itaque citatis equis advolant, sequentibus, quos ad ministerium sceleris delegerant: et cum tabernaculum intrassent, quia 'regem vivere' spadones indicabant, 'comprehendi vincirique' jusserunt. 16. Rex curru paulo ante vectus, et Deorum a suis honoribus cultus, nulla externa ope admota[e] captivus servorum suorum, in sordidum vehiculum [pellibus undique contectum] imponitur. 17. Pecunia[f] regis et supellex, quasi jure belli, diripitur, onus-

[e] *Nulla externi hostis illata vi.*

naculum modo. Pith. *et barbaro ululato.*—13 Voss. 1. et Bong. 1. *ne in B. incederent.*—14 Florent. Leid. et Bong. 1. 2. *Nabazano;* Voss. 1. et Dan. *Nabarzano;* Voss. 2. *Anabarzano.*—15 Voss. *et cum in tabernaculum.* Pal. 1. *c. v. jusserat.*—16 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 2. *Deorum auspiciis ac suis;* Voss. 2. *de eorum auspiciis a suis;* Pall. 1. 2. 3. Bong. 1. Ed. pr. Venett. Mediol. Vet. an. 1474. Rom. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *Deorum auspiciis a suis.* 'Cum omnes codd. vocem *auspiciis* constantissime retineant, religionem puto eam cum Freinshemio respuere. Corruptelam loci autem quis est, quin videat? Vera lectio, sic mihi videtur, est: *Deorum auspiciis ac summis honoribus cultus;* et solitum compendium scripturæ in voce *summis* adhibitum, *suis*, vel etiam *sumis*, ansam præbuit ad locum corrumpendum.' *Cunz.* Mox de integritate verborum, *nulla externa ope admota*, dubitant Acidalius et Freinsh. Gronovius vero emend. *nulla externa vi admota.* Cunzius nihil mutandum putat, respectu eorum quæ VI. 3. 13. dicuntur. 'Hæc verba, *pellibus undique contectum*, puto ex seqq. intrusa inepte, et ejicienda.' *Scheffer.* Vide Not. Var. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Pal. 3. Col. et Mer. *contectus.*—17 Voss. 2. *P. r. supellexque.* Leid.

NOTÆ

[e] *Laceratis*] Multarum hæc gentium consuetudo fuit, in gravi luctu vel indignatione vestimenta scindere. De Persis, præter Curtium hic, et lib. III. cap. 11. ex multis aliis id probat Brisson. de Regno Pers. De Judæis crebra sunt in Sacris Literis exempla.

[f] *Pecunia*] Arrianus lib. III. septem ab eo talentorum millia scribit asportata esse ex Media: apud Strabonem lib. XV. octo millia lego, idque ex Athenæi lib. XI. firmari potest.

tique præda, per scelus ultimum parta, fugam intendunt. 18. Artabazus cum iis, qui imperio parebant, Græcisque militibus Parthienen[5] petebat, omnia tutiora parricidarum contuitu ratus. 19. Persæ, promissis Bessi onerati, maxime quia nemo alius erat, quem sequerentur, conjunxere se Bactrianis, agmen eorum tertio assecuti die. 20. Ne tamen honos regi non haberetur, aureis compedibus Darium vinciunt, nova ludibria subinde excogitante fortuna. Et ne forte cultu regio posset agnosci, sordidis pellibus vehiculum intexerant: ignoti jumenta agebant, ne percontantibus in agmine monstrari posset: custodes procul sequebantur.

XIII. 1. Alexander, audito Darium movisse ab Ecbatanis,[a] omisso itinere,[b] quod patebat in Mediam, fugien-

[a] *Ubi nuntiatum est Darium Ecbatanis discessisse.*

Voss. 1. 2. et Bong. *belli jure.*—18 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *A. cum his.* Voss. 2. *qui i. parabant.* Vulgg. *Parthienem;* Pal. 1. Lugd. et Bong. *Partienem;* Pith. *Sparthienem;* Voss. 2. *Parthiam;* Leid. Florent. et Voss. 1. *Parthienen.* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *contuitum ratus;* Voss. 2. *contuitu raptus.*—19 Pith. *Bessi honerati.*—20 Idem codex: *subinde ludibria.* Amst. *cogitante fortuna.* Pal. 1. *Ne forte cultu,* omisso *Et.* Multæ edd. vett. ante Freinsh. *percunctantibus.*

1 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *ab Hecbatanis;* Voss. 2. *a Batrianis;* Pal. 1. et Ald. *a Bactrianis;* Pith. et Col. *a Batanis;* Frob. *Echatanis;* Fauch. *ab Ecbathanis;* Bas. *Batavis.* Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. et Mer. *petebat;* edd. a Modio, *patebat.* Freinsh. mavult *parebat;* Schefferus: *omisso itinere, quo petebat,* sc. Darium, *in Mediam.* [b] Non dubito, quin hæc Historiæ Curtii et Arriani prorsus incongrua verba merum glossema sint. Alexander enim Darium insequens jamjam in ipsa Media erat. Vide Curt. v. 7. 12. et Arrian. III. 19. 10. Ecbatana, caput Mediæ, adierat, indeque in Darium ulterius moverat. Quonam igitur modo Alexander iter,

NOTÆ

[5] *Parthienen*] De Parthiene lib. VI. cap. 2. atqui jamdudum Parthienen ingressi erant antequam Darius vinciretur. Ex Arriano quippe intelligimus non prius conjectum in vincula, quam Caspias portas transisset, per quas e Media in Parthienen exitur: tum ex Justino lib. XI. constat in vico Parthorum Thara vinctum Darium fuisse. Etsi de vici nomine non assentitur Schikardus in *Tarik*, Memb. 6.

[a] *Omisso itinere*] Arrianus, cui haud paulo plus debetur fidei, non modo ingressum in Mediam Alexandrum scribit, quod ipse Curtius supra scripserat, cap. 7. sed etiam Ecbatana venisse, eoque pecuniam omnem ex Perside convehi jussisse, inde Thessalos domum remisisse, &c.

tem insequi pergit strenue. 2. Tabas oppidum est in Parætacene[b] ultima: ibi transfugæ[c] nuntiant, 'præcipitem fuga Bactra petere Darium.' 3. Certiora deinde cognoscit ex Bagistane Babylonio, 'non equidem vinctum regem, sed in periculo esse aut mortis aut vinculorum.' 4. Rex, ducibus convocatis, 'maximum,' inquit, 'opus, sed labor brevissimus superest; Darius haud procul destitutus a suis aut oppressus. In illo corpore posita est victoria nostra: et tanta res celeritatis præmium.' 5. Omnes pariter con-

quod in Mediam petebat, omittere potuit?' *Cunz.*—2 Florent. Leid. et Voss. 1. *Tabas o. e. in parte Lacene;* Voss. 2. *T. o. e. in parte Lalone;* Pall. 1. 2. 3. *T. o. e. parte Latonæ;* Mer. *T. o. e. et in parte Lacene;* Dan. Ald. Col. *T. o. e. parte Lacenæ;* Bong. quem Gruterus vidit: *T. o. e. parte Lacenæ;* Frob. Lugd. et Amst. *T. o. e. in Paretacene;* Bas. *T. o. e. in parte Lacænæ.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *ultima pervenit: ibi, &c.* Ed. pr. Venett. Veron. aliæ ante Freinsh. *ultima: quo ubi pervenit, ibi, &c.* Inde colligo ita rescribendum esse: *Tabas, oppidum in P. ultima, pervenit,* deleto otioso illo *est.*' Cunz.—3 *Bagysthene* Freinsh. Cellar. Pitisc. Snak. et recentt. *Bagistene* Ald. et Frob. *Bagistone* Voss. 2. *Bagisthene* Col. et Bas. *Bagistane* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. Mer. Lugd. et Tell. et sic Arrian. III. 21. 1. *Babylonius* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. 1. 2. 3. Fauch. Pith. et Put. Bong. 1. *non* ante *equidem* deest Bong. 1. Pall. 1. 2. 3. Pith. Put. et Fauch. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. 'Inde conjicio veram lectionem esse: *et quidem vivum regem,* ita ut *et quidem* non Bagistanis, sed Curtii verba sint, quæ respiciunt τὸ antecedens *certiora.*' Cunz. *Aut vinculorum affirmabat. Rex* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. 1. 2. Ed. pr. Venett. Rom. Mediol. Veron. Vet. an. 1474. Junt. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas.—4 Vulgo ante Freinsh. *aut vinctus aut oppressus;* alii: *aut oppressus est;* Voss. 2. *erat oppressus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. Dan. Pith. Put. et Fauch. *nostra victoria.*

NOTÆ

[b] *Parætacene*] Alii *Paritacenen* vocant, gentem *Paritacas.* In Perside ponuntur a Ptolemæo; ab Herodoto in Media. Verius, opinor, Strabo et Arrianus in utriusque confinio. Est enim Parætacene Uxiis Elymæisque vicina, et Sittacenæ inter Septemtrionem et Ortum imminet, ut docet Strabo lib. XI. ac XV. Quare Parætaceni, quos Plinius lib. VI. cap. 26. et idem Strabo antea lib. XV. Ariamæ Parthiæ et Carmaniæ finitimos faciunt, coloniæ videntur istorum fuisse; quomodo de Mardis diximus: vel Parætacenos tum appellant, quotquot montana Persidis Parthiæque finitima incolunt. Sed Tabas oppidum Parætacenes nullibi præterquam apud Curtium reperio.

[c] *Ibi transfugæ*] Hæc Alexandro nuntiata sunt, ut ait Arrianus, cum tridui tantum itinere abesset Ecbatanis, ab Ochi quondam Regis filio Bisthane; Bagistanem vero cum Maxæi filio ad Alexandrum venisse jam Caspias Pylas prætergressum. Hoc loco alii *Megistane* legunt, quod dignitatis, non hominis proprium vocabulum est. Sed pro Curtio facit quod Arrianus Bagistanem quoque Babylonium appellat.

clamant, 'paratos ipsos sequi; nec labori, nec periculo parceret.' Igitur raptim agmen cursus magis quam itineris modo ducit, ne nocturna quidem quiete diurnum laborem relaxante. 6. Itaque quingenta stadia[4] processit: perventumque erat in vicum, in quo Darium Bessus comprehenderat. 7. Ibi Melon Darii interpres excipitur: corpore æger non potuerat agmen sequi, et, deprehensus celeritate regis, transfugam se esse simulabat. Ex hoc acta cognoscit: sed fatigatis necessaria quies erat. 8. Itaque delectis equitum sex millibus, trecentos, quos 'Dimachas'[6] appellabant, adjungit: dorso hi graviora arma portabant, ceterum equis vehebantur; cum res locusque posceret, pedestris acies erat. 9. Hæc agentem Alexandrum adeunt Orsillos et Mithracenes, qui Bessi parricidium exosi transfugerant: nuntiabantque, 'stadia D. abesse Persas; ipsos brevius iter monstraturos.' 10. Gratus regi adventus transfugarum fuit. Itaque prima vespera ducibus iisdem cum

—5 Mod. Col. et Segeb. *ipsum sequi*, probante Cunzio; sed Voss. 1. 2. Florent. Leid. Dan. Pal. Ed. pr. Venett. Rom. Veron. Junt. Ald. Colin. et Gryph. *ipsos sequi*. Voss. 2. Ald. Mer. Bas. et Col. *nec p. parcere;* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. Pall. 1. 2. 3. Dan. Pith. Put. et Fauch. *nec p. parceret;* Freinsh. maluit: *neu labori, neu p. parceret.* Pal. 1. *nec nocturna.* Voss. 2. *laborem relaxantem.*—6 Voss. *perventum*, omisso *que.*—7 *Igitur Melon* Bas. *Melo* Ald. omisso τῷ *Ibi.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. Put. Fauch. et Bong. 1. 2. *agmen assequi;* Pal. 1. et Ald. *agmen sequi.* Pith. *sed deprehensus.* Pal. 1. et Voss. 2. *se esse assimulabat.*—8 Pith. *sex milia;* Fauch. et Voss. 2. *sex m. trecentis.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *Dimichas.* Vulgo ante Schmieder. *appellant;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Fauch. Pith. Put. Dan. et Bong. 1. 2. *appellabant.* Mer. *cum r. locus est;* Frob. Lugd. et Amst. *cum r. et locus.* Heinsius legi jubet: *pedestris acies erant*, probante Schmieder.—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan. *Orsilos.* Florent. Leid. Voss. 1. et Col. *Mithracenis;* Voss. 2. *Miracenis;* Pal. 1. *Mythratenes;* Dan. Pith. Put. Fauch. Bong. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Mer. *Mythracenis;* Lugd. Amst. et Frob. *Mithracenes.* Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt *qui* ante *Bessi.*—10 Leid. et Voss. 1. *ducibus iisdem.* Mox

NOTÆ

[4] *Quingenta stadia*] Sexaginta duo milliaria et semis. *Melon*] Arrianus a Bagistane et Antibelo hæc allata refert.

[6] *Dimachas*] A pugnandi modo duplici appellati sunt 'Dimachæ:' quod nunc equestri, nunc pedestri prælio decernerent. Composita vox est ex δὶς, *dupliciter*, et μάχη, *pugna.* Hos primus adhibuisse Alexander M. dicitur. Non absimile est militum genus, quos nostri vocant *Dragons.*

expedita equitum manu monstratam viam ingreditur, phalange, 'quantum festinare posset, sequi' jussa. Ipse quadrato agmine incedens ita cursum regebat, ut primi conjungi ultimis possent. 11. CCC. stadia[f] processerant, cum occurrit Brocubelus[g] Mazæi filius, Syriæ quondam prætor: is quoque transfuga nuntiabat, 'Bessum haud amplius quam CC. stadia abesse. Exercitum, utpote qui nihil præcaveret, incompositum inordinatumque procedere. Hyrcaniam videri petituros: si festinaret sequi, palantibus superventurum. 12. Darium adhuc vivere.' Strenuo alioqui cupiditatem consequendi transfuga injecerat:[b] itaque calcaribus subditis effuso[c] cursu eunt. Jamque fremitus hostium iter ingredientium exaudiebatur; sed prospectum

[b] *Alexandro jam satis sua sponte diligenti desiderium attulerat persequendi illos.*
[c] *Celerrimo.*

Freinsh. mavult: *sequi jussa quadrato agmine. Incedens, &c.* 'De verbis *agmine quadrato* præcedentibus jungendis Freinshemio assentior, propter Arrian. III. 21. Reliqua vero ex glossa mihi nata videntur, cum quis naturam et formam agminis quadrati descripturus ad marginem adjiceret: *quadrato a. i. i. c. regebat, ut p. u. e. possent*, sc. per eos, qui a latere ibant. Quæ explicatio non admodum accurata est. Omnia vero, utut vulgo leguntur, si a Curtio ipso scripta censes, erravit Curtius. Alexander enim ipse, ut ex Arriano liquet, quadrato agmine nec ibat, nec ire poterat, citatissime et cum equitibus hostem non propinquum, sed multa stadia remotum, per noctem persequens.' *Schmieder.* Vide quæ Schmieder. notavit ad Arrian. III. 21. 13. 'Equidem si quid video, servato pronomine et interpunctione vulgari, pro *Ipse* scribendum est *Ipsa*, sc. phalanx.' *Cunz.* Voss. 2. *conjungi cum ultimis.* —11 'Forte legendum *CC. stadia.*' Schmieder. Pal. 1. *Brozubelus;* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pith. Put. et Fauch. *Brochubelus;* Voss. 2. *Brocobellus;* Ald. et Bas. *Brocullus;* Frob. Mer. et Col. *Broculus;* Elz. *Proculus.* Florent. Leid. Voss. 1. Mer. Col. et Bas. *Mazei.* Pith. *is q. transfugam.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Pith. Put. et Fauch. omittunt *qui nihil;* Ald. Frob. Mer. Bas. Elz. et Col. habent *qui nihil præcaverat.* Leid. et Voss. 1. *Hirchaniam videri.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *sequi palantes;* Voss. 2. et Pal. 1. τὸ *palantibus* omittunt.—12 Florent. Leid. et Voss. 1. *Strenuo alioquin.* Voss. 2. *paulisper vero i. c. d. resideret pul-*

NOTÆ

[f] *CCC. stadia*] Septem ac triginta milliaria cum quingentis passibus. *CC. stadia*] Quinque et viginti milliaria.

[g] *Brocubelus*] Antibelus Arriano vocatur; nisi forte alius est ejusdem frater. Certe ex quo Antibelus Arriani ad Alexandrum cum Bagistane venerat, duorum ferme dierum quatuorque noctium iter supererat: quarum in ultima quadringenta stadia emensus est Alexander. Hic autem Brocubelus ducenta solum superesse nuntiat.

ademerat pulveris nubes: paulisper ergo inhibuit cursum, donec consideret pulvis. 13. Jamque conspecti a barbaris erant, et abeuntium agmen conspexerant; nequaquam futuri pares, si Besso tantum animi fuisset ad prælium, quantum ad parricidium fuerat. Namque et numero barbari præstabant et robore: ad hoc refecti cum fatigatis certamen inituri erant. 14. Sed nomen Alexandri et fama, maximum in bello utique momentum,[d] pavidos in fugam convertit. 15. Bessus et ceteri facinoris ejus participes, vehiculum Darii assecuti, cœperunt hortari eum, 'ut conscenderet equum et se hosti fuga eriperet.' 16. Ille 'Deos ultores adesse' testatur, et 'Alexandri fidem' implorans negat, 'se parricidas velle comitari.' Tum vero ira quoque accensi tela injiciunt in regem, multisque confossum vulneribus relinquunt. 17. Jumenta quoque, ne longius prosequi possent, convulnerantur; duobus servis, qui regem comitabantur, occisis. 18. Hoc edito facinore, ut vestigia fugæ spargerent,[e] Nabarzanes Hyrcaniam,[h] Bessus Bactra, paucis equitum comitantibus, petebant: barbari ducibus destituti, qua quemque aut spes ducebat aut pavor, dissipabantur; D. tantum equites congregaverant se, incerti adhuc, resisterene melius esset an fugere. 19. Alexander, hostium trepidatione comperta, Nicanorem cum equitum

[d] *Cujus magna vis est in bello.*
[e] *Ut fugæ suæ signa dividendo fallerent hostes.*

---

vis.—13 Codd. Bongarsiani: *neque quam futuri.* Voss. 2. omittit: *ad prælium q. a. p. fuerat;* et mox pro *hoc* habet *hæc.*—14 Florent. Leid. Voss. Pall. Dan. Pith. Put. Fauch. et Bong. 1. 2. *in fugam avertit.*—15 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. Dan. Pith. Put. Fauch. et Bong. 1. 2. *Bessus vero.* Voss. 1. omittit *ut* ante *conscenderet.*—16 Pro *testatur* Acidalius et Raderus malnerunt *testatus.* Mox Voss. 2. et Mer. *ita quoque.* Florent. Leid. alii *tela conjiciunt;* Voss. 1. Bongarsiani, Lugd. et Amst. *tela coiciunt;* Pal. 1. *tela iniciunt.*—17 Florent. Leid. Voss. 1. 2. alii *convulnerant.* Paulo post, Voss. 2. et Pith. *quingentos tantum equites;* sed Leid. Voss. 1. Pall. Dan. Put. Fauch. Bong. 1. 2. Ald. Colin. et Gryph. *D. t. equites.* Voss. 2. *sed* pro *se.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bongarsiani omittunt *se* ante *melius.*—19 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. Put. Dan. Fauch. Pal. et Bong.

NOTÆ

[h] *Hyrcaniam*] Ad lævum sitam versus mare Hyrcanum, de qua inferius ad lib. VI. cap. 4. *Bactra*] Recto propemodum itinere Orientem versus.

parte ad inhibendam fugam præmittit: ipse cum ceteris sequitur: III. ferme millia resistentium occisa sunt; reliquum agmen intactum more pecudum agebatur, jubente rege, 'ut cædibus 'abstineretur.' 20. Nemo captivorum erat, qui monstrare Darii vehiculum posset: singuli, ut quæque prehenderant, scrutabantur; nec tamen ullum vestigium fugæ regis extabat. 21. Festinantem Alexandrum vix tria millia equitum persecuta sunt: at in eos, qui lentius sequebantur, incidebant[i] universa fugientium agmina. 22. Vix credibile dictu, plures captivi, quam qui caperent, erant: adeo omnem sensum territis fortuna penitus excusserat,[f] ut nec hostium paucitatem nec multitudinem suam satis cernerent. 23. Interim jumenta, quæ Darium vehebant, nullo regente, decesserant militari via, et errore delata per IV. stadia in quadam valle constiterant, æstu simulque vulneribus fatigata. 24. Haud procul erat fons, ad quem monstratum a peritis Polystratus Macedo siti maceratus[j] accessit: ac dum galea haustam aquam sorbet, tela jumentorum defi-

[f] *Ademerat.*

1. 2. *fugam emittit.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bas. *resistentia;* Pal. 1. *restitentia;* Mer. *resistentium agmina occisa sunt.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. Dan. Pith. Put. et Fauch. *pecudum more.*—20 'Freinshemius maluit: *singulos ut quemque,* quod in quibusdum codd. extat. Attamen verbum *scrutari,* quod sequitur, quantum equidem scio, nunquam significat 'quærere ex aliquo,' sed 'excutere.' Ridicula autem fuisset sedulitas, quæ in quærendo Dario ne marsupiis quidem crumenisve hominum pepercisset.' Cuaz. Bongarsiani codd. *queque prenderant;* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *quæque prenderent;* Pal. 1. *quemque prenderent;* Voss. 2. Mer. Col. Ald. Colin. Gryph. *quemque prehenderent.*—22 Ald. *incredibile dictu.* Voss. *nec m. suorum satis cernerent.*—23 Voss. 2. *constiterant valle,* omissis *in quadam.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Ald. *æstu, simulque vulneribus,* ut in textu; sed Bong. 1. 2. Dan. Pith. Put. Fauch. Amst. et Lugd. *æstuque simul et vulneribus.*—24 Bong. 1. 2. et Fauch. *Polistratus;* Voss. 1. *Polustratus;* Pith. *plis Lustratus,* ducta per

NOTÆ

[i] *Incidebant*] Sive quod incerti qua fugiendum esset, in eos quos fugiebant, sese imprudentes conjicerent, sive quod Macedonum, quamvis lentius Alexandro incedentium, celeritate tamen occuparentur, præsertim pedites.

[j] *Maceratus*] Consumtus, confectus, exhaustus. Alias 'macerare' est aqua vel alio liquore durius quidpiam mollire paulatim ac dissolvere: quandoque 'proluere,' 'madefacere' exterius solum.

cientium corporibus infixa conspexit. 25. Miratusque confossa potius quam abacta esse, semivivi[b]....

syll. *lis* linea.—25 Hic nota defectus in Dan. nulla novi libri: margini additum: *Hic desunt plura.* In Pal. 1. nota est novi libri, qui sic incipit: *Semivivi hoc pugnæ.* In Fauch. spatio vacuo relicto ascriptum est: *Circa hunc defectum finit liber quintus: incipit sextus.* In Pith. Put. et Bong. 1. 2. uno contextu leguntur: *semivivi pugnæ discrimen, &c.* Ald. et Bas. pagellis vacuis relictis sic notant: *Hic extrema pars V. Libri desideratur, quæ infelicem Darii exitum, et fugam Bessi, qui regem suum prodiderat, continebat, in cujus supplicio tradendo Curtius a Plutarcho et Arrhiano dissentit.* Et mox: *Hic etiam prima pars VI. Libri intercidit, qua causæ belli inter Macedonas et Lacedæmonios, et apparatus utriusque gentis referebantur.* Col. *quinti libri finis deest.* Voss. 2. sine ulla nota omissionis. In Florent. unius tantum vocis lacuna relicta, sine ulla libri inscriptione: in margine ascriptum: *hic deest.* In Leid. nota defectus in marg. *hic deest.* Mer. omittit quæ in recentt. attexta sunt, (vide Not. Var.) et cum Veron. et Col. pro initio sexti libri hæc obtrudit: *Interim dum talia fierent ab Alexandro, bellum ortum est inter Macedonas et Lacedæmonios. Antipater Macedoniæ præfectus in hoc bello contra regem Lacedæmoniorum obtinuit sicut hic exponitur, pugnæ, &c.*

NOTÆ

[b] *Semivivi*] Deficientem hic Curtium sic optime supplet Freinshemius.

SUPPLEMENTUM JO. FREINSHEMII.

1. Miratusque confossa potius quam abacta esse, semivivi hominis gemitum percipit. Itaque more ingenii humani cupidus visendi quid rei vehiculo isto conderetur, dimotis pellibus, quibus obtectum erat, Darium multis vulneribus confossum reperit;[a] regius enim cultus, et aureæ catenæ, quis a parricidis vinctus fuerat, dubitationem eximebant. 2. Non erat expers Græci sermonis Darius,[b] gratiasque agebat Diis, 'qui post tanta mala, tamque gravia, hoc tamen indulsissent solatii, ne omnino in solitudine extremum spiritum effunderet.[c] 3. Itaque te,' inquit, 'quisquis es mortalium, per communem hominum sortem, a qua nec maximos regum exemtos esse præsenti spectaculo moneris, rogo quæsoque, ut hæc ad Alexandrum mandata mea perferas; nihil eorum quæ longe tristissima perpessus sum, ne hunc quidem incomparabilis calamitatis exitum, ita gravem mihi accidisse, ut hoc unum, quod

[a] Plut. Alex. p. 690. Arrian. III. 21. 16. Justin. XI. 15.
[b] Curt. V. 11. 5.
[c] Justin. l. l.

post tanta in me meosque merita adversus clementissimum victorem inimico vivendum fuit, et nunc ingrato moriendum est. 4. Sed si qua postremis miserorum votis apud Deos vis est, et cum ipso spiritu profusas preces mitius aliquod numen exaudit; ille quidem sospes et incolumis, longeque supra contagium meæ sortis et invidiam fortunæ positus, in solio Cyri gloriosam ætatem exigat: suæque virtutis memor, eum matri liberisque meis locum apud se esse patiatur, quem illi fide et obsequio meruerint: at parricidas promtum exitium consequatur, quod Alexander irrogabit, si non misericordia infelicis hostis, saltem odio facinorum, et ne impunita in aliorum etiam regum suumque ipsius exitium erumpant.' 5. Posthæc, cum siti angeretur, allata per Polystratum aqua recreatus,[d] 'Ergo,' ait, 'hanc etiam tantis calamitatibus extremam accedere oportuit, ut benemerito gratiam referre non possim![e] at referet Alexander; Alexandro vero Dii.' Dextram deinde protendit, 'eamque Alexandro, fidei regiæ pignus, ferri' jubens, apprehensa Polystrati manu animam efflavit. 6. Alexander an spiranti adhuc supervenerit, incertum est:[f] illud constat, miserabili regis opulentissimi exitu comperto, copiosas lacrymas profudisse, statimque chlamyde sibi detracta corpus operuisse,[g] et magno cum honore 'ad suos deferri' jussisse, 'ut regio Persarum more curatum monumentis majorum inferretur.'[h] 7. Ingratitudinem hominum, a quis pro summis beneficiis crudele exitium Darius pertulit, quanquam suopte ingenio horrendam et execrabilem, insigniore ad posteritatem infamia damnavit canis cujusdam mira fides,[i] qui ab omnibus familiaribus derelicto solus affuit, et quam in vivum præ se tulit benevolentiam, morienti quoque constanter præstitit. 8. Hunc vitæ finem sortius est ille, quem modo contumelia affici putabant, nisi 'regem regum, et Deorum consanguineum' salutarent: magnoque iterum experimento approbatum est, neminem magis patere fortunæ, quam qui, pluribus ejusdem blanditiis irretitus, jugum illius tota cervice receperit.

[d] Plut. l. l.
[e] Id. l. l.
[f] Diodor. Sic. XVII. 601. Arrian. l. l.
[g] Plut. l. l. Diodor. Sic. l. l.
[h] Plut. l. l. Diodor. Sic. l. l. Arrian. l. l.
[i] Euseb. in Chron. Ælian. Hist. Anim. VI. 25.

Q. CURTII RUFI

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI REGIS MACEDONUM

LIBER VI.

ARGUMENTUM.

Cap. I. Prælii inter Lacedæmonios atque Macedones descriptio. Agidis mors. Superati ad Alexandrum legatos, veniam defectionis oraturos, mittunt; quam impetrant. II. Alexander bello invictus otio et deliciis frangitur. Rumor in castris de reditu in Macedoniam. III. Hortatoria Alexandri ad milites oratio, ut bellum, in Asia inchoatum, persequantur et absolvant. IV. Zoberis, miri fluminis, descriptio. Alexander Nabarzani, per literas salutem quærenti, veniam pollicetur. Deinde, Hyrcaniam ingressus, quosdam Darii præfectos in fidem recipit. V. Artabazo summa cum animi benevolentia excepto, Græcis, qui Darium adjuverant, parcit Alexander, et, Mardorum gente debellata, Amazonicæ cujusdam reginæ petitioni satisfacit. VI. Macedones Alexandri offenduntur moribus: qui, ut seditionem averteret, ad bellum Besso inferendum mentem convertit. Quod et strategemate inchoat; ac Satibarzanem, Ariorum satrapam, quod defecisset, primum persequitur, barbaros a montibus dispellit, Artacacnam expugnat atque in Drangianam movet. VII. Conjurationem in Alexandrum Dymnus Nicomacho, hic per Cebalinum fratrem Alexandro detegit. Hinc mors Dymni, qui ipse sibi manus infert. VIII. Amicorum regiorum consilio Philotas, Parmenionis filius, conjurationis auctor et particeps creditus, capitur, ac velato capite in regiam abducitur. IX. De conjuratione adversus Philotan expostulatoria Alexandri ad milites oratio. Coram quibus Philotas adductus defensionem parat. X. Apologetica Philotæ oratio, qua conjurationis accusationem pro concione refellit. XI. Concio a quodam Belone accensa in Philotan surgit; qui paulo post, cum torqueretur, scelus fatetur, cumque reliquis sontium saxis obruitur.

SUPPLEMENTUM JO. FREINSHEMII.

1. Dum ea per Asiam geruntur, ne in Græcia quidem Macedoniaque tranquillæ res fuere.[a] Regnabat apud Lacedæmonios Agis Archidami filius, qui Tarentinis opem ferens ceciderat, eodem die quo Philippus Athenienses ad Chæroneam vicit.[b] 2. Is Alexandri per virtutem æmulus cives suos stimulabat, 'ne Græciam servitute Macedonum diutius premi paterentur: nisi in tempore providerent, idem jugum ad ipsos transiturum esse. Annitendum igitur, dum aliquæ adhuc Persis ad resistendum vires essent: illis oppressis, adversus immanem potentiam frustra avitæ libertatis memores futuros.' 3. Sic instinctis animis occasionem belli ex commodo cœptandi circumspiciebant.[c] Igitur felicitate Memnonis invitati, consilia cum ipso miscere aggressi sunt; et postquam ille rerum lætarum initia intempestiva morte destituit, nihilo remissius agebant. 4. Sed ad Pharnabazum et Autophradaten profectus Agis, triginta argenti talenta, decemque triremes impetravit, quas Agesilao fratri misit, ut in Cretam navigaret, cujus insulæ cultores inter Lacedæmonios et Macedonas diversis studiis distrahebantur. 5. Legati quoque ad Darium missi sunt, qui in usum belli ampliorem vim pecuniæ, pluresque naves peterent.[d] Atque hæc eorum cœpta clades ad Issum (nam ea intervenerat) adeo non interpellavit, ut etiam adjuverit: 6. quippe fugientem insecutus Alexander in longinqua loca magis magisque rapiebatur; et ex ipso prælio mercenariorum ingens multitudo in Græciam fuga penetraverat: quorum octo millia Persica pecunia conduxit Agis, eorumque opera plerasque Cretensium urbes recepit. 7. Cum deinceps Menon in Thraciam ab Alexandro missus, barbaros ad defectionem impulisset, adque eam comprimendam Antipater exercitum ex Macedonia in Thraciam duxisset, opportunitate temporis strenue usi Lacedæmonii totam Peloponnesum, paucis urbibus exceptis, in partes traxerunt, confectoque exercitu viginti millium peditum, cum equitibus bis mille, Agidi summam imperii detule-

[a] Diod. xvi. 89.
[b] Just. xii. 1. 5. Diod. xvii. 62.
[c] Diod. xvii. 29.
[d] Arrian. ii. 3. 10. et 18. Curt. iv. 1. 39. Arrian. ii. 3. 21. iii. 5. 10.

runt.[e] 8. Antipater ea re comperta bellum in Thracia, quibus potest conditionibus componit; raptimque in Græciam regressus, ab amicis sociisque civitatibus auxilia cogit. Quibus convenientibus ad quadraginta pugnatorum millia recensuit. 9. Advenerat et ex Peloponneso valida manus: sed quia dubiam ipsorum fidem resciverat, dissimulata suspicione gratias egit, 'quod ad defendendam adversus Lacedæmonios Alexandri dignitatem affuissent: scripturum se id regi, gratiam in tempore relaturo: in præsens nihil opus esse majoribus copiis: itaque domos redirent, fœderis necessitate expleta.'[f] 10. Nuntios deinde ad Alexandrum mittit, de motu Græciæ certiorem facturos.[g] Atque illi regem apud Bactra demum consecuti sunt; cum interim Antipatri victoria, et nece Agidis in Arcadia transactum esset. 11. Sane jam pridem tumultu Lacedæmoniorum cognito, quantum tot terrarum spatiis discretus potuit, providerat: Amphoterum 'cum Cypriis et Phœniciis navibus in Peloponnesum navigare;' Meneten 'tria millia talentum ad mare deferre' jusserat, 'ut ex propinquo pecuniam Antipatro subministraret, quanta illum indigere cognovisset.'[h] 12. Probe enim perspexerat, quanti ad omnia momenti motus istius inclinatio futura esset, quanquam deinceps adepto victoriæ nuntio suis operibus id discrimen comparans, 'murium eam pugnam fuisse' cavillatus est. 13. Ceterum principia ejus belli haud improspera Lacedæmoniis fuere.[i] Juxta * Corrhagum Macedoniæ castellum cum Antipatri militibus congressi victores extiterant: et rei bene gestæ fama etiam qui suspensis mentibus fortunam spectaverant in societatem eorum pertracti sunt. 14. Una ex Elæis Achæisque urbibus Pellene fœdus aspernabatur; et in Arcadia Megalopolis, fida Macedonibus ob Philippi memoriam, a quo beneficiis affecta fuerat. Sed hæc arcte circumsessa haud procul deditione aberat, nisi tandem Antipater subvenisset. 15. Is postquam castra castris contulit, seque numero militum alioque apparatu superiorem conspexit, quamprimum de summa rerum prælio contendere statuit: neque Lacedæmonii detrectavere certamen. 16. Ita commissa est

[e] Curt. IV. 1. 39. Diod. XVII. 48. Diod. XVII. 62.

[f] Just. XII. 1. 8. Diod. XVII. 63. Frontin. II. 11. 4.

[g] Curtius VII. 4. 32.

[h] Arrian. III. 1. 22. Arrian. II, 1. 3. 20.

[i] Plutarch. Agesilao cap. 25.

* Æschines contra Ctesiphontem. Polybius II. 48.

[j] Pausanias lib. I. Curtius VI. 1. 10.

pugna, quæ rem Spartanam majorem in modum afflixit. Cum enim angustiis locorum, in quibus pugnabatur, confisi, ubi hosti nullum multitudinis usum futurum credebant, animose congressi essent, neque Macedones impigre resisterent, multum sanguinis fusum est. 17. Sed postquam Antipater integram subinde manum laborantibus suis subsidio mittebat, impulsa Lacedæmoniorum acies gradum paulisper retulit. Quod conspicatus Agis, cum cohorte regia, quæ ex fortissimis constabat, se in medium pugnæ discrimen immisit, &c.

1. 1. . . . . pugnæ[a] discrimen immisit, obtruncatisque, qui promtius resistebant, magnam partem hostium propulit. 2. Cœperant fugere victores: [et] donec avidius sequentes in planum deduxere, inulti cadebant; sed ut primum locus, in quo stare possent, fuit, æquis viribus dimicatum est. 3. Inter omnes tamen Lacedæmonios[b] rex eminebat, non armorum modo et corporis specie, sed etiam magnitudine

1 *Hoc pugnæ* Colon. Sigeb. Const. Mod. et Rad. *obtruncatis quique* Pith. *partem ostium* Leid.—2 Voss. 2. *Cœperat* fugere. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Frob. et Col. omittunt *et* ante *donec*. Pal. 1. *in p. deducere.* Pal. 1. Dan. Pith. Put. Fauch. Bong. 1. 2. Florent. Leid. Frob. Amst. et Lugd. *inulti cadebant.* Voss. 1. Florent. Leid. Pal. 1. Dan. Pith. Put. Fauch. Bong. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Frob. Lugd. Amst. Freinsh. Cellar. Pitisc. Snak. Barb. Bip. et Both. *stare posset;* Voss. 1. Ed. pr. Venett. Rom. Veron. Mait. et Tell. *stare possent*, quod revocavit Schmieder. Leid. et Voss. 1. *equis viribus.*—3 Voss. 2. *eminebat rex.*—

NOTÆ

[a] *Pugnæ*] Ad hæc usque verba Freinshemii Supplementum pertinet. Agis, de quo sermo est, Lacedæmoniorum rex Archidamo patri ante duodecim annos successerat Olymp. CVIII. an. 3. ante pugnam ad Chæroneam, 8. itaque ut eodem die Archidamus occubuerit, quo Philippus debellavit, non tamen eodem anno. Quot fuerint hoc nomine Spartanorum reges diximus lib. IV. cap. 1.

[b] *Lacedæmonios*] Populi fuerunt Græciæ, in extrema Peloponneso ad Meridiem; aliter 'Lacones' dicti, et 'Spartani' ab urbe Laconiæ principe Sparta, maximorum ducum patria. Lacedæmonem, pulsis Achæis et Orestidis, obtinuerunt Aristodemi filii Procles et Eurysthenes Heraclidæ: quorum impressio in Peloponnesum secunda contigit ante primam Olympiadem annis 328. ante Christum 1104. post excidium Trojan. 80. Ab Eurysthene et Procle regum in illa urbe familiæ duæ propagatæ sunt; Eurysthenidarum, quæ præstantior est habita; et Proclidarum, ex qua Noster hic Agis oriundus extitit.

animi, quo uno vinci non potuit.[a] 4. Undique nunc cominus, nunc eminus petebatur, diuque arma circumferens, alia tela clypeo excipiebat, corpore alia vitabat; donec hasta femora perfossa plurimo sanguine effuso destituere pugnantem. 5. Ergo clypeo suo exceptum armigeri raptim in castra referebant, jactationem vulnerum haud facile tolerantem. 6. Non tamen omisere Lacedæmonii pugnam, et, ut primum sibi quam hosti æquiorem locum capere potuerunt, densatis ordinibus effuse fluentem in se aciem excepere. 7. Non aliud discrimen[b] vehementius fuisse memoriæ proditum est. Duarum nobilissimarum bello gentium exercitus pari Marte[c] pugnabant. 8. Lacedæmonii vetera,[c] Macedones præsentia decora intuebantur: illi pro libertate, hi pro dominatione pugnabant: Lacedæmoniis dux, Macedonibus locus deerat. 9. Diei quoque unius tam multiplex casus modo spem, modo metum utriusque partis augebat, velut de industria inter fortissimos viros certamen æquante fortuna. 10. Ceterum angustiæ loci, in quo hæserat pugna, non patiebantur totis congredi viribus: spectabant ergo plures, quam inierant prælium, et, qui

[a] *Quo solo invictus fuit.* [b] *Nullum aliud certamen.* [c] *Æquis viribus.*

4 Col. omittit *nunc cominus*, pro quo Voss. 1. habet: *nunc comminus;* Voss. 2. *cominus nunc*, et mox: *clypeo excipiebat.* Pro *femora*, quod exhibent Pal. 1. Voss. 2. Ald. Freinsh. et recentt. *femina* præbent Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pith. Put. Fauch. et Bong. 1. 2. Vide Var. Lect. ad Tibull. I. 8. 26.—5 Voss. 2. *in castra deferebant.*—6 Voss. 2. et edd. plurimæ vett. *Nec tamen.* Edd. vett. et Florent. *effusi;* ceteri codd. *effuse*, ut emendavit Acidalius. Pro *fluentem*, quod edd. antiquiss. et post Freinshemium omnes exhibent, Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. 1. 2. et edd. vett. non paucæ, *ruentem.*—7 Pal. 1. *memoriæ traditum est.* Bong. 1. *D. a. belligerantium exercitus.*—8 *Lacedæmonii veteres* Voss. 2.—9 Idem codex: *Diei quo unius, &c.* Florent. Leid. et Voss. 1. *utriusque parti;* Dan. ad marg. *utrique parti*, pro quo in textu habet *partu*, altera voce omissa. Pith. omittit *viros* post *fortissimos.*—10 Pro *congredi* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ed. pr. Venett. Rom. Vet. an. 1474. Mediol. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *ingredi.* Pro *spectabant* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ed. pr.

NOTÆ

[c] *Vetera*] Inter alia, quod victis Atheniensibus captisque Athenis toti Græciæ imperaverant: donec a Thebanis Epaminonda duce ad Leuctra profligati sunt post annos 34. Vide Justinum lib. VI. 7. 8. Cornel. Nep. in Lysandro, Alcibiade, &c.

extra teli jactum erant, clamore invicem suos accendebant. 11. Tandem Laconum acies languescere, lubrica arma sudore vix sustinens; pedem deinde referre cœpit urgente hoste, ac apertius fugere. 12. Insequebatur dissipatos victor, et emensus cursu omne spatium, quod acies Laconum obtinuerat, ipsum Agim persequebatur. 13. Ille, ut fugam suorum et proximos hostium conspexit, 'deponi' se jussit: 14. expertusque, membra an impetum animi sequi possent, postquam deficere [se] sensit, poplitibus semet excepit;[d] galeaque strenue sumta, clypeo protegens corpus, hastam dextra vibrabat, ultro vocans hostem, 'si quis jacenti spolia demere auderet.' 15. Nec quisquam fuit, qui sustineret cominus congredi:[e] procul missilibus appetebatur, ea ipsa in hostem retorquens; donec lancea nudo pectori infixa est: qua ex vulnere evulsa inclinatum ac deficiens caput clypeo paulisper excepit; deinde, linquente spiritu pariter ac sanguine, moribundus in arma procubuit. 16. Cecidere Lacedæmoniorum v. millia et CCCLX. ex Macedonibus haud amplius CCC.[d] ceterum vix quisquam nisi

[d] *In genua se sustinuit.* [e] *Qui auderet propius cum eo pugnare.*

Venett. Rom. Vet. an. 1474. Mediol. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *Expectabant.* Ald. Colin. Gryph. Col. et Mer. *qui inierant prælium.* Dan. *ascendebant.*—11 Voss. 2. *Lacedæmoniorum acies languescere cepit.* Pal. 1. *cœpit urgente hoste ut apertius fugeret;* Voss. 1. Ed. pr. Venett. Veron. Junt. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Mer. et Col. *cœpit ut urgente hoste apertius fugeret;* Florent. et Leid. *cœpit ut urgente hoste apertius fugerent;* Voss. 2. *cœpit ut urgente hoste apertius fugere;* Lugd. et Amst. *ac urgente hoste aperte fugere.*—12 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan. *dissipatus.* Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *emensus cursu,* omisso *et;* Mer. etiam omittit *et,* habetque: *mensus cursu.* Voss. 2. *acies Lacedemoniorum.* Florent. Voss. 1. et Bong. *ipsum Hagin;* Pal. 1. *ipsum agmen;* Leid. *ipsum agin.* —13 Pal. 1. *et proximos hostes;* Frob. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *et p. hostium aspexit.*—14 Eædem edd. *posteaquam deficere.* 'Vox *se,* ex prima syllaba vocabuli subsequentis nata, in quibusdam codd. [Florent. Voss. 1. 2. et Bong.] deficiens, monente Scheffero, abjicienda est.' *Schmieder.* Dan. et Bong. *clypeoque protegens.* Voss. 2. *hasta d. vibrabat.* Pal. 1. et Voss. 2. *demere audebat.*—15 *Ne quisquam* Voss. 1. Florent. et Leid. *fuit* deest in Pal. 1. et Voss. 2. qui codd. mox exhibent: *in hostem torquens.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. *ex v. evolsa.* Pal. 1. et Voss. 2. *inclinatus.* Florent. Voss. 1. et Bong. 2. *dein linquente;* pro quo Bong. 1. *delinquente;* Voss. 2. habet: *donec aliquanto spiritu.*—16 Pal. 1. Bong. 1. 2. Florent. et Leid. *Excidere;* Voss. 1. *Excedere.* Florent. *Lacedæmoniorum millia,* omisso τῶ *V.* Pro *CCCLX.* vulgo ante Freinsh. *CCCL.* Voss. 1. et Bong. *CCC.* Voss. 2. non

saucius revertit in castra. Hæc victoria non Spartam[e] modo sociosque ejus, sed etiam omnes, qui fortunam belli spectaverant,[f] fregit. 17. Nec fallebat Antipatrum, dissentire ab animis gratulantium vultus; sed bellum finire cupienti opus erat decipi: et quanquam fortuna rerum placebat, invidiam tamen, quia majores res erant, quam quas præfecti modus caperet,[g] metuebat: 18. quippe Alexander hostes vinci voluerat; Antipatrum vicisse, ne tacitus quidem dignabatur:[h] suæ demtum gloriæ existimans, quicquid cessisset alienæ.[i] 19. Itaque Antipater, qui probe nosset spiritus ejus, non est ausus ipse agere arbitria victoriæ;[j] sed concilium[f] Græcorum, 'quid fieri placeret,' consulnit. 20. A quo Lacedæmonii, 'nihil aliud quam ut oratores

[f] *Qui belli exitum expectaverant.*
[g] *Quia illustriores erant res ab eo gestæ, quam præfecti fortuna postularet.*
[h] *Non dissimulanter dolebat Antipatrum esse victorem.*
[i] *Quicquid in alterius gloriam cessisset.*
[j] *Quia recte perspexerat ejus indolem, non est ausus quicquam statuere, ut victor, ex arbitrio suo.*

amplius. Pro *CCC.* Pal. 1. et Voss. 2. *decem;* Pith. et Fauch. *mille;* Bong. 2. Florent. et Leid. ꝺ; Lugd. et Amst. *tria millia;* Voss. 1. omittit *CCC.* Mox Leid. *non Spartha;* Leid. et Voss. 1. *sed etiam omnis.* Florent. Bong. Dan. et Voss. 1. *qui f. bellum.*—17 Pal. 1. *quo majores res erant;* τὸ *res* non erat in Colon. et Sigeb. unde Heinsius conj. *quia majores gesserat.* Pal. 1. *medus* pro *modus.*—18 Idem codex omittit *hostes* ante *vinci.* Pal. et Bong. 1. *nec tacitus;* Voss. 2. omittit *ne.* Pro *demtum* Heinsius conj. *ademtum.* Voss. 2. *extimans* pro *existimans.*—19 Pal. Dan. Pith. Put. Fauch. et edd. *nosset spiritum;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. *nosset spiritus,* quod recepit Schmieder. Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. *arbitrio;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. Dan. Fauch. Pith. Put. Bong. 1. 2. Amst. et Lugd. *arbitria;* vulgg. ante Freinsh. *arbitrium.* Leid. et Voss. 1. *consilium.*—20 Pal. 1. *ut o.*

NOTÆ

[e] *Haud amplius CCC.*] Addit quingentos Diodorus; ex quo verisimilius est peccare Curtii codices, ubi leguntur solum *CIↃ.* aut *CCC.*

[f] *Spartam*] Non ita fregit tamen, ut Spartanorum Respublica regnumque aliquamdiu non steterit. Regnatum enim est Lacedæmone usque ad Agesipolim: quo a piratis occiso cum Romam peteret, a tyrannis aliquamdiu vexati sunt, externisque hostibus; demum in Romanorum venere potestatem. Hodie Sparta vocatur *Misithra;* regio ipsa magnam partem *Brasso di Maina;* cujus incolæ *Maniotæ* soli ab Turcorum sese imperio hactenus immunes tntati sunt.

[g] *Concilium*] Amphictyonum vocabatur ille conventus legatorum ex præcipuis septem civitatibus, de publicis Græciæ rebus deliberantium. Sic appellati sunt ab eo qui primus hoc instituit, Amphictyone Helenæ filio.

mittere ad regem liceret' precati, veniam defectionis præter auctores impetraverunt. Megalopolitani,[g] quorum urbs erat obsessa a defectione, Achæis et Ætolis CXX. talenta dare jussi sunt. 21. Hic fuit exitus belli, quod repente ortum, prius tamen finitum[h] est, quam Darium Alexander apud Arbela superaret.

II. 1. Sed ut primum instantibus curis laxatus est animus,[a] militarium rerum quam quietis otiique patientior;[a] excepere eum voluptates: et quem arma Persarum non fregerant, vitia vicerunt; 2. intempestiva convivia, et perpotandi pervigilandique insana dulcedo, ludique, et greges pellicum, omnia in externum lapsa [sunt] morem: quem

[a] *Bellicis laboribus ferendis, quam otio fruendo aptior.*

mitteret, et mox omittit *liceret*. Dan. et Bong. 1. omittunt *precati*, pro quo Pal. 1. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Junt. Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *precari*. Voss. 2. Pal. 1. Venett. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Junt. Mer. Col. et Bas. *grate veniam;* Bong. 1. *gete veniam;* Florent. et Voss. 1. *geutæ veniam;* Dan. et Bong. 2. *gratæ veniam;* Vulgg. a Modio ad Freinsh. *non gravate veniam;* Theocr. *ægre veniam*. Vide Not. Var. Pal. 1. *propter auctores;* Theocr. *præterquam auctoribus*. Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. aliæ ante Freinsh. *Megalopolitanis;* Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *Megalopolitani;* Bong. *Megalopelitani;* Pal. 1. *Megalepelitani;* Dan. Florent. Leid. et Voss. 2. *Mægalepolitani;* Voss. 1. Pith. Put. Veron. et edd. post Freinsh. omnes, *Megalopolitani*. Voss. 2. Bong. Lugd. et Amst. *obsessa erat;* Florent. et Voss. 1. *obsesserat*. Leid. et Voss. 2. *a defectionis ejus;* Veron. *ad defectionis ejus 7ulctam;* Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *ad defectionis ejus mulctam;* Bong. omittit *mulctam*. Pro *Achæis et Ætolis*, Florent. *Achas et Eli;* Voss. 1. *Achas Setoli;* Voss. 2. Veron. Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *Achasetoli;* Pith. *Achastelli;* Bong. 1. et Fanch. *Achaseteli;* Mer. *ac Ætolii;* Bong. 2. *Arhaseteli;* Amst. et Lugd. *Achæis et Æleis*. Vide Not. Var. Frob. *XX. talenta*. Voss. 1. et nonnullæ edd. vett. post Modium *jussis;* ceteri codd. et edd. antiquiss. et post Freinsh. omnes *jussi*.—21 Voss. *Arbela*, omisso *apud;* Pal. 1. *apud Harbelam;* Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Frob. et Col. *apud Arbellam;* vulgg. a Mod. usque ad Freinsh. *apud Arbella*.

1 Voss. 2. *curis lassatis*. Voss. 1. *militarum rerum*.—2 *Tempestiva* Bong. 1. Vide Not. Var. Florent. *et perpotanti;* Theocr. *præpotandi;* 2. *pernoctandi vigilandique*. Venett. Veron. et Mer. *insana cupido*. Voss. 1. 2. Florent. et Leid. *et g. pelicum*. Pal. 1. *in exterum*. Voss. 2. *lassa* pro *lapsa*. Florent.

NOTÆ

[g] *Megalopolitani*] Megalopolis urbs Areadiæ in media Peloponneso. Hodie *Leontari* dicti volunt. 'Achæi' lib. IV. cap. 5. 'Ætoli' lib. III. cap. 1.

[h] *Prius finitum*] Repugnat quod scribit Diodorus lib. XVII. ad Olymp. CXII. an. 3. rumore præsertim Arbelicæ cladis impulsos Græcos ut in libertatem sese vindicarent, dum aliquid virium Persis supereraat.

[a] *Animus*] Alexandri. *In externum*] Persicum aut Babylonicum morem.

æmulatus quasi potiorem suo, ita popularium animos oculosque pariter offendit, ut a plerisque amicorum pro hoste haberetur. 3. Tenaces quippe disciplinæ suæ, solitosque parco ac parabili victu ad implenda naturæ desideria defungi, in peregrina et devictarum gentium mala impulerat.[b] 4. Hinc sæpius comparatæ in caput ejus insidiæ: secessio militum, et liberior inter mutuas querelas dolor: ipsius deinde nunc ira, nunc suspiciones, quas excitabat inconsultus pavor: ceteraque his similia, quæ deinde dicentur. 5. Igitur cum intempestivis conviviis dies pariter noctesque consumeret; satietatem epularum ludis interpolabat,[c b] non contentus artificum,[c] quos e Græcia exciverat, turba: quippe captivæ [fœminarum] jubebantur ' suo

[b] *Tenui ac vulgari cibo ad suppeditanda corpori necessaria uti assuetos, peregrinis devictorum Persarum vitiis infecerat.*
[c] *Concivia ad satietatem agitata intermiscebat spectaculis.*

Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. omittunt *sunt*, probante Scheffero. Vid. Not. Var. Florent. Leid. Dan. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ald. et Mer. *quemque æmulatus;* Pith. *æmulatus quemque.* Voss. 2. omittit *quasi.* Lugd. et Amst. *quasi potentiorem.* Pal. 1. *suorum* pro *suo.* Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. et Bas. *ut plerisque,* omissa præpositione.—3 Ald. *parto* pro *parco.* Pal. 1. *nunc* pro *naturæ.* Pith. omittit *defungi.* Pro *et devictarum,* ut in Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. 2. Pith. Put. et Fauch. *et evictarum* habent Pal. 1. Bong. 1. Mer. Bas. Ald. et Col. *et victarum* vulgg. ante Freinsh. *mutuas quærellas* Voss. 1.—4 Ed. pr. Venett. Veron. Rom. Vet. an. 1474. Mediol. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Mer. ceteræ ante Freinsh. *ipsius deinde nunc ira, nunc suspiciones.* ' Verba *nunc ira* non leguntur in Cellarii Snakenburgiique editionibus, per oscitationem, ni fallor, operarum.' *Bothe.* Desunt etiam in edd. Freinsh. Amst. 1696. Barb. et Schmieder. sed habentur in ed. Cellar. qua usi sumus, sc. an. 1727. Mait. Tell. Pitisc. et Bip.—5 Bong. 1. *cum tempestivis.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *ludis interpellabat.* Frob. Mer. Col. et Bas. *musica artificum.* Pro *exciverat,* quod ex codd. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. Schmieder recepit, alii codd. et edd. habent *excitaverat.* Pro *turba* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *turbæ;* Voss. 2. *turbe.* Vide Not. Var. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *fœminarum.* Voss. 2. et Pal. 1. *videbantur suo ritu.*—

NOTÆ

[b] *Interpolabat*] Vide quæ de hoc verbo dicta sunt lib. IV. cap. 6. Hoc loco negat Freinshemius ' interpellandi ' verbum posse admitti; affirmat Gronovius, cui potius assentiar, vel ipsa Freinshemii ratione nixus, quod ' interpellare ' sit ' intercedere.' Sic enim Alexander, non tam epulas, quam satietatem interpellabat; ludis, quominus fastidium epularum suboriretur, intercedentibus.

[c] *Artificum*] Musicorum, Indionum, &c. *Captivæ fœminarum*] Hellenismus, pro ' captivæ fœminæ.'

ritu canere' inconditum et abhorrens peregrinis auribus carmen.[d] 6. Inter quas unam rex ipse conspexit mœstiorem quam ceteras, et producentibus eam verecunde reluctantem:[e] excellens erat forma, et formam pudor honestabat; dejectis in terram oculis et, quantum licebat, ore velato, suspicionem præbuit regi, nobiliorem esse, quam ut inter convivales ludos deberet ostendi. 7. Ergo interrogata 'quænam esset? neptem se Ochi,[d] qui nuper regnasset in Persis, filio ejus genitam esse,' respondit; 'uxorem Histaspis fuisse:' propinquus hic Darii fuerat, magni et ipse exercitus prætor. 8. Adhuc in animo regis tenues reliquiæ pristini moris hærebant: itaque fortunam regia stirpe genitæ et tam celebre nomen reveritus, 'non dimitti modo captivam, sed etiam restitui ei suas opes' jussit: 'virum quoque requiri, ut reperto conjugem redderet.' 9. Postero autem die præcipit Hephæstioni, 'ut omnes captivos in regiam juberet adduci:' ubi singulorum nobilitate spectata, secrevit a vulgo, quorum eminebat genus.[f] Decem hi fuerunt; inter quos repertus est Oxathres[g] Darii frater, non illius fortuna,

[d] *Ingratam exterorum Macedonum auribus cantilenam.*
[e] *Cum pudore resistentem iis qui ipsam in medium pertrahebant.*
[f] *Sejunxit a vulgari captivorum turba illos, quorum stirps nobilitate excellebat.*

6 Both. pro glossemate habet vocem *rex*. Ed. pr. Venet. Veron. Mediol. Junt. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *et producentibus eas*. Pal. 1. *et pudor*, omisso τῷ *formam*; Voss. 1. *et f. p. homnestabat*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. Amst. et Lugd. *ludos conviviales*.—7 Pro *neptem* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *neptim*. Florent. Leid. et Voss. 1. *Histapsis*; Schmieder. legendum putat *Hystaspis* ex Arrian. VII. 6. 7.—8 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Pith. Put. Fauch. Bong. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Frob. Mer. Ald. Colin. Gryph. et Bas. *nomen neptem Ochi reveritus*. Ald. Colin. Gryph. et codd. Bong. *sed et restitui*.—9 Florent. Voss. 1. 2. Col. et Bas. *Ephestioni*. Pal. 1. et Voss. *in regiam debret adducere*. Florent. Leid. Dan. et Bong. *ibi singulorum*. Mox pro *Decem* Pith. Fauch. Bong. 1. 2. et vulgg. ante Freinsh. *mille*; Leid. et Voss. 1. ω. Pro *Oxathres* ut in Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. Ald. habet *Oxyatres*; Pal. 1. *Meathles*; Voss. 2. *Menathres*; Pith. vero

NOTÆ

[d] *Ochi*] De illo diximus ad lib. III. cap. ult. Vide Just. lib. X. Capta hæc fuerat apud Issum.

[g] *Oxathres*] De isto quoque dictum est lib. III. cap. 11. Ubi quandove captus sit, nemo, quod sciam, prodidit. Sed nisi Issico prælio captus foret, aliqua ejus mentio ad Arbela

quam indole animi sui clarior. 10. Sex et viginti millia talentum proxima præda redacta erant: e quis duodecim millia in congiarium militum absumta sunt: par huic pecuniæ summa custodum fraude subtracta est. 11. Oxydates erat nobilis Perses, qui a Dario capitali supplicio destinatus cohibebatur in vinculis; huic liberato satrapeam[f] Mediæ attribuit: fratremque Darii recepit in cohortem amicorum, omni vetustæ claritatis honore servato. 12. Hinc in Parthienen[g] perventum est, tunc ignobilem gentem, nunc

omittit.—10 Leid. *XXVI. millia*; Florent. Voss. 2. et Pith. omittunt *millia*. Aldus vero totum hunc versiculum non agnoscit. *S. et v. m. talentorum* Frob. Mer. Col. et Bas. *e proxima* Voss. 2. et Pal. 1. *præda reducta* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Bas. Col. et Mer. Pro *e quis*, Florent. habet *queis e*; Dan. *quis e*; Leid. et Voss. 1. *qui se*; Pal. 1. et Voss. 2. *quis*; Mer. Col. et Bas. *equis*. 'Necesse non est ut cum Gronovio legas: *tredecim millia*.' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *adsumpta sunt*; Mer. Col. Bas. et Fauch. *assumpta sunt*. Voss. 1. *per huic*. Voss. 2. *par huic pecunia*. Pal. 1. *fraude sub detracta est*.—11 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. Amst. Frob. Lugd. Col. Mer. et Bas. *Oxidates*. Lugd. Amst. alii *Perses, a Dario*, omisso *qui*. Voss. 2. *capitali judicio*. Dan. Bong. 1. et Fauch. *huic liberto*. Voss. 2. *satropeam Mediæ*; vulgg. *satrapiam Mediæ*; Leid. Florent. Voss. 1. Dan. Put. Pith. Fauch. Bong. Frob. Ald. Colin. Gryph. Lugd. Mer. Col. et Bas. *satrapeam Mediæ*. Mer. *omni vetustate*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Mer. et Col. *caritatis*.—12 Pal. 1. *in Perthienem*; Ald. et Elz. omit-

NOTÆ

fieret. Aliunde tamen mirum videri potest tamdiu captivi Oxathris nullam hactenus mentionem esse factam, cum Satraparum captorum nomina et provinciæ sæpe commemoratæ fuerint. *Indole*] Vide Curtium lib. III. cap. 11.

[f] *Satrapeam*] Vide lib. v. cap. 1. Hæc porro data Oxydati fuerat ab Alexandro, antequam Media excederet Darium insecuturus; relicto interim Ecbatanis Harpalo cum sex millibus, qui regioni et pecuniæ ex Persis allatæ præsidio essent. Hæc Arrianus. *Fratrem Darii*] Oxathrem.

[g] *Parthienen*] Atqui jam erat in Parthiene, quam ex Media per Caspias Pylas erat ingressus post Darium, ut docet Arrianus. Hæc enim, vel ipso Ptolemæo teste, prima occurrit per Caspias portas adeuntibus Parthiam. Responderi tamen possit, quod indicat Strabo lib. XI. Parthiam initio non pertigisse ad Pylas usque Caspias; eoque sensu locutum Curtium. Est autem Parthia (Strabo Parthyæam vocat) est, inquam, Asiæ regio quam ad Occidentem mons Coronus a Media dividit, ad Meridiem Parchoatras a Perside et Carmania deserta; ad Ortum Masdoranus ab Aria, ad Septemtrionem ejusdem Coroni pars ab Hyrcania. Ita Ptolemæus. Sed alia quoque istorum montium nomina leguntur apud alios. Strabo quidem eos omnes Parchoatræ nomine complectitur. Diversa hodie Parthiæ nomina pro diversis partibus.

caput[h] omnium, qui post Euphraten et Tigrim amnes siti Rubro mari[i] terminantur. 13. Scythæ regionem campestrem ac fertilem occupaverunt; graves adhuc[j] accolæ:[g] sedes habent[k] et in Europa, et in Asia: qui super Bospo-

[g] *Vicini etiamnum importuni Persis.*

tunt in. Ed. Cellar. ap. Snak. *nunc c. omnino;* nostra vero Cellar. an. 1727. *nunc c. omnium.*—13 Voss. 2. *non campestrem at fertilem.* Pith. *graves adcolæ*, omisso *adhuc;* Ald. Frob. Mer. et Col. *graves adhuc incolæ;* Bas. *graves adhæc incolæ;* Acid. emend. *gnavi adhuc agricolæ;* sed Fauch. Put. Dan. Bong. 1. 2. Pall. Florent. Voss. 1. 2. *graves adhuc adcolæ.* Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *qui super Bosphorum mare;* Pal. 1.

NOTÆ

[h] *Nunc caput*] Quemadmodum Medis et Persis paruerant, ita Macedonibus fuere subjecti; Eumeni primum, deinde Antigono Poliorcetæ patri, deinque Seleuco Nicatori ejusque posteris Syriæ regibus: donec sub Antigono Θεῷ rebellarunt primum; tum filio ejus Callinico aliis occupato bellis, Arsace quodam duce jugum penitus excusserunt: ab eoque Arsacidarum familia propagata, Persis quondam subjectas ultra Euphratem regiones in ditionem redegit suam. Regnabat Callinicus ab anno ante Christum 246.

[i] *Rubro mari*] Rubrum mare, Indicus Oceanus, de quo Curtius lib. VIII. cap. 9. *Scythæ*] De Scythis plura dicentur lib. VII. cap. 7. *Occupaverunt*] Bis, ut apparet, regionem hanc invaserunt gentes e Scythia profectæ. Primi irruptionem fecere, suumque regioni nomen indidere Parthi, quod Scythico sermone, ut ait Justinus lib. XLI. et Eustathius ad Dionys. Perieg. 'exules' sonat. Quanquam Suidas Scythas omnes ait a Persis vocari 'Parthos,' exules. De quo lege Reinecc. in Reg. Parth. Horum adventus incertum ad quæ tempora referendus sit. Jam tum sub Assyriorum imperio Parthorum nomen extitisse indicat Justinus. Altera Scytharum invasio fuit, cujus apud Strabonem mentio est lib. XI. 'Arsaces Scytha,' inquit, 'Dais quibusdam imperans cognomento Parnis, Nomadibus, qui ad Ochum fluvium accolebant, Parthiam invasit,' &c. Hic ipse est Arsaces, de quo modo egimus. Utramque profectionem, etsi minus distincte, idem attingit Justinus lib. LXI.

[j] *Graves adhuc*] Qui? Quibus 'graves accolæ?' Certe qui regionem ipsam occuparunt seu primi, seu postremi, non jam accolæ, sed incolæ sunt ipsius Parthiæ. Nec de Romanis hoc intelligi locus ratiove patitur. Sic ergo intellige: Parni regionem invaserunt ex Scythis oriundi, quibuscum assidua deinde propter viciniam bella Parnis ipsis, jam Parthorum. cum regione nomen adeptis, gerenda fuerunt, ut auctor est Justinus lib. XLI. et XLII. de iis enim Scythis loquitur Curtius quos continuo subdit, sedes habere et in Europa, et in Asia. Hinc fere modo quis olim diceret Italiam subalpinam Gallos occupavisse, gravesque adhuc accolas esse illi ipsi subalpinæ Italiæ; non eos ipsos utique qui illam insederunt, sed Gallos ex quibus isti profecti sunt.

[k] *Sedes habent*] Quicquid terrarum ultra Caspium mare, Pontum Euxi-

rum[l] colunt, ascribuntur Asiæ; at qui in Europa sunt, a lævo Thraciæ[m] latere ad Borysthenem,[n] atque inde ad Tanain[o] alium amnem, recta plaga attinent. 14. Tanais Europam et Asiam medius interfluit: nec dubitatur, quin Scythæ, qui Parthos condidere,[p] non a Bosporo,[q] sed ex re-

---

q. s. Possorum mare. Pith. *ascribuntur.* Voss. 1. 2. *ad Boristenem.* Pro *attinent*, quod servant Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. nonnullæ edd. habent *pertinent*.— 14 'Ex ipso ordine rerum narratarum intelligas, non Curtii, sed nescio cujus glossatoris, esse verba: *Tanais E. et A. m. interfluit:* petita illa fortasse ex VII. 7. sub initium.' *Both.* Voss. 1. *quin scite.* Pith. *sed regione*, omissa præpositione; Voss. 1. 2. Pith. Lugd. et Amst. *sed ex Europæ regione.* Voss. 2.

NOTÆ

num, et Carpathios montes in Septemtrionem extenditur; initio apud Veteres, nunc Scythiæ, nunc Sarmatiæ nomine comprehendebatur; postea in varios tam Europæa, quam Asiatica, populos divisa est.

[l] *Qui super Bosporum*] Bosporus maxime duplex celebratur; Thracius, inter Thraciam et Bithyniam, in cujus citimo littore sita Constantinopolis; et Cimmerius, per quem Mæotis Palus Euxino Ponto committitur. Est autem Bosporus fretum ita angustum, ut bos nando trajicere possit: unde 'Bosphori,' vel magis 'Bospori,' nomen, a *βοῦς* et *πόρος*, quasi *bovis trajectus*. Thracius enim quatuor admodum stadia, sive quingentos passus in latitudinem patet. Huic hodie nomen *le Canal de la Mer Noire*. Cimmerius a Cimmeriis olim populis dictus, nunc vulgo *Détroit de Caffa*. De isto Curtius intelligendus.

[m] *A lævo Thraciæ*] Ptolemæus Thraciam inter et Scythas interponit Daciam; verum alii hanc quoque, cum Curtio, Scythiæ vel Sarmatiæ Europææ partem faciunt.

[n] *Ad Borysthenem*] Borysthenes, hodie *Nieper*, Sarmatiæ fluvius nobilissimus, ex duplici fonte ortus, in Pontum Euxinum se effundit ad urbem *Oczacow*.

[o] *Ad Tanain*] Memoratissimus hic apud Veteres præsertim Geographos fluvius, Asiæ et Europæ limes ab iis constitutus; quanquam de ejus fontibus deque cursu mira inter illos fuit opinionum discrepantia, ut ex Strab. lib. I. intelligimus, et lib. XI. sub initium. Geminum recentiores agnoscunt Tanaim. Major ex lacu inter Sirgatios et Exorbycitas nascitur, ubi regio est Moschovitis, *Rezan* dicta: indeque longo flexu ad Boream et Orientem procurrens, tum ad Africum reflexus, in Mæotidem se paludem exonerat prope Tanaim urbem, hæc est, *Asaph*. Minor in Moschovitici imperii, et Minoris Tartariæ confinibus ortus, in Majorem se effundit. Utrique vulgatum nomen est, *le Don*. Sed quid in Tanai Curtius cum aliis multis peccaverit, dicemus ad lib. VII. cap. 7.

[p] *Qui Parthos condidere*] Gemina, ut diximus, Scytharum facta est in Parthiam irruptio. Primi Parthiæ nomen, postremi imperium attulere. Illos si Curtius intelligit, nec refelli, opinor, nec probari facile potest quod affirmat. Sin de istis agitur, non ita exploratum est eos ex Europa venisse, ut ex Strab. lib. XI. intelligimus. Quippe 'non est prorsus in confesso,' inquit, 'esse quosdam Dahas Scythas

gione Europæ penetraverint. 15. Urbs erat ea tempestate clara Hecatompylos,[r] condita a Græcis: ibi stativa[s] rex habuit, commeatibus undique advectis. Itaque rumor, otiosi militis vitium, sine auctore percrebruit, 'regem contentum rebus, quas gessisset, in Macedoniam protenus redire statuisse.' 16. Discurrunt lymphatis similes in tabernacula, et itineri sarcinas aptant: signum datum crederes, ut vasa colligerent. Totis castris tumultus hinc contubernales suos requirentium, hinc onerantium plaustra, perfertur ad regem. 17. Fecerant fidem rumori temere vulgato Græci[t] milites, 'redire' jussi 'domos,' quorum equitibus singulis denariorum[u] sena millia dono dederat.

penetraverunt.—15 Bong. *Hæcatomphilos;* Florent. et Leid. *Hæcatomphilos;* Voss. 1. 2. *Hecatomphiles;* Dan. *Hecatomphylos;* Pal. 1. *Hæc tomphylos;* Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. *Atomphilos.* Pro *vitium,* quod Sigeb. Florent. Leid. Bong. 1. 2. Fauch. et Pith. servant, vulgg. a Modio ad Freinsh. *viritim;* Voss. 1. 2. *vicium;* Pal. 1. et Dan. *ritum.* Bong. *contentum esse rebus.* Pith. omittit *protinus.*—16 Voss. 2. *lymphaticis;* Pith. *lymphantis.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *in* ante *tabernacula.* Dan. *signum datum,* sed superscripto *e,* quasi esset *signo dato,* quomodo habent Voss. 2. Pal. 1. Venet. Veron. Bas. Mer. Ald. Junt. Colin. Gryph. Frob. et Col. *hinc honerantium* Bong.—17 Mer. *rumore t. vulgato.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Fauch. Put. Pith. et Bong. 1. 2. *denarium s. millia.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. et Dan. omittunt: *dono dederat;* Pal. 1. ha-

NOTÆ

supra Mæotidem,' unde Parnos quidam profectos putarunt. Quare 'alii Arsacem e Bactrianis fuisse tradunt,' qui et ipsi a Scythis oriundi erant.

[q] *A Bosporo*] Ab Asiatico Bospori Cimmerii littore.

[r] *Hecatompylos*] Græcum nomen, ab ἑκατον, *centum,* et πύλη, *porta,* quod centum haberet portas; quam ob causam Thebis quoque Ægyptiis idem nomen inditum ferunt, sed a Græcis videlicet. Ac valde vereor ne Græca appellatio, a veteribus Græcis imposita, posteros induxerit, ut a suis quoque conditam crederent, fingerentve. A quibus enim Græcis condita sit, nullus quod sciam prodidit. Nec satis historicum esse puto ad fabulosas Bacchi aut Herculis expeditiones recurrere. Fuit hæc initio Parthorum Arsacidarum regia, quam Apollodorus apud Strabo. lib. XI. a Caspiis portis remotam esse tradit 1960. stadiis, sive milliaribus ducentis quadraginta quinque; Plinius duntaxat centum triginta tribus.

[s] *Stativa*] Vide lib. IV. cap. 9. *Lymphatis*] Ibidem cap. 12. *Vasa* colligere dicuntur, qui supellectilem omnem in sarcinas componunt, seque itineri parant; quod unico vocabulo 'convasare' dicitur, *plier bagage.*

[t] *Græci*] Thessalos fuisse putem, quos ab eo domum remissos Arrianus et Plutarchus docent. Verum hos missionem Ecbatanis obtinuisse idem auctor est Arrianus; ubi Darium vinctum audivit, Plutarchus. Neuter de isto tumultu meminit. Ex Diodoro Curtius accepit, et suo more orationem finxit.

[u] *Denariorum*] De denariis lib. V.

Ipsis quoque finem militiæ adesse credebant. 18. Haud secus, quam par erat, territus Alexander, qui Indos atque ultima Orientis peragrare statuisset, præfectos copiarum in prætorium contrahit: obortisque lacrymis, 'ex medio gloriæ spatio revocari se, victi magis, quam victoris fortunam in patriam relaturum' conquestus est: 19. 'nec sibi ignaviam militum obstare, sed Deorum invidiam, qui fortissimis viris subitum patriæ desiderium admovissent,[h] paulo post in eandem cum majore laude famaque redituris.' 20. Tum vero pro se quisque 'operam suam' offerre: difficillima quæque poscere; polliceri 'militum quoque obsequium, si animos eorum leni et apta oratione permulcere voluisset. 21. Nunquam infractos et abjectos recessisse, quoties ipsius alacritatem et tanti animi spiritus haurire[i] potuissent. Ita se facturum esse' respondit. 'Illi vulgi aures præparent sibi:' satisque omnibus, quæ in rem videbantur esse, compositis, 'vocari ad concionem exercitum' jussit, apud quem talem orationem habuit.

III. 1. 'Magnitudinem rerum, quas gessimus, milites, intuentibus vobis, minime mirum est, et desiderium quietis,

[h] *Repentinam patriæ revisendæ cupiditatem immisissent.*
[i] *Tam alacris animi sensus percipere.*

bet: *dono data.* Col. et Bas. *Ipsi quoque.*—18 Haud *s. quam parebat* codd. Modii. Bong. 1. 2. *territos.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. omittunt *Alexander.* Voss. 2. et Pal. 1. *peragrare statuit.* Pal. 1. *prætores copiarum;* et mox *abortisque lacrimis.* Voss. 2. et Pal. 1. *revocare se.* Pal. 1. *in patriam relaturus.*—19 Voss. 2. *nec s. militum ignaviam.* Voss. 1. *sed Deum invidiam.* Florent. Leid. et Voss. 1. *in eadem.* Pal. 1. *majore laude,* omisso *cum.* Pal. 1. *redituros.*—20 Mer. *et difficillima.*—21 Pal. 1. *quo ipsius.* Leid. *tanti animis.* Venet. Vet. an. 1474. Veron. et Mer. *spem haurire.* Pro *Illi,* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. Lugd. Amst. Frob. Col. Bas. et Mer. *Illi modo;* Voss. 2. Pal. 1. et Ald. *Illi vero.* Alii omittunt *vulgi,* pro quo Col. habet *vulgati.* Florent. Leid. Voss. 2. Pith. Put. Bong. 2. et Fauch. *præparavit.* Plurimæ edd. ante Freinsh. omittunt *esse* post *videbantur.*

1 Mer. *intuentibus nobis...quieti.* Leid. *ad societatem gloriæ.*—2 Ald. Colin.

NOTÆ

cap. 1. Denariorum sex millia, talentum efficiunt, hoc est, monetæ Francicæ hodiernæ libras circiter 2550. Vide lib. III. cap. ult.

et satietatem gloriæ occurrere. 2. Ut omittam Illyrios,[a] Triballos, Bœotiam, Thraciam, Spartam, Achæos,[b] Peloponnesum, quorum alia ductu meo, alia imperio auspicioque perdomui:[a] 3. ecce orsi bellum ab Hellesponto, Ionas, Æolidem servitio barbariæ impotentis exemimus: Cariam, Lydiam, Cappadociam, Phrygiam, Paphlagoniam, Pamphyliam, Pisidas,[c] Ciliciam, Syriam, Phœnicen, Armeniam, Persidem, Medos, Parthienen habemus in potestate: 4. plures provincias complexus sum, quam alii urbes ceperunt: et nescio, an enumeranti mihi quædam ipsarum rerum multitudo subduxerit. 5. Itaque si crederem, satis certam

[a] *Alia per me ipse, alia per meos Prætores subegi.*

Gryph. Mer. Bas. et Frob. *Illyricos;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. 1. 2. Fauch. Pith. et Put. *Illyrios.* Florent. *Boëtiam.* Ald. et Mer. *Acheos.* Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. 1. 2. Pith. Put. et Fauch. *Peloponnensum;* Dan. *Peloponensum;* Bas. et Col. *Peloponesum;* Florent. *Meloponensum.*—3 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Dan. *ecce orsum.* Ed. vett. Freinsh. et recentt. *ad Hellespontum;* Bong. 1. Col. 1579. Lugd. 1584. 1588. 1591. Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. aliæ ante Freinsh. *ab Hellesponto,* quod revocavit Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *ad Hellesponto;* Dan. *Hellesponto,* superscripta novissimæ literæ hac nota ũ. Florent. Leid. Voss. 2. Dan. et Bong. 2. *barbariæ impotentes;* Bong. 1. *b. impotentis,* sed superscripta literæ i alia *e.* Pro *exemimus* Pal. 1. *excomimus.* Ald. *Carium.* Voss. 1. 2. *Frigiam.* Florent. *Papagoniam;* Voss. 1. *Pagoniam.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Col. Bas. Mer. Ald. Colin. Gryph. et Frob. *Pisides.* Edd. ante Snak. *Parthienem;* Voss. 1. 2. Florent. Leid. et Bong. *Parthienen.* Voss. 2. *habentes in potestatem;* Pal. 1. *habentes in potestate.*—4 Pal. 1. et Voss. 2. *plures regiones c. sum.* Voss. 2. *an neme ranti;* Pith. *an enumerati.* Frob. *quasdam ipsarum multitudo.*—5 Voss. 2. *ego enim vero;* pro quo Pal. 1.

NOTÆ

[a] *Illyrios*] Quæ sequuntur regionum populorumque nomina, suis quæque locis explicata sunt, paucis exceptis. Triballi Mysiæ inferioris populi ad Occasum, inter Hæmum et Danubium.

[b] *Spartam, Achæos*] Ad hos referri videtur quod subjungit, 'imperio auspicioque' meo 'perdomui,' per Antipatrum videlicet; quod initio hujus libri vidimus. Sed pugnat ipse sibi Curtius, qui de Antipatri victoria loquentem hic Alexandrum inducit, cum idem lib. VII. cap. 4. scribat nuntios ab Antipatro de Peloponnensium defectione missos sub ipsa motuum illorum initia, Bactris demum assecutos Alexandrum esse, necdum tamen de victoria quicquam afferre potuisse.

[c] *Pisidas*] Populi fuerunt Majoris quondam Phrygiæ ad Ortum accolæ, vel, ut aliis placet, incolæ: Lycaoniam ab Occasu attingunt; ad Meridiem Pamphylia, ad Boream Galatia terminantur. Horum urbs fuit Antiochia Pisidiæ.

esse possessionem terrarum, quas tanta velocitate domuimus; ego vero, milites, ad penates meos, ad parentem sororesque et ceteros cives vel renitentibus vobis erumperem, ut ibi potissimum parta vobiscum laude et gloria fruerer, ubi nos uberrima victoriæ præmia expectant, liberorum, conjugum parentumque lætitia, pax, quies, rerum per virtutem partarum secura possessio. 6. Sed in novo, et (si verum fateri volumus) precario[d] imperio, adhuc jugum ejus rigida cervice subeuntibus barbaris,[b] tempore, milites, opus est, dum mitioribus ingeniis imbuantur, et efferatos mollior consuetudo permulceat. 7. Fruges quoque maturitatem statuto tempore expectant: adeo etiam illa sensus omnis expertia tamen sua lege mitescunt.[c] 8. Quid? creditis tot gentes alterius imperio ac nomine assuetas, non sacris, non moribus, non commercio linguæ nobiscum cohærentes, eodem prælio domitas esse, quo victæ sunt? Vestris armis continentur, non suis moribus; et, qui præsentes metuunt, in absentia hostes erunt. Cum feris bestiis res est, quas captas et inclusas, quia ipsarum natura non potest, longior dies mitigat. 9. Et adhuc sic

[b] *In recenti, et adhuc quasi voluntaria dominatione, cujus jugum barbari nondum subacto collo perferunt.* [c] *Suo tempore paulatim maturescunt.*

enim o. Voss. 1. Florent. Leid. Mer. Bas. et Ald. vel *retinentibus vobis*; Voss. 2. *vel retinentibus nobis*. Pal. 1. *ubi vos liberrima*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. *liberum* pro *liberorum*. Dan. *parentumque lætia*. Pal. 1. *secuta possessio*.—6 Voss. 2. et vulgg. ante Freinsh. *milite opus est*; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Elz. Mer. et Col. *milites, opus est*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et plurimæ edd. *ingeniis imbuuntur*. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *melior* pro *mollior*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et vulg. ante Freinsh. *permulcet*.—7 Pal. 1. et Voss. 2. *Fruges vero maturitatem*. Pro *statuto* Freinsh. conj. *stato*.—8 Bas. *nomini*; sed Leid. Voss. 1. 2. Florent. Dan. Pal. 1. et Ald. *nomine*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. omittunt *non* ante *moribus*. Voss. 2. omittit *esse* post *domitas*. Voss. 2. et Pal. 1. *Nostris armis*. Voss. 2. omittit *continentur*. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Dan. et Ald. *sed qui præsentes*. Pro: *in absentia*, Acid. malit: *in absentes*, probante Schmieder. Mox Voss. 2. Pal. 1. et Ald. *quas* pro *quia*.—9 Voss. 2. *quæque fuerunt*;

NOTÆ

[d] *Precario*] Non quod reipsa precario imperarent, aut sponte sua barbari se subjecissent; sed quia tanta erat subactarum gentium multitudo, tanta potentia, ut fama potius terroreque Macedonum, quam vi armorum numeroque domitæ essent.

ago, tanquam omnia subacta sint armis, quæ fuerunt in ditione Darii. Hyrcaniam[e] Nabarzanes occupavit; Bactra non possidet solum parricida Bessus, sed etiam minatur: Sogdiani, Dahæ, Massagetæ, Sacæ, Indi sui juris sunt. Omnes hi, simul terga nostra viderint, sequentur. 10. Ille enim ejusdem[f] nationis sunt; nos alienigenæ et externi: suis autem quique parent placidius; etiam cum is præest, qui magis timeri potest. 11. Proinde aut, quæ cepimus, omittenda sunt, aut, quæ non habemus, occupanda. Sicut in corporibus ægris, milites, nihil quod nociturum est, medici relinquunt; sic nos, quicquid obstat imperio, recidamus. Parva sæpe scintilla contemta magnum excitavit incendium. Nihil tuto in hoste despicitur: quem spreveris, valentiorem negligentia facies. 12. Ne Darius quidem hæreditarium Persarum accepit imperium; sed in sedem Cyri, beneficio Bagoæ[g] castrati hominis, admissus: ne vos

Pal. 1. et Mer. *quoque fuerunt*. Voss. 2. *parricidas;* Ald. *paricida;* sed hæc vox deest in Pith. Pro *minatur* Pal. 1. *minitatur*. Florent. Leid. et Voss. 2. *Sogdianide;* Dan. Pal. 1. Bong. et Voss. 1. *Sogdianidæ;* Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *Sogdiani, Dæa*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Bas. et Col. *Sagæ*. Pal. 1. *sui jure sunt*. Pith. *Omnes isti*. Multæ edd. ante Freinsh. *simul, si terga;* sed Florent. Leid. Voss. 1. Mod. Amst. et Lugd. *simul terga*. Florent. et Leid. *viderunt si sequentur;* Voss. 1. Dan. et Bong. *viderint si sequentur;* Bong. 1. *viderint sin equentur*. Both. scribi jussit: *se sequentur*.—10 Florent. Leid. Voss. 1. *suisque autem placidius paret;* Fauch. *suis enim quisque placidius paret;* Bong. 1. 2. Voss. 2. Dan. et Pal. 1. *suisque autem placidius parent;* Pith. *Syrisque autem placidius parent;* Lugd. et Amst. *suis quisque autem placidius parent*. Bong. 1. 2. Pith. et Put. *hic præest;* Voss. 1. 2. *his præest*.—11 Pro *omittenda*, Dan. *committenda*, sed jugulata principe litera, et alteri superscripta *a;* Pith. et Fauch. *amittenda*, quomodo et Pal. 1. in quo inversa hæc duo membra leguntur: *cum quæ non habemus occupanda, aut quæ cepimus amittenda sunt;* Voss. 2. *aut quæ non habemus occupanda sint, aut quæ cepimus omittenda sunt*. Pal. 1. et Voss. 2. omittunt *Sicut*. Voss. 2. omittit *milites*, et mox exhibet: *et medici*. Florent. Leid. Dan. et Voss. 1. *negligentia facias*.—12 Pal. 1. *Nec Darius*. Voss. 2. *beneficio Bagræ;*

NOTÆ

[e] *Hyrcaniam*] 'Hyrcania' infra cap. seq. 'Bactra' lib. VII. cap. 4. 'Sogdiani' lib. VII. cap. 10. 'Dahæ' lib. VII. cap. 1. 'Massagetæ' ibid. 'Sacæ' lib. VIII. cap. 4. 'Indi' lib. VIII. cap. 9.

[f] *Ejusdem*] Per κατάχρησιν dicuntur ejusdem esse nationis, quod eidem parerent imperio; quanquam ne subditi quidem Persarum aut Bessi erant imperio illorum plerique, ut Massagetæ, Dahæ, Sacæ, &c. Scythæ omnes, et sui juris.

[g] *Beneficio Bagoæ*] Vide Supplem. lib. II. cap. 1. et quæ diximus lib. III. cap. 3. et 13.

magno labore credatis Bessum vacuum regnum occupaturum. 13. Nos vero peccavimus, milites, si Darium ob hoc vicimus, ut servo ejus traderemus imperium, qui ultimum ausus scelus, regem suum, etiam externæ opis egentem, certe, cui nos victores pepercissemus, quasi captivum in vinculis habuit, ad ultimum, ne a nobis conservari posset, occidit. 14. Hunc vos regnare patiemini? quem equidem cruci affixum videre festino, omnibus regibus gentibusque fidei, quam violavit, meritas pœnas solventem. 15. At hercule, si mox eundem Græcorum urbes aut Hellespontum vastare nuntiatum erit vobis; quo dolore afficiemini, Bessum præmia vestræ occupasse victoriæ? Tunc ad repetendas res festinabitis: tunc arma capietis. 16. Quanto autem præstat territum adhuc et vix mentis suæ compotem opprimere? Quatridui [h] nobis iter superest, qui tot proculcavimus nives, tot amnes superavimus, tot montium juga transcurrimus. Non mare illud,[i] quod exæstuans iter fluctibus occupat, euntes nos moratur; non Ciliciæ fauces et angustiæ includunt: plana omnia[j] et prona sunt. 17. In ipso limine victoriæ stamus: pauci nobis fugitivi et domini sui interfectores supersunt. Egregium me hercule

Pal. 1. *b. Bagoræ;* Ald. *b. Bugoë.*—13 *Nos vero peccamus* Pal. 1. *etiam externe* Voss. 1. *opus egentem* Pal. 1. et Bas. *certe* deest in Pith. *aut ultimum* Col.—14 Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. Bas. et Frob. *crucifixum videre.* Pal. 1. *gentibus regibusque.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *et fidei.* Voss. 2. *et meritas.*—15 Voss. 2. *si eumdem mox.* Florent. Leid. et Voss. 1. *occuparisse victoriæ.*—16 *Qui quatridui nobis, &c.* Voss. 2. *transcucurrimus* Florent. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. *inter fluctibus* Voss. 2. *nos euntes* Pith. *nos* deest in Bong. 1.—17 Voss. 2. omittit *sui* ante *interfectores.* Pal. 1. Ald. Colin.

NOTÆ

[h] *Quatridui*] Hecatompylos Bactris aberat, si Plinio credimus lib. VI. cap. 15. stadia 2636. si Straboni, 4530. quorum etsi alterutrum falli constat, proculdubio tamen plus quatridui itinere supererat.

[i] *Non mare illud*] Pamphylium mare, de cujus transitu diximus lib. V. cap. 3.

[j] *Plana omnia*] Totum iter planum et declive est. Sed quam procul hoc abesset a vero, ex iis quæ sequentur satis constabit. Parthia ipsa, unde egrediendum erat, montibus ac desertis vastissimis tota cingitur, ut ex Plinio aliisque discimus; præter Oxum fluvium, &c.

opus, et inter prima gloriæ vestræ numerandum posteritati famæque tradetis, Darii quoque hostis, finito post mortem ejus odio, parricidas esse vos ultos, neminem impium effugisse manus vestras. 18. Hoc perpetrato, quanto creditis Persas obsequentiores fore, cum intellexerint, vos pia bella suscipere, et Bessi sceleri, non nomini suo, irasci?'

IV. 1. Summa militum alacritate, jubentium, 'quocumque vellet, duceret,' oratio excepta est: 2. nec rex moratus impetum, tertioque per Parthienen die [a] ad fines Hyrcaniæ penetrat; Cratero relicto cum iis copiis, quibus præerat, et ea manu, quam Amyntas ducebat, additis sexcentis equitibus et totidem sagittariis, ut ab incursione [b] barbarorum Parthienen tueretur. 3. Erygyium 'impedimenta,' modico præsidio dato, 'campestri itinere ducere' jubet. Ipse cum phalange et equitatu CL. stadia [c] emensus, castra in valle, qua Hyrcaniam adeunt, communit. Nemus prærultis den-

Gryph. Bas. Col. Mer. Frob. Lugd. et Amst. *inter præmia gloriæ;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pith. Put. et Fauch. *inter prima gloriæ, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Darium q. hostem;* 'quod si præplacet, delenda est, Freinshemio monente, vox *parricidas.*' Schmieder. Amst. *Darii q. hostes.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *illius odio.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Lugd. et Amst. *vestras manus.*—18 Mer. *vos et pia bella.* Voss. 1. *suspicere.* Voss. 2. *non nomini ejus,* probante Snakenburgio.

1 Pro *jubentium,* Florent. Leid. tres Gronovii, Sigeb. Colon. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Col. *subeuntium,* quod Gronovio Obss. II. 4. Heinsio, et Snakenburgio recipiendum videtur. 'Heumanno tamen, recte opinor, magis probatur vulgata.' *Schmieder.* Bas. *subclamantium.* Leid. Voss. 1. et Col. *ducere* pro *duceret.*—2 Voss. 2. omittit *per* ante *Parthienen;* edd. vett. *per Parthienem.* Voss. 2. *ad finem.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *cum his copiis.* Venet. Veron. Rom. Vet. an. 1474. Junt. Ald. Colin. Gryph. et ceteræ ante Freinsh. *et ex manu.* Venet. Rom. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Mer. Frob. Ald. Colin. Gryph. et Basil. *sex millibus equitibus.* Voss. 2. *ab incursu.*—3 Pro *Erygyium,* Florent. *Frigum;* Leid. *Phrigum;* Voss. 1. *Riphum;* Ald. *Phrygium;* Dan. *Phrygum;* Voss. 2. et Pal. 1. *Phorigium;* Col. *Phorygium;* Mer. *Phrygium;* Elz. *Erigium;* alii *Erigyum.* Pal. 1. omittit: *campestri itinere.* Bong. 1. *stadia mensus.* Mer. *communiit. Nemus prærultum.* Voss. 2. omittit *densisque.* Vulgo ante Freinsh.

NOTÆ

[a] *Tertio die*] Diodorus tertio die quam castra moverat post sedatos milites, Hecatompylon venisse tradit.

[b] *Ut ab incursione*] Apud Arrianum lego missum in Tapuros Craterum persequendis militibus exteris qui Darium secuti erant: Parthiæ vero Satrapem constitutum Ammynapem quendam Parthum.

[c] *CL. stadia*] Quinquaginta duo milliaria cum 50. passibus.

sisque arboribus umbrosum est, pingue vallis solum rigantibus aquis, quæ ex petris imminentibus manant. 4. Ex ipsis radicibus montium Zioberis[d] amnis effunditur, qui tria fere stadia in longitudinem universus fluit; deinde saxo, quod alveolum interpellat, repercussus, duo itinera velut dispensatis aquis aperit.[a] 5. Inde torrens et saxorum, per quæ incurrit, asperitate violentior terram præceps subit.[b] Per CCC. stadia conditus labitur; rursusque velut ex alio fonte conceptus editur, et novum alveum intendit, priore sui parte spatiosior:[c] 6. quippe in latitudinem XIII. stadiorum diffunditur; rursusque angustioribus coërcitus ripis iter cogit:[d] tandem in alterum amnem cadit, cui [e] Rhidago'[e] nomen est. 7. Incolæ affirmabant, [f] quæcumque dimissa

[a] *A rupe quæ tenuem ejus alveum interrumpit resiliens, duas canales sibi facit, quasi ex æquo divisis undis.*

[b] *Postea rapidior factus, &c. subter humum repente conditur.*

[c] *Velut ex alia scaturigine natus oritur, et novum canalem ingreditur, latior quam prius fuerat.*

[d] *Iterumque coarctatus ripis minus distantibus, alveum contractiorem habet.*

ex petris eminentibus; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Amst. *ex petris imminentibus.*—4 Leid. Bong. 1. 2. et Voss. 1. *Ziobetis;* Voss. 2. *Zoberis;* Pal. 1. *Obentis;* ap. Diodor. Στριβόλης μέγας πόταμος. Bong. 1. *effundit.* Vulgg. ante Freinsh. *quod a. interpolat;* Bong. 1. 2. Pal. 1. Dan. Fauch. Pith. Put. Voss. 1. 2. Leid. Florent. et Const. *quod a. interpellat,* ut legendum putabat Acidalius. Ald. *repercursus.*—5 Voss. 2. omittit: *Inde torrens.* Mer. exhibet: *per quam incurrit;* Pal. 1. *per quæ currit.* Pal. 1. *præceps subiit;* alii: *subit præceps.* Sigeb. Florent. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. *conceptus edit;* Colon. et alius Modii: *conceptas edit.*—6 Voss. 2. *in latitudine;* Voss. 1. *in altitudinem.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *decem et trium stadiorum;* Pith. *triginta et trium stadiorum.* Pal. 1. *velut angustioribus.* Leid. et Voss. 1. *cohercitus ripis.* Florent. Voss. 1. et Bong. 2. *cadat;* et sic Bong. 1. nisi quod ultimo *a* superscriptum est *i.* Florent. Leid. Dan. et Bong. omittunt *cui.* Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Dan. *Ridagno;* Voss. 2. *Ridagus;* Bong. 1. 2. *Ridagrio;* Ald. *Rhindaco.*—7 Dan. Pal. 1. *quicumque dimisso;* Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. Bas. Mer. et Elz. *quicumque dimissi;* Florent. *quicumque dimissa;* sic Bong. 1. sed superscripto *e* syllabæ *qui;* Venet. et

NOTÆ

[d] *Zioberis*] Stibœtem Diodorus appellat, ex quo forte Curtianus *Zioberis*, sive *Ziobetis*, aut *Zibetes*, quomodo alii legerunt. *Alveolum*] Ingentem fluvium ab ipso exordio Siculus describit. *Interpolat*] Vide lib. IV. cap. 6. et supra cap. 2.

[e] *Rhidago*] Hujus fluvii nec Diodorus, nec alius, quem sciam, in Hyrcania Parthiave meminit. Fluviorum porro qui se, ut Zioberis, sub terram condant, maxime insignium nomina collegit Rodolphus Agricola lib. III. de Nat. eorum quæ effluunt e terra.

essent in cavernam, quæ propior est fonti, rursus, ubi aliud os amnis aperit, existere.'[e] Itaque Alexander 'duos tauros, qua subeunt aquæ terram, præcipitari' jubet, quorum corpora, ubi rursus erumpit, expulsa videre, qui missi erant, ut exciperent. 8. Quartum jam diem eodem loco quietem militi dederat, cum literas Nabarzanis, qui Darium cum Besso interceperat, accipit; quarum sententia hæc erat: 'Se Dario non fuisse inimicum; immo etiam, quæ credidisset utilia esse, suasisse: et quia fidele consilium regi dedisset, prope occisum ab eo. 9. Agitasse Darium, custodiam corporis sui contra jus fasque peregrino[f] militi tradere, damnata popularium fide, quam per ducentos et triginta annos inviolatam regibus suis præstitissent. 10. Se in præcipiti et lubrico stantem[f] consilium a præsenti necessitate repetisse. Darium quoque, cum occidisset Bagoan,[g] hac excusatione satisfecisse[h] popularibus, quod insidiantem

[e] *Ubi fluvius novum exitum habet, emergere.*
[f] *In periculoso et ancipiti statu positum.*

Veron. *quicunque immissi.* Pal. 1. *propior esset;* Voss. 1. et Dan. *proprior est,* sed deleto r in Dan. Vulgg. a Mod. usque ad Freinsh. *fontem;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Venet. Veron. Rom. Vet. an. 1474. Junt. Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. et Bas. *fonti.* Pro *ubi,* Voss. 2. Ed. pr. Venet. Rom. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *sibi;* Voss. 1. et Bong. 1. *subi;* Frob. vero: *per.* Voss. 2. Venet. Vet. an. 1474. Veron. Junt. Ald. Col. Mer. et Bas. *apertum;* Florent. Leid. Voss. 1. Amst. et Lugd. *aperitur;* Frob. *in apertum.* Pal. 1. omittit *existere.* Mox Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. omittunt *tauros.* Pro *erumpit* Acid. conj. *erumpunt.*—8 *Quarto jam die* Voss. 2. *Nabazanis* Florent. et Leid. Paulo post Ald. *quæ c. utillima esse.* —9 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. *per II. et CCC. annos;* Pith. et Fauch. *per duo millia et CCC. annos.* Mod. et qui eum secuti sunt usque ad Freinsh. *Persæ præstitissent,* improbante Schmieder.—10 Vulgg. ante Modium: *necessitate reperisse.* Pal. 1. *cum o. Bogrun.* Voss. 2. et Pal. 1. *insidiantem peremisset;* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et nonnullæ edd. *insidiantem interemisset;* Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Bas. Freinsh. et recentt. *insidiantem sibi in-*

NOTÆ

[e] *Peregrino*] Græcis militibus, cap. 10. *Popularium*] Persarum. *Ducentos et trig.*] Vide lib. IV. cap. 14.

[g] *Bagoan*] Eunuchum a quo evectus in solium fuerat; quem deinde insidiantem sibi coëgit venenum ebibere quod regi paraverat. Vide Diod. lib. XVII. ad Olymp. CXI. an. 2.

[h] *Satisfecisse*] Excusatione opus habuit Darius, partim ob summam Bagoæ gratiam, cum ipse recenti ac velut precario potiretur imperio,

[sibi] interemisset. 11. Nihil esse miseris mortalibus spiritu carius: amore ejus ad ultima esse propulsum: sed ea magis esse secutum, quæ coëgisset necessitas, quam quæ optasset. 12. In communi calamitate suam quemque habere fortunam. Si venire se juberet, sine metu esse venturum. Non timere, ne fidem datam tantus rex violaret: Deos a Deo[i] falli non solere. 13. Ceterum si, cui fidem daret, videretur indignus, multa exilia patere fugienti: patriam esse, ubicumque vir fortis sedem elegerit.' 14. Nec dubitavit Alexander, fidem, quo Persæ modo[j] accipiebant, dare, 'inviolatum, si venisset, fore.'[z] Quadrato tamen agmine et composito ibat; speculatores subinde præmittens, qui explorarent loca: 15. levis[a] armatura ducebat agmen; phalanx eam sequebatur; post pedites erant impedimenta: et gens bellicosa et natura situs difficilis aditu curam regis intenderant.[A] 16. Namque perpetua vallis[k] jacet, usque

[z] *Data fide polliceri futurum ipsum incolumem si ad Regem accessisset.*
[A] *Alexandri solicitudinem auxerat.*

---

teremisset.—11 Bong. 1. *ad ultimum*, exculpto *a*; et mox omittit: *propulsum: sed ea magis esse.* Voss. 2. *esse secutum.* Pal. 1. omittit: *quæ coëgisset necessitas;* Voss. 1. 2. et Bong. etiam omittunt, *quam;* Florent. et Leid. etiam: *quam quæ.*—12 Pal. 1. et Dan. *Deos adeo falli.*—13 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *sedem sibi elegerit.*—14 Verba: *quo Persæ modo accipiebant* deerant in codd. Modii. Voss. 1. *et incomposito ibat.*—15 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. et Mer. *et naturæ situs.* Pal. 1. *difficilis editus.* Mer. et Bas. *regi intenderat;* Theocr. *intenderant*, quod recepit Schmieder. ceteri omnes codd. et edd. *intenderat.*—16 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et Dan. *valles.* Voss.

NOTÆ

partim ne nimium ingratus erga bene meritum videretur.

[i] *Deos a Deo*] Per adulationem dictum, quod sciret Alexandrum pro Jovis filio haberi velle.

[j] *Quo Persæ modo*] Fidem dabant juncta cum præsentibus, vel, si abessent, cum internuntiis dextera. Vide Brisson. Nabarzanem abfuisse Curtius, affuisse Arrianus scribit.

[k] *Perpetua vallis*] Hyrcaniam describit, felicem inprimis, amœnamque regionem: cujus limites sunt, cum proprie dicitur, ab Austro Parthia Vetus, ab Occasu Tropatena Mediæ pars, a Septemtrione Caspium sive Hyrcanum mare, ad Orientem Margiana. Sed cum latius accipitur, ad Ochum usque fluvium pertinet, Margianamque Ptolemæi complectitur, immo et Parthiam ipsam Veterem. Hanc enim Macedones ipsique Persæ cum Hyrcania censuerunt, inquit Strabo lib. XI. Hyrcaniam recentiores vocant *Mezandarum*, alii *Tabarestan*, alii *Caspon*, &c. sed ni-

ad mare Caspium patens. Duo terræ ejus velut brachia excurrunt: media flexu modico sinum faciunt, lunæ maxime similem, cum eminent cornua, nondum totum orbem sidere implente. Cercetæ,[l] Mosyni, et Chalybes a læva sunt: 17. ab altera parte Leucosyri et Amazonum campi; et illos, qua vergit ad Septemtrionem, hos ad occasum conversa prospectat. 18. Mare Caspium,[m] dulcius[n] ceteris, ingentis

2. *velut media brachia.* Pal. 1. et Voss. 2. non habent *media* ante *flexu.* Leid. *modica.* Voss. 2. *nondum orbem,* omisso *totum.*—17 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Cercetæ et Mossyni;* Voss. 2. *Cercetæ Mosim;* Pal. 1. *Corece Mosin;* Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Frob. Col. Elz. Lugd. et Amst. *Cercetæ Mossini.* Leid. et Voss. 1. 2. *et Calibes;* Ald. *et Calybes.* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Elz. *et ab altera.* Pal. 1. *Leucosin;* Voss. 2. *Lecosiri.* Pal. 1. *et Amozonum.* Frob. *qua vergunt;* et mox, *prospectant.*—18 Voss. 2. omittit *serpentes;* pro quo Ald. et

NOTÆ

hil incertius ista nominum veterum in recentia permutatione, cum nec situs, nec divisio plerumque respondeant.

[l] *Cercetæ*] Multa paucis contra Geographiam peccat Curtius: nam ut nihil dicam, illum terræ flexum in Lunæ crescentis speciem, qui apud Strab. lib. XI. et Plin. lib. VI. cap. 13. toti Caspii maris oræ Australi tribuitur, ad solius Hyrcaniæ littus restringi; hoc, inquam, ut omittam, quam te cumque in partem convertas, non quadrat Curtii descriptio. 'A læva,' inquit, 'Cercetæ,' 'Mosyni,' 'Chalybes.' Quot verba, tot errata. Cercetæ vel Cercetii ad Boreale Ponti Euxini littus erant, e regione Thermodoontis ac Themiscyræ. Sed allos, de quibus hic agi putem, Cercitas versus Pharnaciam et Trapezuntem collocat Strabo; nec procul ab istis Mosynos, sive Mosynœcos, ad extremas Scydissis montis partes; istorumque vicinos facit Chalybes, qui Chaldæi quondam dicti sunt: 'penes quos potissimum,' inquit, 'Pharnacia est,' Cappadocii Ponti oppidum ad Euxinum, sicut et Trapezus. Straboni concordat Plinius lib. VI. cap. 4. et 5. Dionys. Periegetes, aliique. Nemo ad Caspium Mare reposuit. Eadem in Leucosyris et Amazonibus ad dextram Hyrcaniæ constituendis aberratio. 'Leucosyri' Ptolemæo, Straboni, Plinio, Dionysio, &c. Cappadociæ populi ad Euxinum, versus Thermodontis ostia; ubi et 'Amazonum campi,' de quibus hic loquitur Curtius, et Themiscyra. Leucosyri cur ita dicti sint, apud Strabonem leges lib. XVI. Eustathium in Dionys. lib. VI. De Amazonibus inferius ad caput 5. Atque hic vides Caspium Mare cum Euxino confundi ab Curtio; cujus erroris originem mox indicabimus, progressum lib. VII. cap. 6. Hinc illa de Hyrcaniæ situ *σφάλματα.*

[m] *Mare Caspium*] A Caspiis populis Australe littus incolentibus Caspium, ab Hyrcanis Hyrcanum appellatur. De ejus origine variæ sunt antiquorum sententiæ, quas hic Curtius retulit; falsæ omnes, si præcise accipiantur. In mediis enim terris ita inclusum est, ut nullo, quod quidem appareat, ostio Indicum Scythicumve Oceanum excipiat, quod Strabo existimavit et Plinius; vel Mæotim paludem, quod alii senserunt, et huic nostro visum

magnitudinis serpentes [o] alit: pisces longe diversi ab aliis coloris: quidam 'Caspium,' quidam 'Hyrcanum' appellant: alii sunt, qui 'Mæotim [p] paludem in id cadere' putent: et argumentum afferunt 'aquam, quod dulcior sit quam cetera maria, infuso paludis humore mitescere.' 19. A Septemtrione ingens in littus mare incumbit, longeque agit fluctus, et magna parte exæstuans [q] stagnat.' idem alio

[1] *Pelagus in vastum littus effunditur, et procul impellit undas; sed magna ejus pars, postquam exæstuando diffusa est, in modum stagni remanet.*

Bas. *pisces.* Florent. Leid. et Voss. 1. *piscium in eo longe diversi ab aliis colorem;* Ald. Col. et Frob. *pisces longæ diversi ab aliis coloris;* Pal. 1. *piscis in eo longe diversum colorem;* et sic Dan. nisi quod obelis configit duas novissimas literas; Fauch. et Pith. *piscium in eo longe diversi ab aliis color est;* Boug. 1. 2. Amst. et Lugd. *piscium in eo longe diversus ab aliis color;* Mer. *piscis est in eo longe diversi ab aliis coloris;* vulgg. *piscium longe diversus ab aliis color.* Amst. et Lugd. omittunt: *quidam Caspium.* Vide Not. Var. Florent. Leid. Bong. et Voss. 1. 2. *Meotiam;* Ald. Colin. et Gryph. Meotida; Pal. 1. *Mæotidem;* Mer. Bas. Col. et Frob. *Mæotida.* Voss. 2. *adferent.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *quod dulcior sit,* quod reposuit Schmieder. cum antea legeretur: *quo dulcior sit;* Frob. Col. Bas. Mer. Pal. 1. et Ald. *quæ d. sit.* Voss. 1. *humore intescere.*—19 Lugd. et Amst. *Ad Septentrionem.* Pal. 1.

NOTÆ

esse cognoscimus ex lib. VII. cap. 4. Non major de illius amplitudine consensio. Herodotus longitudinem ait esse parasangas 300. hoc est, milliaria 1162. cum quingentis passibus: Strabo latitudinem 5000. stadia, sive milliaria 625. Joannes Persa longum scribit octingentis milliaribus, latum sexcentis. Isaacus Vossius ambitum æstimat 560. fere leucis Germanicis. Vide Plinium lib. VI. cap. 13. Altitudo summa non amplius quatuor orgyiarum, sive pedum quatuor et viginti, esse dicitur. Vulgatum hodie nomen, *Mer de Sala, ou de Bachu.*

[a] *Dulcius*] Ita quidem Veteres prodiderunt, Solinus præsertim, cap. 30. qui probatum id Magnis Alexandro Pompeioque ex gustu scribit. Nec abest ratio, cum tam multa undique ingentia flumina recipiat, Volgam, Iaxartem, Oxum, Cyrum, Araxem, &c. Huic tamen dulcedini refragantur Jovius lib. XIV. et Joannes Persa. Consule Stukium in Arriani Periplum Euxini.

[o] *Serpentes*] Idem confirmat Strabo lib. XI. Diodorus lib. XVII. Mela lib. III. cap. 5. *Pisces*] Idipsum quoque Diodorus ibidem. De quibus multa Delrio lib. II. Q. 27. Marcus Polus, et Scaliger Exercit. 51.

[p] *Mæotim*] Ingens quædam est palus supra Pontum Euxinum, in quem per Bosporum, ut diximus, Cimmerium se exonerat, exceptis Tanaidis aliorumque fluviorum aquis: quæ res, opinor, induxit Curtium ut Euxinum cum Hyrcano mari misceret lib. VII. cap. 9. et 12. quia Mæotim, quam sciebat in Euxinum labi, eandem in Hyrcanum quoque incidere apud alios legerat. Hanc vulgo dicimus, *Mer de Zabacche, ou de Tana.*

[q] *Exæstuans*] Mela lib. III. cap. 5. 'Caspium appellant: omne atrox, sæ-

cœli statu recipit in se fretum, eodemque impetu, quo effusum est, relabens terram naturæ suæ reddit:[j] et quidam credidere, non Caspium[r] Marè esse, sed ex India[s] in Hyrcaniam cadere, cujus fastigium, ut supra dictum est, perpetua valle summittitur.[k] 20. Hinc rex XX. stadia[t] processit semita propemodum invia, cui sylva imminebat, torrentesque et eluvies iter morabantur: nullo tamen hoste obvio, penetravit; tandemque ad ulteriora perventum est. 21. Præter alios commeatus, quorum tum copia regio abundabat, pomorum[u] quoque ingens modus nascitur, et

[j] *Terram retegens, pristino in statu illam relinquit.*
[k] *Quæ a montibus in continuam planitiem extenditur.*

---

agit fructus, et magis exæstuans; et mox: *terram n. s. reddidit.* Voss. 1. *et quidem credidere.* Ald. omittit *non* ante *Caspium.* Voss. 2. *cujus vestigium.* Leid. et Voss. 1. *valle summittitur;* Pal. 1. *valle sumitur.*—20 Dan. *in via* pro *invia.* Voss. 2. *terrentes et e. i. morantur: nullus tamen, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *penetrat.* Ald. Colin. Gryph. aliæque edd. *tandemque in loca tuta perventum est;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Pal. ut in textu.—21 Pal. 1. *quorum cum copia;* Pith. omittit *copia.* Bas. omittit *regio.*

NOTÆ

vum, sine portubus, procellis undique expositum:' sed consuetas ac reciprocas æstuum vices habere alii affirmant, negant alii.

[r] *Non Caspium*] Hyrcanum quidam putarunt non idem esse atque Caspium, rebus propter distantiam locorum nondum satis exploratis; quam in sententiam ipse quoque Curtius nonnullis videtur concedere lib. VII. cap. 3. Sed unicum esse sequens ætas compertum habuit.

[s] *Sed ex India*] Etsi nullo aperto exitu invicem commeare liquet, non desunt tamen qui per occultos meatus Indicum Caspio, Caspium Euxino misceri affirment. Argumentum afferunt quod Euris flantibus Caspium detumescere, inflari Euxinum animadversum sit: præterea in hujus littus ignota interdum ligna ejici fluctibus, quæ nonnisi ex Caspio Mari, circa quod nascuntur, advehi potuerint. Contra reflantibus Zephyris Euxinum decrescere, attolli Caspium iidem asserunt. Jam vero ad Armusiam urbem in aditu sinus Persici observatum esse gurgitem quendam, qui quoties Hyrcanum detumescit, ut diximus, maris aquas absorbeat; eodem tranquillo non appareat. Ex quo conjectant alterum alteri per subterraneos canales conjungi: idque similium exemplis confirmant, quorum omnium penes ipsos auctores fides esto. Certe non male ista consentiunt cum his quæ scribit hoc loco Curtius de Caspio Mari nunc exundante, nunc intra littora sese recipiente, pro vario cœli statu.

[t] *XX. stadia*] Passus bis mille et quingentos. *Eluvies*] Cavata torrentibus itinera voraginesque.

[u] *Pomorum*] Hæc fere omnia, ut sæpe, translata ex Diodoro, qui tamen de ficubus, non de pomis loqui-

uberrimum gignendis uvis solum est. 22. Frequens arbor faciem quercus habet, cujus folia multo melle tinguntur: sed, nisi solis ortum incolæ occupaverint, vel modico tepore succus extinguitur.[l] 23. XXX. hinc stadia[v] processerat, cum Phrataphernes ei occurrit, seque et eos, qui post Darii mortem profugerant, dedens: quibus benigne exceptis ad oppidum Arvas[w] pervenit: hic ei Craterus et Erigyius occurrunt. 24. Præfectum Tapurorum[x] gentis Phradaten adduxerant: hic quoque in fidem receptus multis exemplo fuit experiendi clementiam regis. 25. Satrapem deinde Hyrcaniæ dedit Menapim:[y] exul hic regnante Ocho ad Philippum pervenerat: Tapurorum quoque gentem Phradati reddidit.

[l] *Nisi Solis ortum anteverterint, quamvis exiguo calore mel in vapores solvitur.*

Pith. *vivis solum est*; Bong. 2. *huvis solum est*; Voss. 1. *hujus solum est.*— 22 Pal. 1. *cui folia*, Voss. 2. *in colle* pro *incolæ*. Florent. Voss. 2. et Bong. 1. *vel m. tempore*; Pith. *vel modico tp̃r.*—23 Voss. 2. Pal. 1. alii: *hic stadia*. Leid. et Voss. 1. *Phrataſernes*; Pith. *Pharatennes*; Voss. 2. *Phrataphrenes*. Voss. 2. *his ei Craterus*; Bong. 1. *hinc ei Craterus*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Bong. *Erigus*; Amst. *Erigyus*; vulgg. *Erigonus.*— 24 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Præfecto*. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Col. et Bas. *Taurorum gentis*. Florent. Leid. et Voss. 1. *Pharadatem*; Voss. 2. *Pharadantem*; Bong. 1. 2. *Phardatem*; Pal. 1. *Phradantem*; et sic mox.— 25 Florent. Leid. et Voss. 1. *Satrapen*; Heinsius conj. *Satrapiam*; Florent. et Leid. *Menanapi*; Bong. 1. *Menapi*; Voss. 2. *Menapem*; Voss. 1. et Dan. *Menapi*; Pal. 1. *Manapin*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Bas. Mer. et Col. *Taurorum quoque gentem.*

NOTÆ

tur. Vide quoque, si lubet, Strabonem lib. I. et II. de mira Hyrcaniæ fertilitate.

[v] *XXX. h. stadia*] Quatuor milliaria, ducentis minus passibus. *Phrataphernes*] Hunc cum Nabarzane jam venisse testatur Arrianus, in aditu Hyrcaniæ.

[w] *Arvas*] Hoc Armusa Ptolemæi esse suspicatur Ortelius: sed ad urbem Zadracarta occurrisse Craterum ac Erigyum Arrianus scripsit.

[x] *Tapurorum*] Tapuri, sive Tapyri (Græce enim Τάπουροι et Τάπυροι) Parthis et Hyrcanis finitimi. In Margiana collocantur a Ptolemæo; apud Strabonem, quod eodem recidit, inter Hyrcaniam et Ariam. Is tamen alios quoque Tapyros versus Pylas Caspias, Mediæ quondam tributos, meminit. *Phradati*] Autophradatem Arrianus appellat.

[y] *Menapim*] Videtur hic esse Ammynapes quem Arrianus Parthiæ et Hyrcaniæ Satrapea donatum ait: frequens enim est in Asiaticis nominibus adjectio vel detractio τοῦ *A* in vocis principio: ut Amardi, Mardi; Aparni, Parni; Sisines, Asisines; Murathes, Amurathes, &c. *Exul hic*] Cum Artabazo forte, ut mox dicetur. *Ad Philippum*] Regem Macedonum, Alexandri patrem.

v. 1. Jamque rex ultima Hyrcaniæ intraverat, cum Artabazus (quem Dario fidissimum fuisse supra diximus[a]) cum propinquis Darii ac suis liberis modicaque Græcorum militum manu occurrit. 2. Dextram venienti obtulit rex; quippe et hospes Philippi fuerat, cum Ocho regnante exularet, et hospitii pignora in regem suum ad ultimum fides conservata vincebat.[a] 3. Comiter igitur exceptus, 'Tu quidem,' inquit, 'rex perpetua felicitate floreas: ego, ceteris lætus, hoc uno torqueor, quod, præcipiti senectute, diu frui tua bonitate non possum:' nonagesimum et quintum[b] annum agebat. 4. Novem juvenes, eadem matre geniti, patrem comitabantur: hos Artabazus dextræ regis admovit, precatus 'ut tam diu viverent, donec utiles Alexandro essent.' 5. Rex pedibus iter plerumque faciebat: tunc 'admoveri sibi et Artabazo equos' jussit, ne, ipso ingrediente pedibus, senex equo vehi erubesceret. 6. Deinde, ut castra sunt posita, 'Græcos,' quos Artabazus adduxerat, 'convocari' jubet: at illi, 'nisi Lacedæmoniis (et Sino-

[a] *Fidelitas ad mortem usque ab eo servata in Darium, hospitii gratiam adhuc superabat, &c.*

1 Florent. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. omittunt *rex*. Voss. 1. 2. *Hyrcaniæ ultima*. Voss. 2. *Artabarzus*. Pith. *fidelissimum*.—2 Pal. 1. *erga regem*; Voss. 2. omittit præpositionem; et mox habet: *servata fides*.—3 Dan. *igitur rexceptus*, sed confixa litera *r*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Col. 1579. Lugd. Amst. *rex Deos quæso perpetua*; Voss. 2. et Pal. 1. *rex Deorum quæso perpetua*. Bong. *nonagensimum*.—4 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *omnes eadem matre*. Florent. Leid. et Bong. *dexteræ regis*; Voss. 1. *dextere regis*.—5 *Rex iter pedibus faciebat plerumque* Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. Voss. 2. et Pal. 1. *ne ipso gradiente*.—6 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Ut deinde castra*. Leid. *Artabatus*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *at illi nisi fides Lacedæmoniis est* (in *est* suprascriptum *et*) *inopensibus*

NOTÆ

[a] *Supra diximus*] Lib. v. cap. 9. et seqq. *Exularet*] Artabazus ab Ocho rege Persarum defecerat cum Memnone, cujus sororem habuit in matrimonio. Victi ex Asia fugerunt in Macedoniam ad Philippum, donec Mentoris ope (frater hic Memnonis fuit) in gratiam recepti sunt. Cum his Alexander vixdum septennis familiariter egerat.

[b] *Nonagesimum et quintum*] De ista locutione diximus lib. III. cap. 9. *Novem*] Ex Mentoris ac Memnonis sorore undecim filios, novem filias susceperat, Diodoro teste lib. XVI. ad Olymp. 107. an. 4. Tres solum adductos hic refert Arrianus.

pensibus) fides daretur,' respondent, 'se, quid agendum ipsis foret, deliberaturos.' 7. Legati erant Lacedæmoniorum missi ad Darium,[c] quo victo applicaverant se Græcis[b] mercede apud Persas militantibus. 8. Rex, 'omissis sponsionum fidcique pignoribus, venire eos' jussit, 'fortunam quam ipse dedisset habituros.' Diu cunctantes, plerisque consilia variantibus, tandem 'venturos se' pollicentur. 9. At Democrates Atheniensis, qui maxime Macedonum opibus semper obstiterat, venia desperata, gladio se transfigit: ceteri, sicut constituerant, ditioni Alexandri se ipsos permittunt: 10. mille et D.[d] milites erant: præter hos legati ad Darium missi XC. In supplementum distributus miles; ceteri remissi domum, præter Lacedæmonios, quos 'tradi in custodiam' jussit. 11. Mardorum[e] erat gens con-

[b] *Adjunxerant se Græcis.*

---

daretur; Voss. 2. *ac illi non fides Lacedæmoniis daretur;* Pal. 1. *et quoque Peloponnensibus;* Bong. *at illi nisi fides quoque Lacedæmoniis et iorpensibus;* Fnech. *Pelopensibus,* exscalpta priore lectione; vulgg. ante Freinsh. *fides quoque daretur.* Ex codd. Modii Schmieder. recepit: *et Sinopensibus.* Vide Not. Var. Leid. *respondens.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *siquid agendum.* —7 Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. Bas. et Amst. *victo adplicuerant.*—8 Voss. 2. *ipsos jussit.* Ald. *Diu cunctantis.* Mer. *consilia narrantibus.*—9 Pal. 1. *semper obsisterat.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *desperata venia.* Pal. 1. *dictioni Alexandri.* Florent. Leid. et Voss. 2. *ipsos se;* Pal. 1. *et ipsos se;* Voss. 1. et Dan. *ipsos sem;* sed in Dan. jugulata extrema litera.—10 Voss. 2. *decem millia et quingenti milites;* Frob. Col. Bas. et Ald. *X. millia et D. milites.* Mer. *et centum milites.* Voss. 2. *missi XC. milia.* Pal. 1. *distributio: milites ceteri, &c.* Voss.

NOTÆ

[c] *Missi ad Darium*] Causam mittendi tempusque habes in Suppl. hujus libri: legatorum nomina apud Arrianum hoc loco; qui Dropidem quoque adjungit Atheniensium legatum.

[d] *Mille et D.*] Totidem Arrianus ac Diodorus; quo magis suspicor auctum a Curtio numerum cum quatuor millia censeret lib. v. cap. 8. Hæc autem post reditum ex Mardica excursione gesta referuntur ab Arriano. *Legati XC.*] Quatuor solum Lacedæmonios idem auctor appellat, sed qui forte principes erant. Sinopensium quoque meminit, quos hic etiam multi codices Lacedæmoniis adjungunt. Est autem Sinope urbs Paphlagoniæ ad Pontum Euxinum; hodie *Sinopi,* apud Chalcondylam *Perdapas.*

[e] *Mardorum*] Secunda hæc est Alexandri in Mardos expeditio, quam Diodorus et Arrianus primam, eamque unicam describunt. Vide quæ super ea re diximus lib. v. cap. 6. *Confinio*] Ad Occasum Hyrcaniæ ponuntur apud Ptolemæum; assentiente, ut apparet, Strabone.

finis Hyrcaniæ, cultu vitæ aspera et latrociniis assueta: hæc sola nec legatos miserat, nec videbatur imperata factura. Itaque rex indignatus, si una gens posset efficere, ne[f] invictus esset, impedimentis cum præsidio relictis, invicta manu comitante procedit. 12. Noctu iter fecerat, et prima luce hostis in conspectu erat: tumultus magis quam prælium fuit. Deturbati ex collibus, quos occupaverant, barbari profugiunt; proximique vici ab incolis deserti capiuntur. 13. Interiora regionis ejus haud sane adiri sine magna vexatione exercitus poterant. Juga montium præaltæ sylvæ rupesque inviæ sepiunt; ea, quæ plana sunt, novo munimenti genere impedierant barbari. 14. Arbores densæ sunt ex industria consitæ, quarum teneros adhuc ramos manu flectunt, quos intortos rursus inserunt terræ; inde velut ex alia radice lætiores virent tranci:[e] 15. hos, qua natura fert, adolescere non sinunt:[d] quippe alium alii quasi nexu conserunt; qui ubi multa fronde vestiti sunt, operiunt terram: itaque occulti nexus ramorum velut

[e] *Viridiores repullulant stipites.*
[d] *Hos crescere non patiuntur quocumque ramorum indoles posceret.*

2. *in custodia.*—11 Voss. 1. *nec gelatos miserat.* Pal. 1. *si ima gens.* 'Pro *invicta* codd. quidam Snakenburgii, *invita;* Freinshemius conj. *reliqua manu;* Heinsius, *incita manu;* Schefferus, *indicta manu;* Faber, *expedita manu,* quod recepit Cellarius.' 'Ex lectione *invita* elicias *invito,* scribasque *impedimentis cum præsidio relictis invito; manu comitante procedit. Invito,* quia et ipsum præsidium illud sequi malebat regem, gloriam suam ulturum.' *Bothe.*—12 Voss. 1. *iter ferat.* Pro *tumultus* Heinsius conj. *cum tumultus.* Mox pro *profugiunt* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *profugerunt.* Pro *deserti* Leid. *devii.*—13 Voss. 2. *haud sane.* Edd. ante Mod. cum Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. et Both. *adiri s. m. v. e. poterat.* Schmieder. ex codd. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. lectionem nostram restituit. Vox *magna* non habetur in Voss. 2. Mox Florent. *inviæ sæpiunt.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pith. *ea quæ plana sunt.* Amst. *impedierant.*—14 Pal. 1. *dempsæ sunt.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *de industria.* Voss. 2. *flectunt manu.* Idem codex cum Pal. 1. *inferunt terræ.* Dan. *dex alia,* sed inducta litera *x;* Pith. et Fauch. *de alia.* Pal. 1. *laxiores virent;* Venet. et Veron. *latiores virent.*—15 Heinsius conj. *quasi nexu mutuo conserunt;* Both. *quasi innixum conserunt.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *occultus ramorum;* Pal. 1. *occulto connexu ramorum;* Voss. 2. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *occultus connexus ramorum;* Venet. et Veron. *occultus nexus ra-*

NOTÆ

[f] *Efficere, ne*] Alii erant igitur Mar- v. cap. 6.
dorum populi quos ante subegerat lib.

laquei perpetua sepe iter claudunt. 16. Una ratio erat cædendo aperire saltum: sed hoc quoque magni operis: crebri namque nodi duraverant stipites,[e] et in se implicati arborum rami, suspensis circulis similes, lento vimine frustrabantur ictus.[f] 17. Incolæ autem, ritu ferarum virgulta subire soliti, tum quoque intraverant saltum, occultisque telis hostem lacessebant. Ille, venantium modo latibula scrutatus, plerosque confodit: ad ultimum 'circumire saltum milites' jubet, 'ut, si qua pateret, irrumperent.' 18. Sed ignotis locis plerique oberrabant: excepti sunt quidam; inter quos equus regis, 'Bucephalam'[g] vocabant; quem Alexander non eodem, quo ceteras pecudes, animo æstimabat: nam ille nec in dorso insidere suo patiebatur alium, et regem, cum vellet ascendere, sponte sua genua submittens excipiebat, credebaturque sentire quem veheret. 19. Majore ergo, quam decebat, ira simul ac dolore stimulatus, 'equum vestigari' jubet, 'et per interpretem pronuntiari, ni reddidissent, neminem esse victurum.'[g] Hac denuntiatione territi cum ceteris donis equum adducunt.

[e] *Frequentes nodi induraverant truncos.*
[f] *Flexibilibus flagellis cedentibus irritos reddebant securium ictus.*
[g] *Nullum illorum non trucidatum iri.*

morum. Florent. Leid. Voss. 1. Veron. Venet. Frob. Mer. Col. Bas. et Ald. *iter claudit;* Voss. 2. *claudit iter;* Bong. 1. habet superscriptum *dant*, ut sit *claudunt.*—16 *Vana ratio* Voss. 2. Idem codex et Pal. 1. omittunt *magni.* Pro *duraverant* Voss. 2. et nonnullæ edd. *nudaverant;* aliæ *sodaverunt.* Pith. *cirrulis similes.*—17 *Ille venantis* Pal. 1. *ad ultimum circumvenire* Voss. 2. et Pal. 1. *ad u. circuire* edd. vett. *paterent* Ald.—18 Voss. 1. *exceptique sunt;* Voss. 2. *excepti quidam sunt.* Edd. vett. *Bucephalum;* omnes vero codd. *Bucephalam.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *namque ille;* Voss. 2. *nam nec ille.* Pal. 1. omittit *in* ante *dorso.* Pro *ascendere*, membranæ Modii *descendere;* unde ille *escendere*, quod habet Bong. 1. sed superscripto *a.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *sponte genua, &c.* omisso *sua.*—19 Dan. Pith. et Fauch. omittunt *ergo.* 'Vel scribendum: *cum ceteris* (quos excepe-

NOTÆ

[g] *Bucephalam*] Nobilis hic Alexandri equus fuit, nomen adeptus, ut ait Plinius lib. VIII. cap. 42. 'sive ab aspectu torvo, sive ab insigni taurini capitis armo impressi.' Qua sit arte domitus ab Alexandro, cum antea indomitus haberetur, legas in Suppl. lib. I. cap. 4. Alexandri Bucephalam domantis marmorea statua Romam a Constantino translata est Alexandria, et in Quirinali colle posita in medio thermarum quas ibidem construxerat; ex quo nomen inditum, *Monte-Cabello.*

20. Sed ne sic quidem mitigatus, 'cædi sylvas' jubet, 'aggestaque humo e montibus planiciem ramis impeditam exaggerari.'[a] 21. Jam aliquantulum altitudinis opus creverat, cum barbari, desperato regionem, quam occupaverant, posse retineri, gentem suam dedidere: rex, obsidibus acceptis, 'Phradati tradere eos' jussit. Inde quinto die in stativa revertitur. 22. Artabazum deinde geminato[b] honore, quem Darius habuerat ei, remittit domum. Jam ad urbem Hyrcaniæ,[i] in qua regia Darii fuit, ventum erat: ibi Nabarzanes accepta fide occurrit, dona ingentia ferens: 23. inter quæ Bagoas erat specie singulari spado atque in ipso flore pueritiæ; cui et Darius fuerat assuetus, et mox Alexander assuevit: ejusque maxime precibus motus Nabarzani ignovit. 24. Erat, ut supra dictum est, Hyrcaniæ finitima gens Amazonum,[j] circa Thermodonta[k] amnem

[a] *Congesta terra impleri.*

rant Barbari) *et donis*, vel, quod malim, expungendum *donis*, tanquam glossema.' *Bothe.*—20 *Sed nec sic* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Sed non sic* Voss. 2. et Pal. 1. qui cŏdd. omittunt τὸ *quidem*. Voss. 2. *silvam*. Idem codex cum Pal. 1. et Met. *et montibus.*—21 *Jamque* Pal. 1. *Namque* Voss. 2. *aliquantum* Florent. Leid. et Voss. 1. Acidalius et alii malunt: *in aliquantulum...desperato*; postquam desperatum fuit. Et sic edidit Tell. *desperati* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Bas. Mer. Frob. et Col. *Phradanti* Pal. 1. et Voss. 2. Freinshemius mavult: *Phradati patere eos, &c.*—22 *Artabazo* Voss. 2. *quam Darius* Voss. 1. Bong. 1. Ald. Colin. Gryph. Lugd. Elz. Frob. Mer. Col. et Bas. Pro *ei* Voss. 2. et Pal. 1. *eum*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Ald. Colin. et Gryph. *Jamque ad urbem*; Pal. 1. *Tandem ad urbem*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Nabazanes.*—23 Voss. 2. *atque ipso*, omissa præpositione *in*. Pal. 1. *cui Darius*, omisso *et*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *assuetus fuerat*; quæ voces non habentur in Bong. membranis Acidalii, et edd. quibusdam vett.—24 Pith. omittit *Hyrcaniæ*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pith. *Thermodanta*; Voss. 2. *Termodonta*; Frob. Mod.

NOTÆ

[b] *Geminato*] Altero tanto majorem ei honorem impertitus, quam sub Dario acceperat. Pro *quam* legunt alli *quem*; sed plures habent *quam*. Nec similia desunt exempla, maxime apud Tacitum, ubi 'quam' pro 'magis quam,' aut 'supra quam,' accipitur.

[i] *Urbem Hyrcaniæ*] Zadracarta sive Zendracarta vocat Arrianus lib. III. at Ptolemæus lib. VI. cap. 9. Hyrcaniam metropolim. *Ibi Nabarzanes*] Vide quæ diximus ad cap. 4.

[j] *Gens Amazonum*] Incredibile dictu quantopere in eo conspirent scriptorum plerique, Græci, Latini; primæ, mediæ, postremæ ætatis; ut Amazonum gentem fuisse quandam, atque imperium affirment. Eorum catalogum texuit Freinshemius. Et quamvis plurimi diversa, multi pugnantia,

Themiscyræ incolentium campos. 25. Reginam habebant[1]

Col. Lugd. 1584. 1588. 1591. Amst. 1621. 1628. 1629. 1686. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. (Paris. 1678. 4°.) Snak. Barb. Bip. et Schmieder. *Thermodonta;* Bong. 1. 2. Pal. 1. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Tell. (Lond. 1705. 8°.) Maitt. et Both. *Thermodenta.* Græcum est Θερμώδων, Θερμώδοντος, secunda longa. Quint. Calaber. lib. I. Καί ποτε Θερμώδοντος ὑπ' εὐρυπόροιο ῥοάων. Propert. III. 14. 14. 'Thermodonteis turma vagatur agris.' Cf. Apoll. R. II. 370. 807. 973. Orph. Arg. 734. Nonn. D. XX. 198. Dionys. Perieg. 657. 774. Stat. Sylv. I. 6. 56. Ovid. Pont. IV. 10. 51. Claud. Rapt. P. II. 66. Sil. Ital. VIII. 431. et Virg. Æn. XI. 659. ubi similiter peccatum. Vide Heyn. ibid. et Wakef. Sylv. Crit. tom. III. p. 94. Voss. 1. 2. *Themisciræ;* Pal. 1. *remiscire;* Mer. *Themisyræ;* Ald. *Themiscyre.*—25 *Thalestrim* edd. vett. *Thalestria*

NOTÆ

omnes fabulosa tradiderint; vix tamen credam nihil prorsus veri subesse, cui tantum fabularum superstructum sit. Fuerit igitur alicubi bellatricum mulierum agmen, quale a Baccho ductum, non minus quam virorum, testis est Eusebius ex Prochoro. Nec vero id ut credatur aliquando visum esse, multum nobis laborandum est, qui sciamus quid superiore sæculo in obsidione Harlemica et Sancerrana gestum sit ab integris viraginum cohortibus. Stradam consule de Bello Belg. Dec. I. lib. VII. Ne quid de iis mulieribus dicam quæ virilem in modum suis regnis, sæpe etiam exercitibus præfuerunt. Tale quidpiam priscis temporibus contigerat; quod Græci fabularum amantes solita vanitate ad miraculum auxerunt, ut cuique lubitum fuit. Lege si vacat Herodotum lib. IX. Strabonem lib. XI. Diodorum lib. II. Apollodor. lib. II. Philostratum in Heroic. Plutarchum in Theseo, Justinum lib. II. ex quibus ferme descripta quæ ceteri tradiderunt. Adiri etiam possunt ex Recentioribus Goropius Becanus lib. VIII. et Reineccius in Regno Amazon. a quibus ea de re tota fuse disputatum.

[k] *Circa Thermodonta*] Thermodon Cappadociæ in Ponto Polemoniaco fluvius Euxinum ingreditur, non procul urbe Themiscyra quæ in eodem littore sita erat. Sed Curtius solenni errore Euxinum pro Caspio sumsit, inter quæ intervallum est 375. m. passuum, vel ut alii 250. Plinius lib. VI. cap. 11.

[l] *Reg. habebant*] Multo illud magis dubium, vel potius fabulosum, gravissimi auctores putant, ullum Alexandri temporibus Amazonum regnum, ullamve reginam fuisse, quæ ad eum venire potuerit. Et vero si regnabant tum temporis in Cappadocia, et ad eam diem regnaverant, quomodo tot Medorum antea Persarumque bellis, et quæ statim inter Alexandri circum ea loca successores ibi gesta sunt, nulla usquam Amazonum mentio? Cur non Alexandrum in Galatia, hoc est, in sui regni foribus, versantem Thalestris convenerat? Quomodo ipsum antiqua visendi monumenta studiosissimum cupido non incessit, tam famosam, tam propinquam Themiscyram adeundi? Sed ut hæc omittamus, certum falsitatis argumentum est ipsius Alexandri silentium; qui, cetera quæ his locis gesserat accurate scribens ad Antipatrum, de Amazonibus silet. 'Et sane ex tanto scriptorum numero, qui maxime veritatis habuerunt rationem, nihil ea de re dicunt:' (immo fabulam risit Ptolemæus Alexandri comes:) 'qui tradiderunt, non

Thalestrin, omnibus inter Caucasum montem et Phasin [m] amnem imperitantem. Hæc cupidine visendi regis accensa finibus regni sui excessit; et cum haud procul [n] abesset, præmisitindicantes, 'venisse reginam adeundi ejus cognoscendique avidam.' 26. Protenus facta potestate veniendi, ceteris jussis subsistere, CCC. fœminarum [o] comitatu processit. Atque ut primum rex in conspectu fuit, equo ipsa desiliit duas lanceas dextra præferens. 27. Vestis non toto Amazonum corpore obducitur; nam læva pars ad pectus est nuda, cetera deinde velantur: nec tamen sinus vestis, quem

omnes codd. cum Bas. Lugd. et Amst. *fasin amnem* Voss. 2. *Phasim amnem* edd. vett. *Phasin amnem* omnes codd. Voss. 1. *imperitatem.* Dan. *procul ab esset.* Membranæ Modii: *adeundi eos.*—26 Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *tercentis feminarum;* Dan. *trecentis feminarum;* Pith. et Fauch. *centis feminarum.* Ald. Colin. Gryph. Frob. et Amst. *comitatu,* quod præferunt Schefferus et Schmieder. Moxius ex codd. legit: *in conspectum.* Pith. *dissiluit;* Bong. 2. *desitivit;* Voss. 2. *prosiluit;* edd. vett. *desiliit;* codd. Snakenburgii cum Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Col. Mer. Lugd. et Amst. *desiluit.*—27 Vulgg. ante Raderum: *non t. A. corpori;* Goropius vero legit: *non toto corpore.* Fuit qui rescribendum putaret: *non ex toto, A. corpore obducitur.* Voss. 2. et vulgg. *cetera inde.* Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *quem* ante *nodo;* Voss. 1. Pal. 1. et

NOTÆ

consentiunt.' Strabonis verba sunt auctoris gravissimi, lib. XI. cui suffragatur Arrianus lib. VII. Plutarchus in Alex. &c.

[m] *Caucasum montem et Phasin*] Qui in Thermodonte ac Themiscyra erravit, consequens erat ut in Caucaso etiam et Phasi hallucinaretur. Et vero Caucasum ex Paropamiso fecisse infra videbimus lib. VII. cap. 3. qui longe ultra Hyrcaniam in Ortum remotus est; cum verus qui dicitur Caucasus, Amazonum finitimus, ad Pontum sit Euxinum, Orientem inter ac Septemtrionem. Phasis ex Paryedro Armeniæ monte oritur eodem atque Euphrates fonte; ut exhibet Ptolemæi Tab. III. Asiæ, et ex Strabone colligi potest. Inde Septemtrionem versus labitur crebris flexibus sinuosus, et in Colchidem defluens, atque ad Occasum flexus, Ponto miscetur Euxino ad urbem sibi cognominem: utrique hodie nomen *Fazze.* A Phasi dicti sunt 'Phasiani,' aves exquisitæ, *des Faisans;* quod ex ejus ripis, ubi frequentes sunt, credantur primum in Græciam ab Argonautis advectæ. Ad Curtium redeo. Videtur hic inter Phasim et Caucasum Amazonici regni fines includere: sed quo id pacto fieri potuit si ad Thermodontem incoluerunt Themiscyræ campos, longo sane citra Phasim intervallo?

[n] *Haud procul*] Ita censuit Curtius, falsa ductus opinione, Amazonum campos Hyrcaniæ fuisse finitimos. Sed Strabo a Thermodonte ad portas Caspias, quas jam tum prætergressus erat Alexander, stadia sexies mille numerat, quæ sunt passuum 750. m. Prudentior Justinus qui 25. dierum iter facit.

[o] *CCC. fœminarum*] Hellenismus, pro 'trecentis fœminis.'

nodo colligunt, infra genua descendit. 28. Altera papilla intacta servatur, qua muliebris sexus liberos alant; aduritur dextra,[p] ut arcus facilius intendant et tela vibrent. 29. Interrito vultu regem Thalestris intuebatur, habitum ejus haudquaquam rerum famæ parem[e] oculis perlustrans: quippe hominibus barbaris in corporum majestate veneratio est; magnorumque operum non alios capaces putant, quam quos eximia specie donare natura dignata est. 30. Ceterum interrogata, 'num aliquid petere vellet,' haud dubitavit fateri, 'ad communicandos cum rege liberos se venisse: dignam, ex qua ipse regni generaret hæredes: fœminini sexus se retenturam; marem reddituram patri.' 31. Alexander, 'an cum ipso militare vellet,' interrogat: et illa, causata, 'sine custode regnum reliquisse,' petere perseverabat, 'ne se irritam spei pateretur abire.'[f] 32. Acrior ad Venerem fœminæ cupido quam regis, ut paucos dies subsisteret, perpulit. XIII. dies in obsequium desiderii ejus absumti sunt. Tum illa regnum suum, rex Parthienen[q] petiverunt.

[e] *Staturam corporis non æqualem famæ rerum ab eo gestarum.*
[f] *Spe sua frustratam discedere permitteret.*

Ald. *quem modo colligunt*; Voss. 2. *q. nodo colligitur.*—28 *Altera papilla* Bong. 1. *quæ muliebris* Pal. 1. *alat* Voss. 2. et Pal. 1. *intendatur* Pith. *et tela librent* Heinsius.—29 Voss. 1. 2. *Talestris.* Voss. 2. omittit *habitum ejus.* Voss. 1. *rerum fame parem.* Mer. *perlustrat.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et edd. multæ post Modium: *omnibus barbaris.*—30 Voss. 2. *ad communicandum.* Pal. 1. *regis generaret*; Voss. 2. *regeneraret.* Edd. ante Freinsh. *feminei sexus*; omnes codd. *feminini sexus.* Lugd. et Amst. omittunt *se*, quod tamen extat in Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. &c.—31 Pal. 1. *at illa causata*; quod recepit Bothe, cum hac annotatione: 'Possis et ipsum *at* ortum credere ex prægressa syllaba; nam abesse salva sententia potest.' Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *sine custodiæ*; unde Heinsius conj. *sine custodia.* Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *abire pateretur.*—32 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. *ac ut paucos*; Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *at ut paucos.* Ald. et Bas. *sustineret*; Col. *substineret.* Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. omittunt *ejus.* Pal. 1. omittit

NOTÆ

[p] *Aduritur dextra*] Hinc factum putant Amazonis nomen, quod altera carerent mammilla; ex μαζὸς, *mamma*, et α privante. Sed Philostratus aliam attulit causam; quod mamma non alerentur et lacte materno, sed equino; ne effœminatus facerent.

[q] *Parthienen*] Parthia et Parthiene

VI. 1. Hic vero palam cupiditates suas solvit; continentiamque et moderationem, in altissima quaque fortuna eminentia bona, in superbiam ac lasciviam vertit. 2. Patrios mores disciplinamque Macedonum regum salubriter temperatam, et civilem habitum,[a] velut leviora magnitudine sua ducens, Persicæ regiæ, par Deorum potentiæ, fastigium æmulabatur.[b] 3. Jacere humi venerabundos pati cœpit: paulatimque servilibus ministeriis tot victores gentium imbuere, et captivis pares facere expetebat. 4. Itaque purpureum[a] diadema distinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdedit, vestemque Persicam[b] sum-

[a] *Popularem vivendi modum.*
[b] *Persicorum regum arrogantiam divinæ magnitudini se exæquantem imitabatur.*

sunt. Post Tum Dan. inter lineas habet ab eadem manu: *postquam utero se habere comperit.* Pal. 1. *Parthienon.*

1 *Hic vero rex* Dan. *in altissimam quamque* Sigeb. *in altissima quaque fortunam* Voss. 1. Scheffer. conj. *in altissima quoque fortuna.* Voss. 2. et Pal. 1. *in s. ac l. convertit.*—2 'Scheffer. legit: *Patrios mores, disciplinam Macedonum, regum s. temperatum et c. habitum.* Tum 'temperatus habitus' superbo oppositus est.' *Schmieder.* Pith. etiam omittit τὸ *que.* Mox *regiæ* tanquam glossema damnat Bothe. Voss. 2. et Pal. 1. *fastigia.*—3 Multæ edd. ante Freinsh. *venerabundos ipsum;* sed Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. et Bas. omittunt *ipsum;* Pal. 1. et Voss. 2. exhibent: *venerabundos cœpit ipsum;* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *venerabundus ipsum,* omissis sequentibus *pati cœpit.* Pal. 1. omittit *gentium.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Dan. *facere expectabat.*—4 Pal. 1. *capiti circumdidit.* Pro *ne omen,* Florent. *nemon;*

NOTÆ

supra, cap. 2. Eo rediit ut inde in Ariam duceret.

[a] *Purpureum*] Diadema Persicum descripserat Curtius lib. III. cap. 3. 'Cærulea fascia albo distincta circumibat' cydarim; nunc colorem ipsius diadematis fuisse dicit 'purpureum albo distinctum;' in quo vel lapsus est memoriæ, vel scriptionis mendum. Est autem diadema, proprium regum ornamentum, fascia capiti circumducta; ex quo nomen ei διάδημα, a διαδέω, *cingo, redimio.* Quare idem est hoc loco diadema, quod lib. III. cap. 3. fascia quæ cydarim regii capitis insigne circumibat. Conciliari secum posset ipse Curtius, si illic cum Radero legeremus: 'hoc cæruleum fascia purpurea albo distincta circumibat.'

[b] *Persicam*] Persica vestis eadem fuit atque Medica, ut ex scriptoribus constat promiscue utramque accipientibus. Vel unus Arriani locus sufficiat lib. VI. extremo. Idque diserte docet Strabo de Medica loquens lib. XI. Erat autem Medica seu Persica vestis stolæ genus ad talos usque demissum, quam deinde Parthi quoque rerum potiti ascivernnt. Frustra est igitur Plutarchus dum Alexandrum excusare nititur ea re, quod

sit; ne omen quidem veritus, quod a victoris insignibus in devicti transiret habitum: 5. et ille se quidem Persarum spolia gestare dicebat: sed cum illis quoque mores induerat; superbiamque habitus animi insolentia sequebatur. 6. Literas quoque, quas in Europam mitteret, veteris annuli gemma obsignabat; iis, quas in Asiam scriberet, Darii annulus imprimebatur; ut appareret, unum animum duorum non capere fortunam.[e] 7. Amicos[c] vero et equites, cumque his principes militum, aspernantes quidem, sed recusare non ausos, Persicis ornaverat vestibus. 8. Pellices CCC. et LX. totidem quot Darii fuerant, regiam implebant; quas spadonum greges, et ipsi muliebria pati assueti, sequebantur. 9. Hæc luxu et peregrinis infecta moribus

[e] *Unius mentem non sufficere utriusque imperio.*

Leid. Voss. 1. 2. Pith. Fauch. Bong. 2. Dan. et Pal. 1. *nemo non*; Bong. 1. *ne onem*, superscripta syllaba *mi*, quasi esset *neminem*. Pal. 1. *a victoribus*. Leid. et Voss. 1. *spolia Persarum*.—5 Pal. 1. *moribus induerat superbiam; quæ*, &c. ' Latine scribendum erat: *s. c. i. mores quoque induerat*. Frustra Pal. 1. *moribus*. Fuit cum scribendum existimarem: *sed similia quoque*, &c. sicut *c* et *s* literæ noanunquam permiscerentur in codd.' *Bothe*.—6 Dan. *ceteres*, sed correctum *veteris*. Pal. 1. *obsignabat*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. et Lugd. *his* pro *iis*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *Asia*.—7 Modius ex membranis suis legit: *his unaque principes*; alii: *unaque principes*; Voss. 2. Fauch. et Pith. *hi namque principes*; Florent. *hii namque principes*; Voss. 1. *hunamque principes*; Dan. et Pal. 1. *his namque principes*; Bong. 1. 2. *hunc que principes*; Edd. vett. cum Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. Bas. Freinsh. Ceilar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Bip. et Both. *cumque his principes*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. 1. *oneraverat vestibus*.—8 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *Pellices CCCC*. Pith. *P. quadringenti*; Fauch. *P. quadringentæ*; Voss. 2. *P. quadringenta*. Pal. 1. *totidem qua*; Voss. 1. *totidem quod*.—9 *Hoc luxu* Pal. 1. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. Bas. et Elz. Voss. 1. omittit periodum usque ad *te-*

NOTÆ

non Medicum habitum, sed Persicum, quia minus barbaricus esset, assumserit.

[c] *Amicos*] Arrianus lib. VI. extremo unum fuisse ex Macedonibus Peucestam tradit, qui Medicam vestem acceperit, ut Persis placeret, quorum Satrapes ab Alexandro factus erat. Neque enim dubium est quin hic Arrianus scripserit μεταλαβὼν, non μετα-βαλὼν τὴν Μηδικὴν, ut ex ipso contextu apparet. Diodorus autem lib. XIX. huic soli indultum ab Alexandro scribit ut Persicam gestaret stolam. Verum Plutarchus in Alex. id quoque ab Hephæstione factum asserit, eamque causam fuisse cur illo interprete cum Barbaris ageret; Cratero, quia patrii moris tenacior erat, apud Græcos et Macedonas uteretur.

veteres Philippi milites, rudis natio ad voluptates, palam aversabantur; totisque castris unus omnium sensus ac sermo erat, 'plus amissum [d] victoria, quam bello quæsitum esse: 10. tum maxime vinci ipsos, dedique alienis moribus et externis: tantæ moræ pretium,[d] domos quasi in captivo habitu reversuros: pudere jam sui, regem victis quam victoribus similiorem, ex Macedoniæ imperatore Darii Satrapen factum.' 11. Ille non ignarus, et principes amicorum et exercitum graviter offendi, gratiam liberalitate donisque recuperare tentabat: sed, opinor, liberis pretium servitutis ingratum est. 12. Igitur ne in seditionem res verteretur, otium interpellandum erat bello; cujus materia opportune alebatur.[e] 13. Namque Bessus, veste regia sumta, 'Artaxerxen [e] appellari se' jusserat; Scythasque [f] et ceteros

[d] *Pro tam diuturnæ expeditionis præmio.*
[e] *Quies interrumpenda erat renovato bello, cujus occasio commode parabatur.*

---

tisque; sed infra ascripta est alia manu et atramento quasi obsoletiore. Pal. 1. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. Mer. Frob. et Bas. *infecti.* Pal. *rudis natio voluptatesque;* Bong. et Voss. 2. *rudis natio voluptates;* Fanch. *rudis ratio voluptates;* Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Frob. et Col. *rudis naturæ voluptates.* Voss. 2. et Ald. *adversabantur;* Venet. Veron. et Mer. *versabatur.* Voss. 2. *totis castris,* omisso τῷ *que.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. *esse quæsitum.*—10 'Schefferus legi vult: *Tum cum maxime vinci ipsos ducique alienis moribus,* quomodo victi et captivi dicuntur.' *Schmieder. Cum maxime* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Tum cum maxime* Col. Mod. Lugd. et Amst. *Tum maxime* Pal. 1. Ald. Colin. et Gryph. *dumque alienis* Pal. 1. *denique alienis* Voss. 2. *quo tantæ* Florent. Leid. et Bong. *quotante more* Voss. 1. *qu. tantæ* Voss. 2. *quod tantæ* Pal. 1. *quos tantæ* Dan. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. Dan. et Mer. omittunt *pretium.* Mer. *habitu reversos.* Pal. 1. *pudere jam suum.* Edd. ante Snakenburg. *satrapem;* omnes vero codd. *satrapen.*—11 *Ille vero ignarus* Pal. 1. Idem codex et Voss. 2. omittunt *que* post *donis.* Bong. *reciperare;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Pal. 1. *reparare.* Pal. 1. et edd. vett. *sed ut opinor;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. et Gryph. *sed opinor.*—12 Pith. *in seditionem reverteretur.* Voss. 2. *ocius interpellandum;* Pal. 1. *otius interpellandum;* Mer. *otio interpolandum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pal. 1. et Dan. *bellum.* Voss. 1. *oportuna.*—13 Florent. Leid. et Voss. 1. *Artaxersen;* Pal. 1. et Dan. *Artaxersem;* Voss. 2. *Artasersen.* Mox Florent. Leid. Bong. 1. 2.

NOTÆ

[d] *Plus amissum*] Bello imperium ac divitias paraverant; victoria mores patrios, militaris disciplinæ vigorem, famam, &c. perdiderant.

[e] *Artaxerxen*] Sic Codomannus, regum ultimus, Darium se appellari jusserat, cum ad regnum evectus est. Artaxerxis nomen aliquot Persarum regibus proprium faciunt Græci plerumque scriptores; quamvis ex scrip-

Tanais accolas contrahebat. Hæc Satibarzanes nuntiabat: quem receptum in fidem, regioni, quam antea obtinuerat, præfecit. 14. Et cum grave spoliis apparatuque luxuriæ agmen vix moveretur; 'suas primum, deinde totius exercitus sarcinas, exceptis admodum necessariis, conferri' jussit 'in medium.' 15. Planities spatiosa erat, in quam vehicula onusta perduxerant. Expectantibus cunctis; quid deinde esset imperaturus, 'jumenta' jussit 'abduci; suisque primum sarcinis face subdita, ceteras incendi' præcepit. 16. Flagrabant exurentibus dominis, quæ ut intacta ex urbibus hostium raperent, sæpe flammas restinxerant; nullo sanguinis[g] pretium audente deflere, cum regias opes idem ignis exureret. 17. Brevis deinde oratio mitigavit dolorem; habilesque militiæ et ad omnia parati lætabantur, 'sarcinarum potius, quam disciplinæ fecisse jacturam.' Igitur Bactrianam[h] regionem petebant. 18. Sed Nicanor, Parmenionis filius, subita

et Dan. *Satabazanes*, sed in Dan. jugulata secunda a; Pal. 1. *Saberzanes*; Pith. *Sadibarzanes*; Fauch. *Satharzanes*; Voss. 2. Ald. Mer. Frob. Bas. Col. Lugd. Elz. et Amst. *Nazarbanes*. Voss. 2. *fidem regni*; Pal. 1. *fide regno quod*.—14 Mer. *apparatumque*; Bas. *apparatu*. Voss. 2. *luxoriæ*; et sic Dan. sed superscripto u. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *referre jussit*. Voss. 2. sic distinguit: *jussit. In medium planities*, &c.—15 Fauch. *speciosa erat*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *in qua*. Ald. Frob. Bas. et Mer. *perduxerat*; Col. *præduxerat*. Mox *face* extat in Dan. cum litura; Voss. 2. Ald. Col. Mer. et Bas. *face subducta*. Ald. Colin. Gryph. Bas. Frob. Mer. et Col. *præcipit*.—16 Voss. 2. *extantibus dominis*. Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *intacta*. Ald. *restrinxerant*. Voss. 2. *pretio audente*, et in margine, *pretium adeunte*; Pal. 1. *pretium ardente*.—17 *Brevi* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pith. *deinde horatio* Leid. *deinde ratio* Voss. 1. 2. Dan. Ald. Mer. Col. et Bas.—18 Pal. 1. et Ald. *petebat*.—19 Voss. 2.

NOTÆ

tura colligi possit commune omnium fuisse cognomentum, ut in Ægypto Pharaonum, deinde Ptolemæorum, &c. *Art* quippe lingua Persica 'magnum' sonat; *Xerxes* 'bellatorem.' Herod. lib. VII. et Hesychius. Vide Camerarium Subcis. 2.

[f] *Scythas*] Massagetas, aliosque, lib. VII. cap. 7. Tanais, ibidem. *Satibarzanes*] Ariorum Satrapes sub Dario, qui Alexandro Ariam ingresso occurrerat. Arrian. lib. III.

[g] *Sanguinis*] Quem sæpe vulnerati fuderant, ut his victoriæ præmiis fruerentur.

[h] *Bactrianam*] Inferius describetur lib. VII. c. 4. *Nicanor*] Eadem de ejus morte Arrianus. Sed peccavit ejus Interpres Vulcanius, qui Argyraspidum ductorem appellat, cum Græce scriptum sit ὑπασπιστῶν non ἀργυρασπίδων. Vide lib. IV. cap. 13.

morte correptus, magno desiderio sui affecerat cunctos. 19. Rex ante omnes mœstus cupiebat quidem subsistere funeri affuturus; sed penuria commeatuum festinare cogebat. Itaque Philotas cum II. millibus et DC. relictus, ut justa fratri persolveret: ipse contendit ad Bessum. 20. Iter facienti literæ ei afferuntur a finitimis Satraparum; e quibus cognoscit, 'Bessum quidem hostili animo occurrere cum exercitu: ceterum Satibarzanem, quem Satrapen[i] Ariorum ipse præfecisset, defecisse ab eo.' 21. Itaque quanquam Besso imminebat,[f] tamen ad Satibarzanem opprimendum præverti[j] optimum ratus, levem armaturam et equestres copias educit, totaque nocte strenue facto itinere, improvisus hosti supervenit. 22. Cujus cognito adventu Satibarzanes cum II. millibus equitum (nec enim plures subito contrahi poterant) Bactra perfugit, ceteri proximos montes occupaverunt. 23. Prærupta rupes est, qua spectat Occidentem: eadem, qua vergit ad Orientem, leniore submissa fastigio,[g] multis arboribus obsita, peren-

[f] *Etsi in Bessum ire properabat.* [g] *Magis acclivi jugo depressa.*

omittit *et* et *relictus*.—20 Florent. Leid. Voss. 2. et Dan. *facienti ei;* Voss. 1. *faciendi ei.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. *a finibus.* Voss. 1. et Bong. 2. *satrapharum.* Ald. *Salibarzanen;* Fauch. *Sartibarzanem;* Mer. Col. et Bas. *Satribarzanem;* Voss. 2. *Nabarzanem.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et Dan. *quem Satraphan,* sed in Dan. inducto h. Voss. 2. omittit *Ariorum.* [i] Editores vel: *quem satrapiæ Ariorum ipse præfecisset;* vel: *quem Satrapen Ar. ipse fecisset,* sive *refecisset* legere malunt.' *Schmieder.*—26 Leid. et Voss. 1. omittunt *ad* ante *Satibarzanen.* Pal. 1. pro *præverti* habet *præsenti;* Voss. 2. *præveniri.* Voss. 1. et Dan. *lævem;* Voss. 2. et Pal. 1. *levi armatura copias equestres ducit.* Leid. Voss. 1. et Bong. *itinere strenue facto.* Voss. 2. omittit *itinere.*—22 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. omittunt *enim.* Voss. 2. et Pal. 1. omittunt *subito.* Theocr. *Bactra profugit.*—23 Edd. omnes ante Schmieder. *rupes erat;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. *rupes est.* Voss. 2. Pal. 1. Ald. Froh. Mer. Col. et Bas. *leviore s. fastigio.* Bong.

NOTÆ

[i] *Satrapen* [*Satrapeæ*] Alii minus bene *Satrapem.* Mallet tamen Freinshemius, *Satrapem refecisset,* id est, denuo creasset.

[j] *Præverti*] Recte sic quidem; utrumque enim dicimus 'præverto' et 'prævertor:' verius tamen, opinor, diceretur *reverti;* nam ex Aria Bactrianam petenti, immo forte jam ingresso, nuntiata defectio est; ut revertendum contra Satibarzanem fuerit.

nem habet fontem, ex quo largæ aquæ manant. 24. Circumitus ejus XXX. et II. stadia[k] comprehendit: in vertice herbidus campus. In hoc 'multitudinem imbellem considere' jubent: ipsi, qua rupes erat, arborum truncos et saxa obmoliuntur. XIII. millia armata erant. 25. In horum obsidione Cratero relicto, ipse Satibarzanem sequi festinat: et quia longius eum abesse cognoverat, ad expugnandos eos, qui edita montium occupaverant, redit. 26. Ac primo 'repurgari' jubet, 'quicquid ingredi possent:' deinde, ut occurrebant inviæ cotes præruptæque rupes, irritus labor videbatur obstante natura. 27. Ille, ut erat animi semper obluctantis difficultatibus,[h] cum et progredi arduum, et reverti periculosum esset, versabat se ad omnes cogitationes, aliud atque aliud, ita ut fieri solet, ubi prima quæque damnamus, subjiciente animo: hæsitanti, quod ratio non potuit, fortuna consilium subministravit. 28. Vehemens Favonius[l] erat, et multam materiam[m] ceciderat miles, aditum per saxa molitus: hæc vapore torrida inaruerat.[i] 29. Ergo

[h] *Ut erat ingenio adversus omnia impedimenta pugnante.*
[i] *Hæc ligna ardore Solis exsiccata erant.*

---

peremnem. Florent. Leid. et Voss. 1. *large.*—24 Voss. 2. *XXXII.* omisso *et.* Mer. *jubet.* Nonnullæ edd. vett. *qua rupes desrat*, ut conj. Heinsius; Acidalius veram putat scripturam: *qua rupes sederat*; Scheffer. *qua rupes cesserat*, aut, *qua rupes desierat.*—25 Florent. Leid. Voss. Bong. et Mer. *In quorum.* Mod. et alii *obsidionem.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *abesse eum.* Florent. *occupaverunt*; Leid. *occupavere.* Voss. 2. *redüit.*—26 Pal. 1. et Voss. 2. *expugnari*; Ald. *expurgari*; Bong. 1. et Pith. *repurgari.* Pal. 1. *jubet quæ ingredi posset*; Ald. *jubet ut quicquid ingredi posset*; Pith. *quicquid ingredi possens*, omisso *jubet*; ceteri Bongarsiani: *jubet, ut quicquid ingredi possent.* Heinsius conj. *quicquid ingredienti obesset.*—27 Edd. multæ ante Snak. *ut solet*; sed Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Frob. Col. Mer. et Bas. *ut fieri solet.* Voss. 2. *ut prima.* Pal. 1. *quæque damnentur.*—28 Pal. 1. *multa materia miles.* Voss. 1. *additum*; Mer. *aditumque.* Pro *inaruerat* Sebisius malebat *inarserat*; Ald. *intraverat*; Pal. 1. *aruerat*; Leid. Voss. 1. et Bong. *jam inaruerat*; Voss. 2. *jam aruerat.*—29 Vulgg. ante Snak. *adgerari*; sed

NOTÆ

[k] *XXX. et II. stadia*] Quatuor milliaria. De ista loquendi forma, 'triginta et duo,' diximus lib. III. cap. 9.

[l] *Favonius*] Ventus ab Occasu æquinoctiali spirans adversus Eurum sive subsolanum; ex eo dictus quod terram suo calore foveat: quamobrem a Græcis quoque Zephyrus, quasi ζωὴν φέρων, *vitam ferens*, appellatus est.

[m] *Materiam*] Lignum, ut diximus lib. v. cap. 3.

'aggeri alias arbores' jubet, 'et igni dari alimenta:' celeriterque stipitibus cumulatis fastigium montis æquatum est: 30. tunc undique ignis injectus cuncta comprehendit: flammam in ora hostium ventus ferebat; fumus ingens[n] velut quadam nube absconderat cœlum: 31. sonabant incendio sylvæ; atque ea quoque, quæ non incenderat miles, concepto igne proxima quæque adurebant. Barbari suppliciorum ultimum,[o] si qua intermoveretur ignis, effugere tentabant; sed, qua flamma dederat locum, hostis obstabat. 32. Varia igitur cæde consumti sunt: alii in medios ignes, alii in petras præcipitavere se; quidam manibus hostium se obtulerunt: pauci semiustulati venere in potestatem. 33. Hinc ad Craterum, qui Artacacnam[p] obsidebat, redit. Ille, omnibus præparatis, regis expectabat adventum, cap-

Florent. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. aliique *adgeri*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Voss. 2. et vulgg. ante Snak. *dare;* sed Ald. et recentt. *dari*. Pal. 1. *celeriter qua;* Voss. 2. *celeriter qui*. Pith. *stipitibus*.—30 Voss. 2. *comprehendens*.—31 Idem codex omittit *quoque*. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Col. et Bas. omittunt *non* ante *incenderat*. Mox Voss. 2. Pal. 1. alii *intermoraretur ignis;* Ald. Colin. Gryph. Bas. et Mer. *intromitteret ignis;* Frob. *intermitteret ignis*. Voss. 2. *si qua flamma*.—32 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. 2. *alii medio ignis;* Bong. 1. *alii medio ignes*, sed superscripto *i*, ut sit *ignis*. Pal. 1. omittit: *alii in petras præcipitavere se;* Voss. 2. omittit: *alii in petras;* Bong. Dan. et Voss. 1. omittunt *in;* Amst. omittit *se*. Florent. Leid. Voss. 1. et Ald. habent *petris*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *manibus hostium obtulerunt;* Pal. 1. *manibus obtulerunt;* Bong. *hostium manibus se obtulerunt*. Voss. 1. *paucis s. venere*.—33 Voss. 2. *qui Nabarzanen;* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *qui Artacana;* Ald. *qui Artabazana cava;* Mer. *qui*

NOTÆ

[n] *Fumus ingens*] Simili ferme strategemate captam a Christianis Hierosolymam referunt Belli Sacri scriptores, cum Godefridus Bullionius ignem in centones stramineos aridamque hujus generis materiam conjici jussisset, quæ a Saracenis erant objecta muris, ut machinarum impetum cedendo infringerent.

[o] *Suppliciorum ult.*] Ignem quo nullum acerbius supplicium. Sæpe tamen apud Latinos scriptores ultimum sive extremum supplicium crux est. Vide Lipsium de Cruce lib. II.

[p] *Artacacnam*] Ipse igitur a persequendo Satibarzane reversus ad obsidendam Petram, Craterum, quem ibi reliquerat, Artacacna misit. Erat hæc Ariorum metropolis sive regia, si Arriano credimus; qui 'Artacoana' vocat. Diodorus 'Chortacana;' Strabo 'Arctacana;' Ptolemæus, ut videtur, 'Articaudna;' alii codices Curtiani *Artacrana*. Paulo aliter hæc retulit Arrianus.

tæ urbis titulo, sicut par erat, cedens.*j* 34. Igitur Alexander 'turres admoveri' jubet; ipsoque aspectu territi barbari: e muris supinas manus tendentes, orare cœperunt, 'iram in Satibarzanem defectionis auctorem reservaret; supplicibus semet dedentibus parceret.' Rex, data venia, non obsidionem modo solvit, sed omnia sua incolis reddidit. 35. Ab hac urbe digresso supplementum novorum militum occurrit. Zoilus D. equites ex Græcia adduxerat: III. millia ex Illyrico Antipater miserat. Thessali[q] equites C. et XXX. cum Philippo erant: ex Lydia II. millia et DC. peregrinus miles, advenerant: COC. equites gentis ejusdem sequebantur. 36. Hac manu adjecta Drangas[r] pervenit: bellicosa natio est. Satrapes erat Barzaëntes, sceleris in regem suum particeps Besso. Is suppliciorum, quæ meruerat, metu profugit in Indiam.

j Gloriam expugnatæ urbis Alexandro reservans.

Artacava.—34 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *barbari territi.* Voss. 2. *de muris.* Mod. Col. Frob. Mer. Bas. Amst. et Lugd. *ut iram.* Voss. 2. *in Nabarzanen;* Ald. Colin. et Gryph. *in Saribarzanen;* Col. Mer. et Bas. *Satribarzanen.* Voss. 2. *et semet.*—35 Voss. 2. *currit* pro *occurrit.* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. et Bas. *Zoilus.* Voss. 2. *milites* pro *equites.* Mer. *II. millia et II. p. miles, &c.* Pal. 1. *advenerat.*—36 *Hic manu* Voss. 2. *Drancas* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. *Dracas* Ald. Col. Mer. et Bas. *pervenit* deest in Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *Barzanenses* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Barzanesces* Voss. 2. *Nabarzanes* Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. Mer. et Bas. *Barrenenses* Dan. *Barsene* Pal. 1. *Bazaëntes* alii. Mox pro *Besso* Pal. 1. *bello;* Mer. *cum Besso.*

NOTÆ

[q] *Thessali*] Non illi recentes a Thessalia; sed ex iis qui, ceteris dimissis cum adhuc esset in Media, voluntarii remanserant; unde illos Philippus adduxit. Sed hos Arrianus ante obsessa Artacacna venisse scribit.

[r] *Drangas*] Apud Arrianum 'Zarangæos' legimus, quibus aliquanto post subjungit Drangas cum Dragogis. Plinius quoque lib. VI. cap. 23. Zarangas a Drangis distinguit. Sed finitimos esse apparet, ejusdemque regionis incolas, quæ Straboni ac Ptolemæo 'Drangiana.' Hæc Arianæ pars erat inter Ariam, Arachosiam, Gedrosiam, Carmaniamque inclusa. Respondere videtur hodierno tractui quem *Sigistan* appellant. Suspicabar ex 'Zarangæ' factum esse 'Darangæ,' propter affinitatem soni Δ et Z apud Veteres; tum ex isto, 'Drangæ;' ut unum idemque nomen esset. Sane quæcumque de Zarangæis Arrianus tradit, ea de Drangis Curtius, Diodorus, Strabo referunt; Barzaëntem illis Satrapam fuisse, apud eos detectas esse Philotæ insidias, ab iis in Agriaspas sive Evergetas ventum esse, &c.

VII. 1. Jam nonum diem stativa erant,[a] cum externa vi non interritus modo rex, sed invictus, intestino facinore petebatur.[b] 2. Dymnus, modicæ apud regem auctoritatis et gratiæ, exoleti, cui 'Nicomacho' erat nomen, amore flagrabat; obsequio uni sibi dediti corporis vinctus. 3. Is, quod ex vultu quoque perspici poterat, similis attonito, remotis arbitris cum juvene secessit in templum, 'arcana se et silenda afferre præfatus:' 4. suspensumque expectatione 'per mutuam caritatem et pignera utriusque animi' rogat, 'ut affirmet jurejurando, quæ commisisset,[c] silentio esse tecturum.' 5. Et ille ratus, nihil,[b] quod etiam cum perjurio detegendum foret, indicaturum, 'per præsentes[c] Deos' jurat. 6. Tum Dymnus aperit, 'in tertium diem insidias regi comparatas, seque ejus consilii fortibus viris et illustribus esse participem.' 7. Quibus juvenis auditis, 'se vero fidem in parricidio dedisse,' constanter abnuit,[d] 'nec ulla religione, ut scelus tegat, posse constringi.' 8. Dymnus, et amore et metu amens, dextram exoleti complexus

[a] *Ab hostium externorum viribus.* [b] *Domesticorum scelere periclitabatur.*
[c] *Ea quæ Dymnus ipsi aperiret.*
[d] *Negat se fidem obstrinxisse ad celandam conjurationem in regem.*

1 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. Dan. et edd. ante Freinsh. *non tutus modo;* Pal. 2. *non at tutus;* Pal. 3. *non teritus;* Venet. Veron. Vet. Ald. Colin. Gryph. Col. et Mer. *non territus modo;* Voss. 2. Pal. 1. Bong. 2. et Frob. *non interritus modo.*—2 *Dimnus* Florent. ut ap. Diodor. *divinus* Voss. 2. *Limnus* ap. Plut. Alex. 49. *auctoritatis apud regem* in eodem. Florent. Leid. et Voss. 1. *Nichomaco;* Voss. 2. *Nicomaco.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. 1. 2. 3. Dan. et Bong. *vinctus,* pro eo quod est in edd. ante Schmieder. *victus.*—3 Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *silentia adferre;* Bong. 1. *silenti adferre,* superscripta syllaba *da.*—4 Voss. 2. et Pal. 1. *adfirmet ut.*—5 Ald. *cum perjuro.* Voss. 2. et Pall. 1. 2. *Deos adjurat.*—6 Leid. et Voss. 1. 2. *regi insidias.* Bong. Gruteri: *sequi ejus consilium;* Voss. 2. *seque consilium.* Scheffer. putat deesse *cum,* legique oportere: *se ejus consilii fortibus cum viris, &c.*—7 Acidalius legit: *in parricidium.*—8 Voss. 2. Pall. 2. 3. Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. et

NOTÆ

[a] *Stativa erant*] Castra in eodem loco fuerant. 'Stativa' lib. IV. c. 10.

[b] *Ratus, nihil*] Non existimans, quod erat a Dymno indicandum sibi, tale esse, ut illud, etiam violata jurisjurandi fide, detegere Alexandro deberet.

[c] *Per præsentes*] In Templum enim secesserant. Eamque fuisse Macedonum consuetudinem, ut manibus ad aras Deorumque simulacra admotis jurarent, ex Justino discimus lib. XXIV. cap. 2.

et lacrymans, orare primum, 'ut particeps consilii operisque fieret: 9. si id sustinere non posset; attamen ne proderet se, cujus erga ipsum benevolentiæ præter alia hoc quoque haberet fortissimum pignus, quod caput suum permisisset fidei adhuc inexpertæ.' 10. Ad ultimum aversari scelus perseverantem metu mortis terret: 'ab illo capite conjuratos pulcherrimum facinus inchoaturos.' 11. Alias deinde 'effœminatum et muliebriter timidum,' alias 'proditorem amatoris' appellans, nunc ingentia promittens, interdumque regnum quoque, versabat animum tanto facinore procul abhorrentem. 12. Strictam deinde gladium modo illius, modo suo admovens jugulo, supplex idem et infestus, expressit tandem, 'ut' non solum silentium, sed etiam operam' polliceretur: 13. namque abunde constantis animi, *f* et dignus, qui pudicus esset, nihil ex pristina voluntate mutaverat: sed, 'se captum Dymni amore,' simulabat, 'nihil recusare.' 14. Sciscitari inde pergit, 'cum quibus tantæ rei societatem iniisset: plurimum referre, quales viri tam memorabili operi admoturi manus essent.' 15. Ille, et amore et scelere male sanus, simul gratias agit, simul gratulatur, 'quod fortissimis juvenum non dubitasset se jungere, Demetrio corporis custodi, Peucolao, Nicanori:' adjicit his Aphœbetum, Loceum, Dioxenum, Archepolim et

e Idem omnis et minitans simul, exterrit ab eo, ut, &c.
f Ut erat mente admodum firma.

Bas. *primum cœpit.*—9 Vide Not. Var. Voss. 2. omittit *erga.*—10 Voss. 2. Ald. Bong. Gruteri, et Pall. 1. 2. 3. *adversari pignus.* Leid. et Voss. 1. *mortis metu.*—12 Voss. 2. *modo illi.* Pith. Put. Fauch. Dan. Pal. 1. Voss. 2. et multæ edd. ante Freinsh. *ut tandem;* Voss. 1. et Bong. 2. omittunt *tandem.* Pro *operam* Pith. habet *asperam;* Bong. 1. 2. *operam,* sed superscripto *s,* ut sit *asperam.*—13 Ante τὸ *namque* quædam excidisse videntur Barthio. Vid. Not. Var. Bong. 1. et alii nonnulli omittunt *se* ante *captum;* Ald. habet: *si captum;* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Dan. *captus;* Voss. 2. Gruteriani, Col. Frob. Mer. Bas. *se captum.*—14 Voss. 1. et Col. *Scitari.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et edd. vett. ante Freinsh. *deinde pergit.*—15 'Aliqui codd. (Dan. Bong. Gruteri, et Pal. 1.) *fortissimus,* quod Freinshemius, cum reciperet, ad exoletum referebat, quem ille male sanus amator gaudio promissæ operæ sic extollebat.' *Schmieder.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Amst. *se adjungere.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *Peuculao;* Voss. 2. Bong. Gruteri, et Pall. 1. 2. *Penaculo;* Pal. 3. *Petulao;* Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *Peculeo.* Florent. Leid. et Voss. 1. *adicit.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Dan. et Pal.

Amyntam. 16. Ab hoc sermone dimissus Nicomachus, ad fratrem, (Cebalino [d] erat nomen,) quæ acceperat, defert. Placet 'ipsum subsistere in tabernaculo, ne, si regiam intrasset, non assuetus adire regem, conjurati proditos se esse resciscerent.' 17. Ipse Cebalinus ante vestibulum regiæ, neque enim propius aditus ei patebat, consistit; operiens aliquem ex prima cohorte amicorum, quo introduceretur ad regem. 18. Forte ceteris dimissis, unus Philotas, Parmenionis filius, incertum quam ob causam, substiterat in regia: huic Cebalinus, ore confuso [e] magnæ perturbationis notas præ se ferens, aperit, quæ ex fratre compererat; et 'sine cunctatione nuntiari regi' jubet. 19. Philotas, laudato eo, protenus intrat ad Alexandrum; multoque invicem de aliis rebus consumto sermone, nihil eorum, quæ ex Cebalino cognoverat, nuntiat. 20. Sub vesperam eum prodeuntem in vestibulo regiæ excipit juvenis, 'an mandatum executus foret' requirens. 21. Ille, 'non vacasse sermoni

[e] *Perturbato vultu.*

1. *Apœbetum;* Pith. et Bong. 2. Gruteri *Apocbetum;* Frob. *Aphobetum.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Joceum;* Bong. 1. *Lorcum;* Bong. 1. *Lorcenum;* Dan. Pal. 1. et Voss. 2. *loceum;* Bong. Gruteri *Loctum.* Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. et Bas. *Diosemum;* Florent. Leid. Dan. Pal. 1. Fauch. et Pith. *Idioxenum;* Voss. 1. *Adioxenum;* Pal. 3. *Idcoxenum;* Bong. 1. *Idoxeum;* Bong. 2. edd. vett. Gruteri et Col. *Diosenum;* vulgg. *Diogenum;* Elz. *Diogonum.* Voss. 1. 2. Bong. Dan. et Pal. 3. *Arcepolim;* Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri *Arcepolim.* Florent. omittit *et.* Voss. 1. Bong. Dan. et Pall. 1. 2. *Amintam.*—16 Edd. ante Freinsh. *Cebalino;* Voss. 1. *Ceballimus;* Bong. Gruteri *Ochalmo;* Mediol. *Crebalion;* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Pall. 1. 2. 3. et Bong. *Cebalino.* Voss. 2. *se proditos esse;* Voss. 1. omittit *esse.*—17 Pith. et Bong. 2. *neque e. proprius.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. Grut. Frob. Col. et Amst. *opperiens;* Voss. 2. Ald. Mer. et Elz. *operiens.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pith. Fauch. Pall. 1. 2. 3. et Bong. 2. *amicorum ex prima cohorte.* Bas. Lugd. Amst. Frob. alii: *a quo;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Gruteri, Pall. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Col. *quo;* Bong. 1. *ut.*—18 Florent. et Dan. *Phylotas* semper. Leid. Voss. 1. et Bong. *subsisteret;* Voss. 2. *substiteret;* Bong. 1. *subsisterat.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *dilatione* pro *cunctatione.* Ald. et Mer. *nuntiare regi;* Amst. *regi nuntiari;* Voss. 2. *nuntiari jubet regi.*—19 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *conlaudato eo.* Leid. et Voss. 1. 2. *sermone consumpto.*—20 Voss. 2. *excepit juvenis.*—21 Bas. *rem* pro *regem;* Voss. 2. *regem sermone suo.* Mox

NOTÆ

[d] *Cebalino*] Sic quoque vocatur Diodoro lib. XVII. Ol. XCIV. 4. sed Plutarcho 'Balinus.' *Prima cohorte*] Erant enim plures cohortes amicorum, aliæ aliis nobiliores.

suo regem,' causatus,[h] discessit. Postero die Cebalinus venienti in regiam præsto est: intrantemque admonet 'pridie communicatæ cum ipso rei.' Ille 'curæ sibi esse' respondit: ac ne tum quidem regi, quæ audierat, aperit. Cœperat Cebalino esse suspectus. 22. Itaque non ultra interpellandum ratus, nobili juveni, Metron erat ei nomen, super armamentarium[e] posito,[i] 'quod scelus pararetur,' indicat. 23. Ille, Cebalino in armamentario abscondito, protenus regi, corpus forte curanti,[f] 'quid ei index detulisset,' ostendit. 24. Rex, ad comprehendendum Dymnum missis satellitibus, armamentarium intrat: ibi Cebalinus gaudio elatus, 'Habeo, te,' inquit, 'incolumem ex impiorum manibus ereptum.' 25. Percontatus deinde Alexander, quæ noscenda erant, ordine cuncta cognoscit. Rursusque institit quærere, 'quotus dies esset, ex quo Nicomachus ad eum detulisset indicium.' 26. Atque illo fatente, 'jam tertium esse,' existimans, haud incorrupta fide tanto post deferre quæ audierat, 'vinciri eum' jussit. 27. Ille clamitare cœpit, 'eodem temporis momento, quo audisset, ad

[h] *Causam afferens quod Regi non vacasset attendere suæ delationi.*
[i] *Armamentarii præfecto.*

Dan. *sibi esset.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Dan. *respondet.*—22 Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *interpolandum.* Bong. Gruteri *Metrano;* Mer. *Metion;* Bas. *Metrion;* Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. Mer. Bas. Lugd. Elz. et Amst. *nomen ei;* Leid. Florent. Voss. 1. 2. Bong. Gruteri, Dan. et Pall. 1. 2. 3. *ei nomen.* Vide Not. Var.—23 Florent. Leid. et Voss. 1. omittunt *ei* ante *index.*—24 Florent. *incolumen.*—25 Leid. et Voss. 1. *Nichomacus.*—26 Voss. 2. *posse differre.* Florent. Leid. et Voss. 2. *jusserat;* Voss. 1. *jussit at.*—27 Edd. ante Freinsh. omittunt *cœpit*, quod habent Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. et Bas. Pro *audisset* Pal. 2. *adisset*, et omnia omisit usque ad *an institisset.* Edd. vett.

NOTÆ

[e] *Armamentarium*] Locus in quo arma ceteraque ad bellicum apparatum spectantia reconduntur, *un arcenac.* Sed Gallicus interpres vertit, *la garderobe;* quod ut sine ratione factum a tanto viro non putaverim, ita quæ faciendi causa fuerit, minus assequor; præsertim cum videam Diodorum, ex quo sumsit Curtius, ὁπλοθήκην dicere. Nisi forte quod in vestiario regis quoque arma servarentur, *armamentarium* hoc loco idem putavit esse ac 'vestiarium,' itaque interpretari maluit.

[f] *Curanti*] Lavanti in balneo, ut ex Diodoro accipimus, et ex ipso Curtio cap. 8.

Philotan decurrisse: ab eo percontaretur.' 28. Rex item quærens, 'an Philotan adisset; an institisset ei, ut perveniret ad se;' perseverante eo affirmare, quæ dixerat, manus ad cœlum tendens, manantibus lacrymis, 'hanc sibi a carissimo[s] quondam amicorum relatam gratiam' querebatur. 29. Inter hæc Dymnus, haud ignarus, quam ob causam accerseretur a rege, gladio, quo forte erat cinctus, graviter se vulnerat, occursuque satellitum inhibitus, perfertur in regiam. 30. Quem intuens rex, 'Quod,' inquit, 'in te, Dymne, tantum cogitavi nefas, ut tibi Macedonum regno dignior Philotas me quoque ipso videretur?' Illum jam defecerat vox: itaque edito gemitu, vultuque a conspectu regis averso, subinde collapsus extinguitur. 31. Rex, Philota 'venire in regiam' jusso, 'Cebalinus,' inquit, 'ultimum supplicium meritus, si in caput meum præparatas insidias biduo texit, hujus criminis reum Philotan substituit;[j] ad quem protenus indicium detulisse se affirmat: 32. quo propiore gradu amicitiæ me contingis, hoc majus est dissimulationis tuæ facinus; et ego Cebalino magis, quam Philotæ id convenire fateor. Faventem habes judicem, si, quod admitti non oportuit, saltem negari potest.' 33. Ad hoc Philotas haud sane trepidus, si animus vultu

[j] *Philotam suo loco reum sceleris fecit.*

Philotam; codd. vero omnes *Philotan.* Lngd. *decucurrisse;* Voss. 2. *detulisse.* Ald. *ab eo percuncteretur;* Pal. 1. *habeo percomperta;* Leid. et Voss. 1. *percomperta;* Voss. 2. *præcomperta;* Dan. Bong. et Gruteriani: *ab eo percompertum;* Pal. 3. *ab eo percontaretur.*—28 Voss. 1. omittit *item,* pro quo Freinsh. mavult *item item,* h. e. identidem: Acidalio placebat *iterum,* quod habet Amst. *pervenirent* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *hanc* omittit Voss. 2.—29 Bong. omittit *haud ignarus.* Mer. *occursu satellitum.*—30 Dan. *quid* pro *quod.* Bong. omittit *tantum.* Dan. et Pith. *vultuque conspectu;* Bong. 1. habet *adspectu.*—31 Bas. *Philotas.* Bong. *in regiam venire.* Ald. *meritus est;* Frob. Col. Mer. et Bas. *meritus esset.* Voss. 2. *comparatas insidias.* Pro *texit* Florent. Leid. Pall. 1. 2. 3. Bong. Gruteri, Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. et Bas. *texisset;* Voss. 2. *prætexisset;* Bong. 2. *ter isset.* Leid. Voss. 2. et Bong. *Philotreum.* Pith. *constituit.*—32 Voss. 2. omittit: *id convenire fateor,* et mox habet: *habes indicem.* Pith. et Fauch. *si quod amitti.* Pro *oportuit* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. 1. 2. 3. Bong. Gruteri, Dan. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *potuit.* Pro *negari* Bothe maluit *levari,* vel *fucari.*—33 Voss.

NOTÆ

[s] *Carissimo*] Philota. *Accerseretur*] Vide lib. IV. cap. 13.

æstimaretur, 'Cebalinum quidem scorti sermonem ad se detulisse; sed ipsum tam levi auctori nihil credidisse' respondit, 'veritum, ne jurgium inter amorem et exoletum, non sine risu aliorum, detulisset. 34. Cum Dymnus interemerit se ipsum, qualiacumque erant, non fuisse reticenda:' complexusque[b] regem, orare cœpit, 'ut præteritam vitam potius quam culpam, silentii tamen, non facti ullius, intueretur.' 35. Haud facile dixerim, crediderintne ei rex, an altius iram suppresserit: dextram reconciliatæ gratiæ pignus obtulit, et 'contemtum magis, quam celatum indicium esse videri sibi' dixit.

VIII. 1. Advocato tamen consilio amicorum, cui tum Philotas adhibitus non est, 'Nicomachum introduci' jubet. Is eadem, quæ detulerat ad regem, ordine exposuit. 2. Erat Craterus regi carus in paucis, et eo Philotæ ob æmulationem dignitatis adversus: 3. neque ignorabat, sæpe Alexandri auribus nimia jactatione virtutis[a] atque operæ gravem fuisse, et ob ea non quidem sceleris, sed contumaciæ tamen esse suspectum. 4. Non aliam premendi inimici occasionem[b] aptiorem futuram ratus, odio

[a] *Nimia ostentatione fortitudinis meritorumque suorum odiosum fuisse.*
[b] *Perdendi Philotæ opportunitatem.*

2. *extimaretur*, et paulo post omittit *aliorum*.—34 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *interemorit semet*; Amst. et Lugd. *semet interemerit*. Pro *erant* Bothe legit *sint*, vel *fuerint*.—35 Leid. Voss. 1. et Dan. *pignus optulit*. Voss. 2. *sibi videri*; Florent. omittit *sibi*; Codd. Snakenburgii *videri sibi dixerit*.

1 Amst. *concilio*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bongarsiani codd. et Gruteri omnes: *cui tamen*.—3 Voss. 2. *nec ignorabat*. Ald. *Alexandro*. Pro *jactatione*, Florent. Leid. Voss. 1. omnes Gruteri, Sigeb. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *actione*; Colon. *taxatione*, et pro v. l. *jactatione*. Voss. 1. Mer. Col. Bas. et Ald. *opere*. Voss. 2. *et ab ea*. Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri: *tum esse suspectum*; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. 3. *tamen esse suspectum*, quod recepit Schmieder. Ceteræ edd. delent τὸ

NOTÆ

[b] *Complexus*] Nimis hoc festinatum, nec satis reo ac supplici conveniens, nondum impetrata venia, nondum placato multis defensionibus aut precibus rege, ut quidem Freinshemio visum est; qui propterea suspicatur intercidisse aliquid ante illa verba, *cum Dymnus, &c.* tum alteram quoque lacunam sequi ante ista, *Complexusque*: quod quidem haud ex vano conjectari fatebitur quisquis totius narrationis seriem attentius legerit.

suo pietatis præferens speciem, 'Utinam,' inquit, 'in principio quoque hujus rei nobiscum deliberasses. 5. Suasissemus, si Philotæ velles ignoscere, patereris potius ignorare eum, quantum deberet tibi, quam usque ad mortis metum adductum cogeres, potius de periculo suo, quam de tuo cogitare beneficio. Ille enim semper insidiari tibi poterit: tu non semper Philotæ poteris ignoscere. 6. Nec est quod existimes, eum, qui tantum facinus ausus est, venia posse mutari: scit eos, qui misericordiam consumserunt,[c] amplius sperare non posse. 7. At ego, etiam si ipse vel pœnitentia vel beneficio tuo victus quiescere volet, patrem ejus Parmenionem, tanti ducem exercitus et inveterata apud milites tuos auctoritate, haud multum infra magnitudinis tuæ fastigium positum, scio non æquo animo salutem filii sui debiturum tibi. 8. Quædam beneficia[a] odimus: meruisse mortem confiteri pudet. Superest, ut malit videri injuriam accepisse, quam vitam: proinde scio, tibi cum illis de salute esse pugnandum. 9. Satis hostium superest, ad quos persequendos ituri sumus: latus a domesticis hostibus muni: hos si summoves, nihil metuo ab externo.' Hæc Craterus. 10. Nec ceteri dubitabant, 'quin conjurationis indicium suppressurus non fuisset,

[c] *Qui gravitate criminis clementiam omnem exhauserunt.*

esse.—4 Pith. *suæ pietatis.*—5 Edd. multæ ante Freinsh. *paterere potius;* Florent. Leid. Voss. 1. omnes Grnteri, Ald. Colin. Gryph. et Bas. *patereris potius.* Bong. 1. omittit *cogeres,* quod exhibent Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Ald. pro quo Pal. 2. habet *cogites;* Pal. 3. *cogeretur;* Bong. et Grut. *cogens.* Pro *potius* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *sæpius.* Vide Not. Var. Voss. 2. *tibi insidiuri.*—6 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. Pall. 1. 2. omnes Gruteri et Raderi omittunt *facinus.* Mer. *qui materiam consumpserunt.*—7 Voss. 2. *in* pro *infra,* et mox *si* pro *scio.* Pith. *debiturum tibi.* —8 Modius *proinde scito,* probantibus Clerico et Schmieder. *proinde scias* editio Raderi.—9 Vox *hostibus* a Barthio pro glossa habetur. Pro *muni,* Venet. Vet. 1474. Veron. et Mer. *muniendum.* Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. *submoveas.*—10 *Ne ceteri* Bong. [Bong. Gruteri] Pal. 3. et

NOTÆ

[a] *Quædam benef.*] Illa videlicet quibus indiguisse probrosum et infame est. *Injuriam*] Quod conjurationis suspectum habueris, et ad mortis metum adduxeris.

nisi auctor aut particeps. Quem enim [b] pium et bonæ mentis, non amicum modo, sed ex ultima plebe, auditis quæ ad eum delata erant, non protenus ad regem fuisse cursurum? 11. Ne Cebalini [c] quidem exemplo, qui ex fratre comperta ipsi nuntiasset, Parmenionis filium, præfectum equitatus, omnium arcanorum regis arbitrum? simulasse etiam non vacasse sermoni suo regem, ne index [d] alium internuntium quæreret. 12. Nicomachum, religione quoque Deum astrictum, conscientiam suam exonerare properasse: Philotan, consumto per ludum jocumque pæne toto die, gravatum esse [d] pauca verba, ad caput regis pertinentia, tam longo et forsitan supervacuo inserere sermoni. 13. At enim non credidisse talia deferentibus pueris! [e] cur igitur extraxisset biduum, tanquam indicio haberet fidem: dimittendum fuisse Cebalinum, si delationem ejus damnabat. 14. In suo quemque periculo magnum animum habere: cum de salute regis timeretur, credulos esse debere; vana quoque deferentes admittere.' 15. Omnes

[d] *Non esse dignatum.*

Dan. *dubitant* Mer. Mox Voss. 2. *sed ultima*, omisso *ex*.—11 Idem codex *Cebalinus*. Lugd. *qui a fratre*. Voss. 2. omittit *omnium*. Voss. 1. 2. *archanorum*. Voss. 1. *ut index*.—12 Pith. *properasset*. Voss. 2. *Filotan*; edd. vett. *Philotam*; Pall. 1. 2. 3. Dan. Pith. Put. Fanch. Bong. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. *Philotan*. Voss. 2. *absumto* pro *consumto*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. et Pal. 1. *pertinentia ad caput regis*.—13 Florent. Leid. Voss. 2. omnes Gruteri, Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. *si non credidisset*; Voss. 1. *non credidisset*. Mer. *deferentibus pro veris, cur, &c.* Eadem: *si dilationem*.—14 Fauch. et Dan. *una quæque*. Frob. et Bas. *deferenteis*; Florent. Leid. omnes Gruteri, Ald. et Mer. *deferentis*; Bong. 1. 2. *deferentis*, sed superscripto *e*.—15 Voss. 1. *ut particeps*.

NOTÆ

[b] *Quem enim*] Id est: Quis enim pius, &c. non statim cucurrisset? Vide lib. IV. cap. 2.

[c] *Cebalini*] Anne Cebalini quidem exemplo statim 'fuisse cursurum' Philotam, si 'pius et bonæ mentis' esset?

[d] *Index*] Cebalinus conjurationis delator. *Religione*] Jurejurando per Deos præsentes dato; cap. 7.

[e] *Pueris*] Puer alias nomen ætatis est, quæ proprie inter infantiam et adolescentiam decurritur: factumque est ex vetusto, 'puerus,' 'puera;' unde, 'puellus,' 'puella:' et erat etiam apud priscos Latinitatis auctores in fœminino genere, ut apud Priscianum legimus ex Livio Andronico; 'sancta puer, Saturni filia.' Conditionem alias significat servi aut famuli cujuscumque. Hoc loco de ætate accipi debet: verum latius, ut de 'adolescentibus' quoque intelligi possit.

igitur 'quæstionem de eo, ut participes sceleris indicare cogeretur, habendam [esse]' decernunt. Rex admonitos, 'ut consilium silentio premerent,' dimittit. 'Pronuntiari' deinde 'iter in posterum diem' jubet, ne qua novi initi consilii daretur nota. 16. Invitatus est etiam Philotas ad ultimas ipsi epulas, et non cœnare modo, sed etiam familiariter colloqui cum eo, quem damnaverat, sustinuit.[f] 17. Secunda deinde vigilia, luminibus[g] extinctis, cum paucis in regiam coëunt Hephæstion et Craterus et Cœnus et Erigyius: hi ex amicis; ex armigeris autem Perdiccas et Leonnatus. Per hos imperatum, 'ut, qui ad prætorium excubabant, armati vigilarent.' 18. Jam ad omnes aditus dispositi milites; 'equites quoque itinera obsidere' jussi, ne quis ad Parmenionem, qui tum Mediæ[h] magnisque copiis præerat, occultus evaderet. 19. Attarras[i] autem cum trecentis armatis intraverat regiam: hinc decem satel-

Florent. Leid. Dan. Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri: *uti consilium.* Lugd. et Amst. *Pronuntiare.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omnes omittunt *diem.*—16 Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Mer. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Frob. *ipsius epulas;* Modius correxit ex codd. *ipsi epulas.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Amst. et Lugd. *ei rex non cœnare.* Edd. antiq. cum Mer. Frob. Bas. Ald. Col. et Elz. *alloqui cum eo.*—17 Florent. Voss. 1. 2. et omnes Gruteri *Erigyus;* Ald. Mer. Col. et Bas. *Erigonus;* Bong. *Erignus;* alii *Erigyus.* Florent. Leid. Dan. et Pall. 1. 2. *imperatum ut qui prætorium;* Voss. 2. *imperatum qui prætorium;* Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *imperatum ut qui juxta prætorium;* Bong. Gruteri: *imperatum cum cubabant,* omissis intermediis. In Fauch. exsculptæ sex ultimæ *τοῦ prætorium* literæ, et earum loco substitutum *erant.*—18 *Jam erant ad* Dan. et Mediol. *Jam erant milites equites ad* codd. Gruteri; *Jamque ad* Voss. 2. *dispositi erant equites* Florent. Leid. Voss. 1. Venet. Veron. et Mer. *dispositi erant milites equites* Voss. 2. *dispositi equites* in ceteris.—19 Dan. et Bong. *Atharras;* Bong. Gruteri: *Atarcae;* Pal. 2. *Atareas;* Voss. 2. *Athareas;* Pal. 3. *Atturas;* Ald. *Tarrias;* Pith. *Atharas;* Florent. Leid. *Atarras,* et sic mox. Col.

NOTÆ

[f] *Sustinuit*] Alexander: *il eut bien le courage de, &c. Secunda vigilia*] Lib. III. cap. 8.

[g] *Luminibus*] Facibus extinctis quæ noctu præferuntur euntibus; ne videlicet a quoquam observarentur. *Armigeris*] Quales essent armigeri diximus lib. VII. cap. 1.

[h] *Qui tum Mediæ*] Quanquam enim Mediæ Satrapeam Oxydati dederat, cap. 2. Parmenionem tamen, qui copiis præesset, illic reliquerat. Vide lib. v. cap. 1. de Satrapea.

[i] *Attarras*] An potius, quod suspicabatur Freinshemius, *Atharias* ille senior lib. v. cap. 2. quem alii Tharriam, Adarchiam, Apharian vocant?

lites traduntur, quorum singulos deni armigeri sequebantur. 20. Ii ad alios conjuratos comprehendendos distributi sunt: Attarras, cum trecentis ad Philotan missus, clausum aditum domus moliebatur,[e] quinquaginta juvenum promtissimis stipatus: nam ceteros cingere undique domum jusserat, ne occulto aditu Philotas posset elabi. 21. Illum, sive securitate animi, sive fatigatione resolutum,[f] somnus oppresserat; quem Attarras torpentem adhuc occupat. 22. Tandem ei sopore discusso cum injicerentur catenæ; 'vicit,' inquit, 'bonitatem tuam, rex, inimicorum meorum acerbitas:' nec plura elocutum capite velato in regiam adducunt. 23. Postero die rex edixit, 'omnes[j] armati coirent.' Sex millia fere militum venerant: præterea turba lixarum calonumque impleverant regiam. 24. Philotan armigeri agmine suo tegebant,[g] ne ante conspici posset a vulgo, quam rex allocutus milites esset. 25. De capitalibus rebus vetusto Macedonum modo inquirebat exercitus: in pace, erat vulgi:[h] nihil potestas regum valebat,

[e] *Occlusam domus januam convellebat.*
[f] *Sive fiducia conscientiæ securum, sive lassitudine languentem.*
[g] *Sua turma incluserant Philotam.*
[h] *Antiquo Macedonum more milites judicabant de criminibus belli tempore: in pace jus hoc plebis erat.*

omittit *autem*.—20 *Hi ad alios* Florent. Leid. Voss. 1. Mer. Bas. Lugd. et Amst. *sunt* deest in Voss. 2. Bong. Gruteri, et Pall. 1. 2. deest etiam *domus*. Pith. et Bas. *ne occultu*.—21 Voss. 2. *sine securitate*.—22 Voss. 2. omittit *ei*. Florent. Leid. Voss. 1. et omnes Gruteri: *cum inicerentur*. Omnes fere edd. omittunt *meorum*, quod Schmieder. ex Leid. Florent. Voss. 1. Pal. 3. Bong. 1. 2. et Elz. revocavit. Edd. ante Schmieder. *nec p. loquutum*, qui ex codd. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pall. 1. 2. et Bong. recepit: *nec p. elocutum*. Edd. ante Freinsh. *abducunt*.—23 Pith. Frob. Mer. et Bas. *ut omnes*. Voss. 1. *cohirent*, pro quo Bong. Gruteri *essent*. Ald. *turba Lyxarum*.—24 Edd. vett. *Philotam*; Voss. 1. *Filotan*.—25 Ald. *De c. reges;* Pith. Fauch. et Dan. *De c. regibus;* Frob. Col. et Bas. *De c. rebus reges;* Voss. *De c. rebus rex*. Voss. 2. *inquirebat et exercitus;* Frob. Col. et Bas. *inquirebant. Exercitus, &c.* Mer. *inquirebat. Exercitus*. Bong. Gruteri, Mer. Bas. Col. Ald. Colin. Gryph. et Frob. *in parte c. vulgi*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. codd. Gruteri et Bong. *et*

NOTÆ

[j] *Omnes*] De solis, opinor, Macedonibus accipiendum, ad quos pertinebat de crimine cognoscere. Nec solos tamen eos venisse constat ex cap. 9. nec omnes affuisse putem, cum sex millia tantum advenerint, reliquis forte ob angustias loci exclusis.

nisi prius valuisset auctoritas.[k] 26. Igitur primum Dymni cadaver infertur, plerisque, quid patrasset, quone casu extinctus esset, ignaris.

IX. 1. Rex deinde in concionem procedit, vultu præferens dolorem animi. Amicorum quoque mœstitia expectationem haud parvam rei fecerat. 2. Diu rex demisso in terram vultu attonito stupentique similis stetit: tandem recepto animo, 'Pæne,' inquit, 'milites, paucorum hominum scelere vobis ereptus sum. Deum providentia et misericordia vivo. Conspectusque vestri venerabilis cogit, ut vehementius parricidis irascerer, quoniam spiritus, immo unus vitæ meæ fructus est, tot fortissimis viris, et de me optime meritis, referre adhuc gratiam posse.' 3. Interrupit orationem militum gemitus, obortæque sunt omnibus lacrymæ. Tum rex, 'Quanto,' inquit, 'majorem in animis

****

nihil. 'Sic (*nisi prius valuisset auctoritas*) Ald. et codd. Gruteri omnes, nulla alia voce adjecta.' *Snak.* Hinc apparet aliam olim fuisse lectionem.—26 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *Dymni primum;* Voss. 2. ut semper, *Divini.* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. et Mer. *quid parasset;* Dan. et Pal. 3. *quid perasset;* Voss. 2. Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri: *quid passus.*

1 Voss. 2. omittit *animi.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Dan. Pall. 1. 2. Bong. Gruteri, et Elz. *haud parvam ei fecerat;* Amst. *h. p. ejus fecerat;* vulgg. *h. p. fecerat;* Col. Mer. Bas. Pal. 3. Freinsh. et recentt. *h. p. rei fecerat.*—2 Voss. 2. *Diu demisso rex;* vulgg. omittunt *rex;* alii habent *dimisso.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *paucorum.* Mox Voss. 1. 2. et edd. pleræque *vester;* Florent. Leid. Bong. et codd. Gruteri omnes *vestri.* Voss. 1. et Bong. 2. *coget,* quod deest in Bong. 2. *coëgit* in vulgg. ante Freinsh. *cogit* Leid. Voss. 2. codd. Gruteri omnes, Ald. Colin. Gryph. et Mer. *parricidiis* Florent. Voss. 2. et vulgg. *quam spiritus* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Dan. Pal. 3. et Mer. 'Vox *spiritus* suspecta. Barthius *speratus,* Rubenius *supremus* legit. Theocr. *unus, uno vitæ meæ unus, &c.*' Schmieder. Nic. Heinsius malit: *quoniam præcipuus, immo, &c.* Bothe: *quoniam speratissimus unus vitæ, &c.* 'Inaperatissime' legitur apud Plautum Pœn. v. 3. 8. Pro *immo unus* Ald. habet, *unus, unus:* Bas. Col. Frob. Lugd. et Amst. *immo vitæ meæ unus fructus est.* Voss. 2. omittit *viris.* Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. *de me,* omisso *et.* Voss. 2. *adhec.* Florent. Leid. Voss. 2. omnes Gruteri præter Bong. Ald. et Mer. *possem;* Voss. 1. et Bong. 2. *possent;* Bong. 1. *posset.*—3 *Interrupitque* Voss. 2. Ald. Col. et Bas. *rationem militum* Dan. et Pal. 3. *omnibus* deest in Voss. 1. *inquit quanto* Ald. Frob. Bas. Col.

NOTÆ

[k] *Potestas....auctoritas*] 'Potestas' ad imperandum cogendumque pertinet; 'auctoritas' ad suadendum. Nulla erat Macedonum regum potestas damnandi aut absolvendi reos capitalium criminum, nisi prius suam populo militibusve sententiam approbassent.

vestris motum excitabo, cum tanti sceleris auctores ostendero! quorum mentionem adhuc reformido, et, tanquam salvi esse possint, nominibus abstineo. 4. Sed vincenda est memoria pristinæ caritatis,[a] et conjuratio impiorum civium detegenda. Quomodo autem tantum nefas sileam? Parmenio, illa ætate, tot meis, tot parentis mei meritis devinctus, omnium nobis amicorum vetustissimus, ducem tanto sceleri se præbuit. 5. Minister ejus Philotas Peucolaum et Demetrium et hunc Dymnum, cujus corpus aspicitis, ceterosque ejusdem amentiæ in caput meum subornavit.' 6. Fremitus undique indignantium querentiumque tota concione obstrepebat; qualis solet esse multitudinis, et maxime militaris, ubi aut studio agitur, aut ira.[b] 7. Nicomachus deinde et Metron et Cebalinus producti, quæ quisque detulerat, exponunt. Nullius eorum indicio Philotas particeps sceleris destinabatur:[c] itaque, indignatione pressa, vox indicum silentio excepta est.[d] 8. Tum rex, 'qualis,' inquit, 'ergo animi vobis videtur, qui hujus rei delatum indicium ad ipsum suppressit? Quod non fuisse vanum, Dymni exitus declarat. 9. Incertam rem deferens, tormenta non timuit Cebalinus: Metron ne momentum quidem temporis distulit exonerare se, ut eo, ubi lavabar,

[a] *Superandus est sensus prioris mei in illos amoris.*
[b] *Cum amore vel odio incitatur.* [c] *Designabatur conjurationis socius.*
[d] *Sedata militum ira, testimonium delatorum auditum est cum silentio.*

---

et Mer.—4 Bongarsius mavult: *Quomodo enim.* Voss. 2. *tantum facinus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Fauch. *se sceleri tanto.*—5 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pall. 1. 3. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Leucolaum;* Voss. 2. Pal. 2. et Bong. Gruteri *Leucolaum.* Edd. fere omnes: *ejus amentiæ;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pall. o. Amst. Lugd. et Elz. *ejusdem amentiæ,* quod revocavit Schmieder. *ejusdem amentiæ comites* Ald. Frob. Mer. Col. et Bas.—6 Voss. 2. omittit *undique.*—7 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *inparticeps sceleris destinabatur;* sed in Bong. 1. exscalptum *τὸ in;* verum in Dan. iterum ad marginem notatum: *inparticeps,* ceu rara vox; Pal. 3. *inparticeps destinabatur;* Bong. Gruteri, Voss. 2. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *in participes sceleris.* Voss. 2. *destinabant.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Bong. Venet. Veron. Mediol. et Mer. *expressa vox.*—8 Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Tunc rex.* Florent. Voss. 1. Bong. et Put. *erga,* sed in Put. correctum *ergo;* Bong. 1. *erga,* superscripto *me;* Leid. *ergu me.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et pleræque edd. ante Freinsh. *id ipsum.*—9 Gruteri omnes codd. omittunt *tormenta.* Pith. *nec momentum.* Voss. 2. omittit

irrumperet. 10. Philotas solus nihil[a] timuit, nihil credidit: o magni animi virum! Iste, si regis periculo commoveretur, vultum non mutaret? indicem tantæ rei solicitus non audiret? Subest nimirum silentio facinus, et avida spes regni præcipitem animum ad ultimum nefas impulit. 11. Pater Mediæ præest: ipse, apud multos copiarum duces meis præpotens viribus, majora, quam capit, spirat.[e] 12. Orbitas quoque mea, quod sine liberis sum, spernitur. Sed errat Philotas: in vobis liberos, parentes, consanguineos habeo: vobis salvis, orbus esse non possum. 13. Epistolam deinde Parmenionis interceptam, quam ad filios Nicanorem et Philotan scripserat, recitat, haud sane indicium gravioris consilii præferentem. 14. Namque summa ejus hæc erat: 'primum vestri curam agite; deinde vestrorum: sic enim, quæ destinavimus, efficiemus.' 15. Adjecitque rex: 'sic esse scriptam, ut, sive ad filios pervenisset, a consciis posset intelligi, sive intercepta esset, falleret ignaros.'[f] 16. At enim Dymnus, cum ceteros par-

[e] *Plura, quam quorum capax sit, affectat.*
[f] *Non intelligeretur ab iis qui conscii non erant.*

ut ante *eo*.—10 Idem codex: *Philetas solum*. Dan. Bong. Gruteri, Pall. 1. 3. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et edd. plurimæ ante Freinsh. omittunt *si* ante *regis*. Voss. 2. *periculum*. Dan. Pall. 2. 3. Ald. Elz. alii: *cum moneretur*; Pal. 1. et Bong. Gruteri: *cum moverentur*; Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *commoveretur*. Mer. *ultimum* pro *vultum*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et reliqui Gruteri omittunt *non* ante *mutaret*. Bong. Gruteri *solitus* pro *solicitus*; Pal. 1. *solus*. Iterum lidem codd. omittunt *non* ante *audiret*.—11 Voss. 2. *spes regit*, et distinguit post *animum*. Ald. et Mer. *mediæ*. Voss. 2. omittit *apud*. Pro *spirat*, quod Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri omnes, Bong. Lugd. et Amst. exhibent, Ald. et alii *sperat*; Pal. 3. *sperat*, sed huic superscriptum *spirat*; alii *aspirat*.—12 Mer. *mea* (*sine liberis sum*.) 'Adduntur hæc: *quod sine liberis sum*, sive a Curtio, sive ex glossa, ne quis putet Alexandrum liberos perdidisse morte, sed ut sciatur, nondum habuisse.' *Schmieder*. Voss. 1. 2. et Mer. *Sed erat*. Voss. 2. *in nobis parentes, liberos*.—13 Codd. Gruteri, Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *consilii ferentem*.—14 Fanch. *vobis* pro *vestri*. Ald. Mod. Frob. Mer. Col. et Bas. *sic e. q. d. faciemus*.—15 Leid. *intellegi*. Voss. 2. *si esset*.—16 Idem codex: *At enim*

NOTÆ

[a] *Nihil*] Solus Philotas nihil timuit regi; cum Cebalinus adeo timuerit meo capiti, ut nihil veritus sit tormenta, quorum se periculo exponebat, si rem delatam non probaret.

ticipes sceleris indicaret, Philotan non nominavit: hoc quidem illius non innocentiæ, sed potentiæ indicium est, quod sic ab iis timetur etiam, a quibus prodi potest, ut, cum de se fateantur, illum tamen celent. Ceterum Philotan ipsius indicat vita. 17. Hic Amyntæ,[b] qui mihi consobrinus fuit, et in Macedonia capiti meo impias comparavit insidias, socium se et conscium adjunxit. Hic Attalo,[c] quo graviorem inimicum non habui, sororem suam in matrimonium dedit. 18. Hic, cum scripsissem ei, pro jure tam familiaris usus atque amicitiæ, qualis sors edita esset[a] Jovis Hammonis oraculo, sustinuit rescribere mihi: se quidem gratulari, quod in numerum Deorum receptus essem; ceterum misereri eorum, quibus vivendum esset sub eo, qui modum hominis excederet.[b] 19. Hæc sunt etiam animi pridem alienati a me et invidentis gloriæ meæ indicia; quæ quidem, milites, quamdiu licuit, in animo meo pressi. Videbar enim mihi partem viscerum meorum abrumpere, si, in quos tam magna contuleram, viliores

[a] *Cujusmodi responsum datum fuisset ab, &c.*
[b] *Qui humanæ sortis conditionem superare vellet.*

Divinus. Voss. 1. *participe.* Voss. 2. Bong. Gruteri, Ald. Pall. 1. 2. Frob. Mer. Col. et Bas. *ut dum de se.*—17 Voss. 2. *Hec Amyntæ;* Ald. Colin. Gryph. Mod. Mer. Col. et Bas. omittunt *Hic.* Voss. 2. *ei qui et Macedonie.* Voss. 1. *socium se et consocium;* Mer. *socium et consocium.* Voss. 2. *Artalco.*—18 Pal. 2. *Huic cum;* Pal. 3. *Nunc cum.* Pro *ei* Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri et Bong. habent *et.* Voss. 2. *Jovis Amonis;* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Ald. *Jovis Ammonis.* Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *sustinuit scribere.* Voss. 2. *numero Deorum.*—19 Leid. Voss. 1. et Ald. *etiam p. animi;* Col. Bas. Lugd. Frob. et Amst. *animi etiam.* Florent. Leid. Ald. Frob. Mer. Col. Bas. Lugd. Amst. et Elz. *quæ equidem;* Voss. 1. *qui equidem;* Voss. 2. omittit *quæ.* Pith. *quamdiu licuit milites.* Voss. 2. *pressit.* Mox Pith. omittit *mihi.* Voss. 2. *arrumpere.* Pith.

NOTÆ

[b] *Amyntæ*] Perdicca genitus erat Philippi fratre, post cujus mortem ab ipso Philippo patruo ac tutore educatus, ejusdem filiam duxerat. Eo mortuo, cum Alexandri patruelis sui vitæ insidiaretur, ab illo occupatus est. *Consobrinus* hic sumitur pro *patruele*, quod non est infrequens, præsertim apud Jurisconsultos.

[c] *Attalo*] Hujus sororem, vel sororis potius filiam, Philippus Olympiadi superinduxerat; quæ occasio simultatum Alexandro fuit cum Attalo primum, deinde cum Philippo. Suppl. lib. 1. cap. 9. Vide quoque hoc loco Freinshemii Notas.

mihi facerem. 20. Sed jam non verba punienda sunt; linguæ temeritas pervenit ad gladios.[i] Hos, si mihi creditis, Philotas in me acuit. 21. Id si ipse admisit, quo me conferam, milites? cui caput meum credam? Equitatui, optimæ exercitus parti, principibus nobilissimæ juventutis unum præfeci: salutem, spem, victoriam meam fidei ejus tutelæque commisi. 22. Patrem in idem fastigium, in quo me ipsi posuistis, admovi:[j] Mediam, qua nulla opulentior regio est, tot civium sociorumque millia imperio ejus ditionique subjeci. Unde præsidium petieram, periculum extitit.[k] 23. Quam feliciter in acie occidissem, potius hostis præda, quam civis[d] victima! nunc servatus ex periculis, quæ sola timui, in hæc incidi, quæ timere non debui.[e] 24. Soletis identidem a me, milites, petere, ut saluti meæ parcam. Ipsi mihi præstare potestis, quod suadetis, ut faciam: ad vestras manus, ad vestra arma confugio: invitis vobis salvus esse nolo; volentibus, non possum, nisi vindicor.' 25. Tum Philotan, religatis post tergum manibus, obsoleto amiculo velatum, jussit induci. Facile apparebat, motos esse tam miserabili habitu, non sine invidia paulo ante conspecti.[l] 26. Ducem equita-

[i] *Sermonis procacia processit usque ad arma.*
[j] *Ad eumdem gradum proxime erexi.*
[k] *Ab iis periculum mihi creatum est, a quibus tutamen quærebam.*
[l] *Adeo lugubri specie Philotæ, quem non multo ante felicem cum invidia viderant.*

contumelia mihi facerem viliores.—20 Voss. 2. et Bong. Gruteri: *prævenit gladios.* Mox edd. pleræque ante Freinsh. *Id si ipsum dimisero;* Ald. *Id si ipsum dimisi;* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Id si ipsi admisit;* Voss. 2. *Id si mihi ipsi amisit;* Pal. 1. *Id is mihi ipsi admisit,* vel *dimisit;* Pal. 2. *Id si ipse admisit;* Pal. 3. *Id si in spem admisit;* Bong. Gruteri: *Id si spem admisit;* Mer. *Id si ipse dimisi.* Lectio nostra debetur Freinshemio. Vide Not. Var. —22 Mer. *Partim* pro *Patrem.* Pith. Bong. 1. Pal. 3. Florent. Leid. et Voss. 1. *Media.* Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 3. Dan. et a secunda manu Bong. *est, et tot.* Bong. *in periculo,* probante Freinshemio; Pal. 1. et Bong. Gruteri *periculumque.* Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. Bas. Amst. Lugd. et Elz. *existit.*—23 Voss. 2. *cecidissem,* et mox omittit *quæ* ante *timere.*—24 Mer. *salvum esse.*—25 Voss. 2. *absoletum amiculo.* Ald. *motus esse.*—26 Ald.

NOTÆ

[d] *Civis*] Philotæ. Cives sunt qui in eadem nati atque educati patria, iisdem utuntur legibus, &c. quos barbare quidam 'concives' appellant.

[e] *Non debui*] Quia creari mihi a meis non debuerant.

tus pridie viderant; sciebant, regis interfuisse convivio: repente non reum modo, sed etiam damnatum, immo vinctum,[f] intuebantur. 27. Subibat animos Parmenionis quoque, tanti ducis, tam clari civis, fortuna: qui modo duobus filiis,[g] Hectore et Nicanore, orbatus, cum eo, quem reliquum calamitas fecerat, absens diceret causam.[m] 28. Itaque Amyntas,[h] regis prætor, inclinatam ad misericordiam concionem rursus aspera in Philotan oratione commovit. 'Proditos eos esse barbaris: neminem ad conjugem suam, neminem in patriam et ad parentes fuisse rediturum: velut truncum corpus demto capite, sine spiritu, sine nomine, aliena terra ludibrium hostis futuros.' 29. Haudquaquam pro spe ipsius, Amyntæ oratio grata regi fuit, quod conjugum, quod patriæ admonitos, pigriores ad cetera munia exequenda fecisset. 30. Tunc Cœnus, quanquam Philotæ

[m] *Cum Philota, quem solum adversa fortuna patri reliquerat superstitem, defendere se in judicio capitis absens cogebatur.*

Mer. Col. Bas. Elz. alii: *non reum quidem modo, sed, &c.* Bong. 2. omittit *non*; Bong. 1. ascripsit oræ *non solum*; Florent. Leid. et Voss. 1. *rep. reum quidem sed*; et sic Dan. et Bong. cui a manu aliena: *non reum*, quomodo etiam in Voss. 2. et Pall. 1. 2. Mox Bong. 1. 2. *immo vinctum*; Leid. *immo victum*. —27 Voss. 1. *tam clari cujus*. Bong. 1. omnes Gruteri et Mediol. *quo modo*; Fauch. *quomodo*; Florent. Leid. Pith. et Bong. 2. *qui quomodo*; Voss. 2. omittit *modo*. Dan. *Hectore*; pro quo in Voss. 2. *Filota*. Florent. Leid. Voss. 1. et Gruteri omnes: *ac Nicanore*. Pith. *calamitas reliquum*.—28 Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri et Bong. *regius* pro *regis*. Voss. 2. Pall. o. et Bong. Gruteri *præfectus* pro *prætor*. Edd. fere omnes ante Freinsh. *inclinantem*; Ald. *inclynatam*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Grnteri, Frob. Mer. Bas. et Col. *inclinatam*. Mox pro *esse* Schmieder. *malit fuisse*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Gruteri omnes omittunt prius *neminem*. Vulgg. ante Freinsh. *in aliena terra*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. et Mer. *aliena terra*, omisso τῷ *in*. Bong. 1. *hostes futuros*; Bong. Gruteri: *hostibus futuros*. —29 Vulgg. ante Freinsh. *pro re*; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. *prospere*; Voss. 2. et Gruteri omnes *pro specie*; alii *prosper*; lectio nostra *pro spe* debetur Freinshemio. Voss. 2. *ad cetera munimina*.—30

NOTÆ

[f] *Immo vinctum*] Gravius igitur quiddam esse videbatur principem virum ligari, quam simpliciter damnari.

[g] *Duobus filiis*] Hector ex Nilo flumine ægre emersus expiraverat, lib. IV. cap. 8. Nicanor Paulo ante ex morbo decesserat, supra cap. 6.

[h] *Amyntas*] Non fuit hic Amyntas Andromenis filius quem inter reos visuri sumus lib. VII. cap. 1. sed alter forsitan ex duobus illis qui fortitudinis ergo Chiliarchæ creati sunt, lib. V. cap. 2. Hos enim 'Prætores' vocare possis.

sororem matrimonio secum conjunxerat; tamen acrius quam quisquam in Philotan invectus est: 'parricidam esse regis, patriæ, exercitus' clamitans: 31. saxumque, quod forte ante pedes jacebat, eripuit,[i] emissurus in eum; ut plerique credidere, tormentis subtrahere cupiens: sed rex manum ejus inhibuit, 'dicendi prius causam debere fieri potestatem reo, nec aliter judicari passurum se' affirmans. 32. Tum dicere jussus Philotas, sive conscientia sceleris, sive periculi magnitudine amens et attonitus, non attollere oculos, non hiscere audebat. 33. Lacrymis deinde manantibus, linquente animo, in eum, a quo tenebatur, incubuit: abstersisque amiculo ejus oculis, paulatim recipiens spiritum ac vocem, dicturus videbatur. 34. Jamque rex, intuens eum, 'Macedones,' inquit, 'de te judicaturi sunt: quæro, an patrio sermone[j] sis apud eos usurus.' 35. Tum Philotas, 'Præter Macedonas,' inquit, 'plerique adsunt, quos facilius, quæ dicam, percepturos arbitror, si eadem lingua[k] fuero usus, qua tu egisti: non ob aliud, credo, quam ut oratio tua intelligi posset a pluribus.' 36. Tum rex, 'Ecquid videtis, adeo[l] etiam sermonis patrii Philotan tædere?

Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri: *in matrimonio.*—31 Voss. 1. *forte*; Ald. Mer. Col. et Bas. *ante forte.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 3. et Ald. *eripuit*, ut in textu; Pall. 2. 3. et ceteri codd. et edd. *arripuit.* Mox pro *dicendi prius causam*, quod ex Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. Bong. Gruteri, Dan. et Pal. 1. servant, Bong. 1. Ald. et edd. ante Freinsh. habent: *dicendæ p. causæ.* Mer. et Ald. *fieri reo potestatem*; Florent. Leid. Voss. 1. et vulgg. ante Freinsh. omittunt *reo.*—32 Pal. 3. Venet. Veron. Mediol. aliæ edd. vett. *dicere rursus permissus Philotas*; Ald. *dicere rursu permissus Philotas*; Bong. 1. *dicere rursus Philotas*, omisso *permissus*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pall. 1. 2. Dan. et Bong. Gruteri *dicere orsus Philotas*, omisso *permissus.* Edd. vulgg. ante Freinsh. *seu periculi.*—33 Voss. 2. *extersisque*; Pith. *abstersoque.* Voss. 2. *respiciens spiritum.*—35 Leid. et Voss. 1. *intellegi posset*; Voss. 2. *intelligi possit.*—36 Voss. 1. 2. et Bong. 2. *hæc quid videtis*; Pith. *en*

NOTÆ

[i] *Eripuit* [*arripuit*] Alii *eripuit.*

[j] *Patrio sermone*] Macedonicus sermo Græcæ linguæ Dialectus erat a ceteris diversa, quippe quam plerique Græcorum non intelligerent, ut ex hoc ipso loco, et ex cap. 11. satis apparet. Idque Strabonis quoque testimonio firmari potest, lib. VII. Sic multæ sunt Germanicæ Gallicæque linguæ Dialecti quas vix intelligunt, qui non assueverunt.

[k] *Eadem lingua*] Græca, opinor, eaque communi, quæ ab omnibus audiretur.

[l] *Adeo*] Alii legebant: *edio etiam patrii S. Ph. teneri.* Sed venustior

solus quippe fastidit eum dicere.[a] Sed dicat sane utcumque cordi est; dum memineritis, æque illum a nostro more atque sermone abhorrere.' Atque ita concione excessit.

x. 1. Tum Philotas, 'Verba,' inquit, 'innocenti reperire facile est; modum[a] verborum misero tenere difficile. 2. Itaque inter optimam conscientiam et iniquissimam fortunam destitutus, ignoro, quomodo et animo meo et tempori paream.[a] 3. Abest quidem optimus causæ meæ judex :[b] qui cur me ipse audire noluerit, non me hercule excogito, cum illi, utrimque cognita causa, tam damnare me liceat quam absolvere; non cognita vero liberari ab absente non possum, qui a præsente damnatus sum. 4. Sed quanquam vincti hominis non supervacua[c] solum, sed etiam invisa defensio est, quæ judicem non docere videtur sed arguere; tamen,

[a] *Dedignatur illo uti.*
[a] *Qua ratione et indoli meæ et præsenti statui orationem accommodem.*

---

quid videtis. Pal. 3. Ald. alii : *odio etiam;* Bong. 1. *ido etiam*, et superscripto *odio;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri et Bong. 2. *adeo etiam.* Vulgg. ante Freinsh. *tedere;* alias edd. *teneri;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. Gruteri *tædere.* Mer. *solum*, et sic codd. Modii. Acidalius pro *eum* malit *eo*, approbante Radero; et sic etiam legit Tell. 'Possit etiam legi *fastidit eum*, expuncto *dicere.*' Freinsh. Pro *dicere* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. et Bong. habent *discere.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pall. 2. 3. et Bong. *ei cordi.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pall. 1. 2. et Bong. *quo a* pro *atque;* Voss. 2. Bong. 1. et Pal. 3. *quam a.* Voss. 2. *ita a concione.*

2 Pro *quomodo* Bong. Dan. Pall. 1. 2. Florent. Leid. et Voss. 1. *et quomodo.* Voss. 2. *quomodo et quo animo in eo obsequar et tempori paream.* Bong. 1. omittit *paream.*—3 Voss. 1. *non m. h. excogito.* Pleræque edd. ante Modium : *utique cognita;* Voss. 2. *utcumque cognita;* Amst. *utrumque cognita*, probante Scheffero; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. Pal. 1. Colon. Sigeb. Lugd. Col. et edd. post Freinsh. omnes : *utrimque cognita.* Voss. 1. *caussata* pro *causa.* Mox codd. Modii: *nam si cogitavero liberari absente illo non possum, quo præsente damnatus sum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Ald. et Mer. etiam omittunt *ab.* Ald. *quin a præsente;* Voss.

NOTÆ

ceterorum lectio quam repræsentavimus.

[a] *Modum*] Livius lib. XXIX. 'Dant animum ad loquendum libere ultimæ miseriæ.' Ovid. Met. XIII. 140. 'Dolor ipse disertum fecerat.' Tacit. Ann. IV. 'Mœsta, ubi semel prorupere, difficilius reticentur.'

[b] *Judex*] Alexander. *Utique*] Alias *utrimque.*

[c] *Supervacua*] Quia ipso regis judicio jam videbatur damnatus, quod vinctus esset; cum vinciri nisi sceleris convicti non solerent. Vide lib. VII. cap. 1.

utcumque licet dicere, memet ipse non deseram, nec committam, ut damnatus etiam mea sententia[d] videar. 5. Equidem cujus criminis reus sim, non video. Inter conjuratos nemo me nominat: de me Nicomachus nihil dixit: Cebalinus plus, quam audierat, scire non potuit. 6 Atqui conjurationis caput me fuisse credit rex! potuit ergo Dymnus eum præterire, quem sequebatur?[b] præsertim cum quærenti socios vel falso fuerim nominandus, quo facilius, qui verebatur, posset impelli. 7. Non enim detecto facinore nomen meum præteriit, ut posset videri socio pepercisse; sed Nicomacho, quem taciturum[c] arcana de semet ipso credebat, confessus, aliis nominatis, me unum subtrahebat. 8. Quæso, commilitones, si Cebalinus me non adisset, nihil me de conjuratis scire voluisset, num hodie dicerem causam nullo me nominante? 9. Dymnus sane et vivat adhuc, et velit mihi parcere: quid ceteri? qui de se confitebuntur, me videlicet subtrahent! Ma-

[b] *Me prætermittere quem habebat conjurationis ducem.*

---

2. *qui præsente*, omissa præpositione *a*; Elz. *quia præsente*.—4 Hanc alicujus conjecturam profert et damnat Acidalius: *Sed q. v. h. non invisa solum, s. e. supervacua d. est, qui j. non d. v. sed se arguere.* Florent. Leid. Bong. Dan. membranæ Modii, et Pall. 1. 3. *qui judicem.* Bong. Gruteri et Mer. *tamen utramque.* Scheffer. conj. *tamen utcumque cum liceat dicere.* Florent. Leid. Voss. 1. Gruteri omnes, Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. Mer. et Bas. *me dicere*; Pal. 3. *me docere*.—6 Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. Pal. 1. et Mer. *caput fecisse c. rex.* Voss. 2. Pith. Fauch. Col. et Mer. *quem insequebatur*; Dan. *quæ insequebatur*; Bong. Gruteri et Pal. 1. *que insequebatur.* Mer. omittit *vel* ante *falso.* Bong. omittit: *qui verebatur*, quod ex Ald. recepit Freinshemius; Florent. Leid. Fauch. et Voss. 1. *qui temptabatur*; Mer. *qui tenebatur*; Voss. 2. et edd. pleræque ante Freinsh. *qui tentabatur*.—7 Voss. 2. *dejecto facinore.* Pro *sed Nicomacho*, Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venett. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Col. et aliæ edd. *Nicomachus*; Pal. 3. *se Nicomachus.* Lectio nostra debetur Acidalio. Amst. *credebat de semetipso.* Pith. *confessis.* Florent. *nominatus*; et sic Fauch. et Dan. a manu prima.—8 Scheffer. legit: *adisset, et nihil.*—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri codd. Bong. Venet. Veron. Mediol. et Mer. *et viveret adhuc.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. Pal. 1. Venet. Veron. Mediol. et Mer. *et velut*; Pith. *et vellet.* Leid. Fauch. Venet. Veron. Mediol. et Mer. *mihi parceret*; Voss. 1. et Bong. 2. *mihi parceri*; Pith. et Voss. 2. *mihi parcerent.* Pith. *quid de se.* Pal. 1. *me v. subtrahunt*; Voss. 2. *me v. subtraherent.* Pleræque edd. omit-

NOTÆ

[d] *Mea sententia*] Ipso quippe silentio crimen fateri seque damnare videtur.

[c] *Quem taciturum*] Supra cap. 7.

ligna est calamitas; et fere noxius, cum suo supplicio crucietur, acquiescit alieno.[e] 10. Tot conscii, ne in equuleum quidem impositi, verum fatebuntur? Atqui nemo parcit morituro; nec cuiquam moriturus,[f] ut opinor. 11. Ad verum crimen et ad unum revertendum mihi est. Cur rem delatam ad te tacuisti? cur tam securus audisti? hoc qualecumque est, confesso mihi, ubicumque es, Alexander, remisisti: dextram tuam amplexus reconciliati pignus animi, convivio quoque interfui. 12. Si credidisti mihi, absolutus sum: si pepercisti, dimissus: vel judicium tuum serva.[d] Quid hac proxima nocte, qua digressus sum a mensa tua, feci? quod novum facinus delatum ad te mutavit animum tuum? gravi sopore acquiescebam, cum me malis indormientem[e] meis inimici vinciendo excitarunt. 13. Unde et parricidæ et proditori[g] tam alta quies somni, scelerati conscientia obstrepente cum dormire[h] non pos-

[e] *Alterius supplicio sublevatur.*
[d] *Saltem mane in sententia quam tulisti.* [e] *In medio periculo consopitum.*

---

tunt *est* ante *calamitas;* id vero ex codd. suis restitult Freinsh. suffragantibus Florent. Leid. et Voss. 1. 2. Pro *fere* alii *vere.* Vulgg. ante Freinsh. *noxia;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *noxius.* Vulg. ante Freinsh. *cum quis suo supplicio acquiescit pro alio cruciatus;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mer. Bas. Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. et recentt. *cum suo supplicio crucietur, acquiescit alieno.* Heinsius legit: *Maligna calamitas ea vere: n. c. s. s. cruciatur,* &c. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. et Pall. 1. 3. *nec in;* Mer. omittit *ne.* Voss. 1. et Ald. *in aculeum;* Amst. et Lugd. *in equuleo q. positi.* Voss. 2. Pal. 1. et Bong. Gruteri: *nec cuidam;* Pal. 2. *nec quidem;* Pal. 3. *nec quoiquam.*—11 Lugd. Amst. alii: *prævertendi mihi est.* Voss. 2. *reconciliasti.*—12 Leid. *Quid ac;* Voss. 1. *Qui huc.* Pith. *ad te delatum.* Voss. 2. *indormienti,* et omittit *inimici vinciendo.* Leid. et Bong. *excitaverunt.*—13 'Non opus est, ut vel cum Freinshemio, *et prodita re,* vel cum Acidalio, *et prodito* legas.' *Schmieder.* Voss. 2. *con-*

NOTÆ

[f] *Moriturus*] Refellit quod supra responsum ab Alexandro fuerat, non innocentiæ, sed potentiæ iudicium esse, quod sic ab iis timeretur Philotas, a quibus prodi posset, ut cum de se faterentur, illum tamen celarent. Cur me, inquit, metuat mihive etiam inter tormenta parcat, qui jamjam moriturum se videt?

[g] *Proditori* [*prodito*] Rectius hoc meo judicio, quam vulgatum *proditori.* Nam 'proditor' aut nihil, aut parum addit ad 'parricidam;' et uterque securus potest somnum capere, quamdiu proditum se non putat. Sed parricidæ et prodito quæ possit esse quies somni? Nec improbandum illud Freinshemii ex *proditori* facientis *prodita re.*

[h] *Dormire*] Memorabile quod refert

sint? 14. Agitant eos furiæ,[i] non consummato modo, sed et cogitato parricidio. At mihi securitatem primum innocentia mea, deinde dextra tua obtulerant: non timui, ne plus alienæ crudelitati apud te liceret, quam clementiæ tuæ. 15. Sed ne te mihi credidisse pœniteat, res ad me deferebatur a puero, qui non testem, non pignus indicii[f] exhibere poterat, impleturus omnes metu, si cœpisset audiri. 16. Amatoris et scorti jurgio interponi aures meas credidi infelix, et fidem ejus suspectam habui, quod non ipse[j] deferret, sed fratrem potius subornaret: 17. timui,

[f] *Nec certum argumentum suæ delationis.*

dormire non possint. Florent. Leid. Voss. 2. et Mer. *possunt;* Voss. 1. *possent.* —14 Florent. Leid. Voss. 1. Gruteri omnes, Venet. Veron. Mediol. Vet. an. 1474. Ald. Frob. Col. Bas. Freinsh. Snak. Barb. et Bip. *non cogitato modo, sed et consummato;* nisi quod Florent. Leid. et Voss. 1. habent, *sed etiam.* Mer. *non citato modo, sed et consummato;* plerique codd. Schefferi, Colon. Sigeb. Pall. 1. 2. 3. Dan. Pith. Fauch. Bong. Col. Lugdd. 1584. 1588. 1591. Amst. 1621. 1628. 1629. 1688. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. et Both. *non consummato modo, sed et cogitato.* Ald. vero habet *consumato;* Voss. 2. *confirmato.* Mox Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *tua dextra.* Iidem codd. cum Voss. 2. et omnibus Gruteri *obtulerat;* Ald. Mer. Frob. Col. Bas. Lugd. et Amst. *obtulerant;* Acidalius conj. *attulerat*, et mox *crudelitatem.*—15 *Sed ne me tibi* profert Acidalius. Mer. *præferebatur.* Pith. omittit *a puero.*—16 Voss. 2.

NOTÆ

Tullius Orat. pro Sexto Rosc. Amerino, de Cloelio Tarracinensi, qui duos inter filios inventus est gladio confossus. Filii de parentis cæde postulati hac maxime ratione absoluti sunt, quod aperto ostio dormientes, in eodem conclavi reperti erant. Ceterum etsi animi ac somni securitas illa innocentiæ ut plurimum index habetur, tamen adversus id argumentum excipi poterat: primum, gravissimis curis, mœrore, desperatione vexatos alto quandoque somno obrui; ut ipsi Alexandro contigisse vidimus lib. IV. cap. 13. idem quoque de Augusto deque Othone refert Suetonius: deinde, simulari quoque somnum posse, ut argumentatur Quintilianus Declam. II. et Libanius Declam. XLIV. Sane mirum est Philotam, quantumvis innoxium, leni placidoque somno dormire potuisse, qui tam præsenti periculo ereptum se esse meminisset.

[i] *Furiæ*] Sic quidem de Oreste post occisam ab eo matrem Poëtæ fingunt vexatum eum esse Furiarum occursu cum tædis ubique minitantium. Sed præclare Tullius pro Sex. Roscio: 'Nolite enim putare, &c. sua quemque furia, et suus terror maxime vexat; suum quemque scelus agitat, amentiaque afficit; suæ malignæ cogitationes conscientiæque animi terrent. Hæ sunt impiis assiduæ domesticæque Furiæ,' &c.

[j] *Non ipse*] Nicomachus. *Fratrem*] Cebalinum.

ne negaret mandasse se Cebalino, et ego viderer multis amicorum regis fuisse periculi causa. 18. Sic quoque, cum læserim neminem, inveni, qui mallet perire me, quam incolumem esse: quid inimicitiarum creditis excepturum fuisse,[g] si insontes lacessissem? 19. At enim Dymnus se occidit? num igitur facturum eum divinare potui? minime. Ita, quod solum indicio fidem fecit, id me, cum a Cebalino interpellatus sum, movere non poterat. 20. At hercule, si conscius Dymnò tanti sceleris fuissem, biduo illo proditos esse nos, dissimulare non debui; Cebalinus ipse tolli de medio nullo negotio potuit. 21. Deinde post delatum indicium, quo periturus eram, cubiculum regis solus intravi, ferro quidem cinctus. 22. Cur distuli facinus? an sine Dymno non sum ausus? ille igitur princeps conjurationis fuit: sub illius umbra Philotas latebam, qui regnum Macedonicum affecto. Et quis e vobis corruptus est donis? quem ducem, quem præfectum impensius colui? Mihi quidem objicitur, quod societatem patrii sermonis asperner; quod Macedonum mores fastidiam: sic ergo imperio, quod dedignor, immineo.[h] 23. Jam pridem nativus ille sermo commercio aliarum gentium exolevit; tam victoribus, quam victis peregrina lingua discenda est. 24. Non me hercule

[g] *Quantum odii putatis me passurum fuisse.*
[h] *Sic ambio regnum Macedonum quod contemno.*

et Pith. *infelix credidi.*—17 Florent. Leid. et Voss. 1. *esse Cebalino.* Voss. 2. omittit *regis.* Pith. *causa periculi.*—18 Voss. 2. *mallent*, probantibus Suak. et Schmieder. in textum recepit Bothe. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *accepturum.*—19 Voss. 2. *non igitur*, et omittit *eum;* Modius emendavit: *eum hoc divinare.* Amst. Lugd. alii omittunt *minime.* Ald. Mer. Col. et Bas. *interpolatus sum.* Pal. 3. et edd. vulgg. ante Freinsh. *non potuit;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri omnes, Frob. Bas. Col. et Mer. *non poterat.*—20 *At Hercules* Florent. Dan. et Bong. *ipse tollit* Florent. Voss. 1. Dan. Pith. et Bong. 2. *nullo quæ negotio* Florent. et Leid. *nulloque negotio* Bong. et Gruteri omnes. —21 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et multæ edd. post Modium: *Denique post, &c.* Edd. vett. Venett. Veron. Mer. Bas. Frob. Col. Ald. Colin. et Gryph. *quid operiturus;* Leid. Voss. 2. et Florent. *operiturus*, omisso *quo;* Voss. 1. Dan. et Bong. etiam omittunt *quo*, sed habent *opperiturus.*—22 Voss. 2. *Philotas latebat.* Pith. *qui regno.* Voss. 2. omittit *Macedonum.* Mox Leid. Voss. 1. 2. et vulgg. *Ecquis;* Florent. *Hæc quis.* Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri, *ex donis.* Leid. Voss. 1. et Dan. *Mihi q. objicitur.* Voss. 2. *mores fastidivi.* Voss. 1. 2. Leid. et vulgg. *sic ego;* Pal. 3. *si ego.*—23 Voss. 1. *sermone.* Voss. 2.

ista me magis lædunt,[i] quam quod Amyntas, Perdiccæ filius, insidiatus est regi; cum quo quod amicitia fuerit mihi, non recuso defendere,[k] si fratrem regis non oportuit diligi a nobis: 25. sin autem in illo fortunæ gradu positum etiam venerari necesse erat; utrum, quæso, quod non divinavi,[l] reus sum? an impiorum amicis insontibus quoque moriendum est? Quod si æquum est, cur tamdiu vivo? si injustum, cur nunc demum occidor. 26. At enim scripsi, misereri me eorum, quibus vivendum esset sub eo, qui se Jovis filium crederet! Fides amicitiæ, veri consilii periculosa libertas, vos me decepistis! vos, quæ sentiebam, ne reticerem, impulistis! 27. Scripsisse me hæc fateor regi, non de rege[m] scripsisse: non enim faciebam invidiam, sed pro eo timebam: *j* dignior[o] mihi Alexander videbatur, qui

[i] *Ista nihilo plus mihi nocent.*
j *Non odium illi conflabam, sed ne incurreret, illi metuebam.*

exoluit. Pith. omittit *est.*—24 Mer. *iste* pro *ista.* Pal. 3. *dedunt* pro *lædunt.* Mer. *quam Amyntas,* omisso *quod.* Ald. *cum quo amicitia,* omisso *quod;* Voss. 2. *quidem quæ.* 'Mox legendum videtur: *non recuso; defenderem si fratrem regis non oportuit diligi a nobis;* hac sententia: Quod mihi cum Amynta amicitia fuerit, *non recuso,* non nego; *defenderem,* defendere me deberem, defensioni esset locus, si, &c. Aliis in loco vexato alia placebant. Modo tollunt negationem ante *recuso,* modo ante *oportuit;* modo legunt *dependere,* i. e. pœnas subire; modo *non defendo,* ejecto verbo priori, tanquam e margine in ipsam orationem traducto. Ceterum Amyntas non frater regis, sed patruelis erat; frater autem vel eum ob causam appellari poterat, quod sororem Alexandri haberet uxorem.' *Schmieder.* Vide Not. Var. Voss. 2. Bong. Gruteri et Pall. 1. 3. *sed fratrem;* unde Scheffer. conj. *si et fratrem.*—25 Bong. Gruteri *unum* pro *utrum;* Acidalius vero legit, *iterum;* et Heinsius: *futurum q. q. n. d. cur reus sum.* Florent. *cur non nunc.* Ald. *occider.*—26 Pith. *miserrime.* Voss. 2. *horum* pro *eorum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. Bas. et Gruteri omnes præter Pal. 3. omittunt *vos* ante *me decepistis.*—27 Edd. plurimæ ante Freinsh. *hoc fateor;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Gruteri omnes: *hæc fateor.* Edd. antiq. cum Ald. Colin. Gryph. aliæ ante Modium omittunt τὸ *scripsisse* post *rege;* id tamen habent Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Gruteri om-

NOTÆ

[k] *Defendere*] Non recuso pœnas subire, quod Amyntæ amicus fui, si crimen est regis fratrem amasse. *Fratrem*] Patruelis erat Amyntas Alexandri, ut diximus ad cap. 9. Sed et *frater* et ἀδελφὸς de patruele quandoque dicitur, ut hoc loco erudite disputat Freinshemius.

[l] *Non divinavi*] Amyntam illum Alexandri vitæ insidiari.

[m] *Non de rege*] Ad ipsum scripsi solum; non ad alios, ut ei obtrectarem, et invidiam conflarem.

[o] *Dignior*] Dignus Alexandro pu-

Jovis stirpem tacitus agnosceret, quam qui prædicatione jactaret. 28. Sed quoniam oraculi fides certa est; sit Deus[p] causæ meæ testis: retinete me in vinculis, dum consulitur Hammon in arcanum et occultum scelus. Interim, qui regem nostrum dignatus est filium, neminem eorum, qui stirpi suæ insidiati sunt, latere patietur. 29. Si certiora oraculis creditis esse tormenta; ne hanc quidem exhibendæ veritatis fidem deprecor.[t] 30. Solent rei capitis adhibere[q] vobis parentes: duos fratres[r] ego nuper amisi; patrem nec ostendere possum, nec invocare audeo, cum et ipse tanti criminis reus sit. 31. Parum est enim, tot modo liberorum parentem in unico filio acquiescentem eo quoque orbari, ni ipse in rogum meum imponitur. 32. Ergo, carissime pater, et propter me morieris, et mecum? Ego tibi vitam adimo, ego senectutem tuam extinguo! Quid enim

[t] *Non recuso hanc quoque rationem inire probandæ veritatis.*

nes, probantibus Rad. et Freinsh. Voss. 2. omittit *tacitus*.—28 Voss. 1. *retinente in vinculis*, omisso *me*. Ald. *dum consumitur*. Vulgg. ante Freinsh. *Hammon interim*, omissis: *in arcanum et occultum scelus*. Voss. 2. Ald. et Mer. pro *Hammon* habent *admodum*; Bong. 2. *ammodum*; Gruteri omnes, Florent. Leid. et Voss. 1. *Ammo, dum*; Col. et Bas. *Hammonius*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *archanum et occultum scelus*; Gruteri omnes, Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. *arcanum et occultum scelus*; Frob. *in arcanum, &c.* ut in textu. Vide Not. Var. Voss. 2. *nostrum suum dignatus*. Pith. *stirpem suam*.—29 Pal. 3. *Sed certiora*. Voss. 2. *oracula*. Pith. *creditis ejus tormenta*. Voss. 2. omittit *hanc*. Pith. *virtutis fidem*.—30 Pro *adhibere* Acid. et Rad. malint *exhibere*. Voss. 2. *adhibere nobis*, et mox omittit *duos*. Pal. 2. *ostendere nec possum*; Voss. 2. Pal. 1. et Bong. Gruteri: *ostendere non possum*. Voss. 2. *reus esset*.—31 Alii omittunt *enim*. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *liberum parentem*. Florent. Leid. Voss. 2. Bong. et Gruteri omnes *nisi ipse*.—32 Pith. et Fanch. *Ergo Kme pater*. Amst. Lugd. alii: *aversantibus Diis*. Pith. *fructus ex me*.—

NOTÆ

tabam esse atque honorificum magis, si se Jovis filium cum sciret, non jactaret ipse tamen originem suam.

[p] *Sit Deus*] Meæ testem innocentiæ appello ipsum Hammonem.

[q] *Adhibere*] Ut precibus lacrymisque judices ad misericordiam inflectant; cujus rei obvia sunt exempla, præsertim apud Tullium. Observa porro *parentes* idem hoc loco videri quod nos Gallice dicimus *les parens*, pro cognatis quibuscumque. Sic enim quandoque accipi docent Freinshemius ad Florum, Casaubonus et Salmasius in Pollionem de XXX. Tyrannis. Sane Philotas quid 'parentum' nomine intelligeret, postmodum explicans, 'fratrum' mentionem facit.

[r] *Duos fratres*] Supra cap. 9. *Nuper*] Hector ante duos circiter annos

me procreabas infelicem adversantibus Diis? an ut hos ex me fructus perciperes, qui te manent?' 33. Nescio, adolescentia mea miserior sit, an senectus tua: ego in ipso robore ætatis eripior; tibi carnifex spiritum adimet, quem, si fortuna expectare voluisset, natura reposcebat. 34. Admonuit me patris mei mentio, quam timide et cunctanter, quæ Cebalinus detulerat ad me, indicare debuerim. Parmenio enim, cum audisset, venenum a Philippo medico regi parari, deterrere eum voluit epistola[s] scripta, quo minus medicamentum biberet, quod medicus dare constituerat. 35. Num creditum est patri meo? num ullam auctoritatem ejus literæ habuerunt? Ego ipse, quoties, quæ audieram, detuli, cum ludibrio credulitatis repulsus sum. Si et, cum indicamus, invisi,[t] et, cum tacemus, suspecti sumus; quid facere nos oportet?' 36. Cumque unus e circumstantium turba exclamasset, 'Bene meritis non insidiari:' Philotas, 'Recte,' inquit, 'quisquis es, dicis. 37. Itaque, si insidiatus sum, pœnam non deprecor; et finem facio dicendi, quoniam ultima verba gravia sunt visa auribus vestris.' Abducitur deinde ab iis, qui custodiebant eum.

[r] *Qui tibi impendent.*

33 Leid. Bong. 1. 2. et Dan. *adulescentia.* Voss. 2. omittit *expectare.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Bong. Gruteri, Pall. 1. 2. Frob. Col. Mer. et Bas. *natura poscebat;* Bong. 1. et Pith. *nature poscebat;* Dan. *naturæ poscebat.*—34 Voss. 2. Amst. et Lugd. *voluit eum.* Florent. Leid. et Voss. 1. *dare constitueret.*—35 Voss. 2. *literæ ejus.* Pal. 3. et Mod. *et cum ludibrio.* Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Gruteri omnes præter Pal. 3. *crudelitatis;* in Bong. 1. tamen emend. *credulitatis.* Mox Gruteri omnes, Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *Sic et cum;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 3. Modiani, et edd. plurimæ, *Si et cum;* et sic recentt. Pro *invisi* Freinsh. conj. *irrisi,* vel *irrisui,* quod reposuerunt Tell. et Maitt. 'Necessariæ non sunt, quamvis non displicent Freinsh. conjecturæ.' *Schmieder.*—36 Fauch. *turba proclamasset.* Hinc omnia usque ad *quid quæstione* desunt in Bong. 1. Mox Venet. Veron. et Mer. *non licuisse insidiari; τὸ non* omittunt Voss. 2. et Pith.—37 'Immerito editores hunc locum vexarunt, dum vel *visa* abjiciunt, quæ vox in omnibus fere codd. [Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnibus Gruteri, Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Col. Frob. Mer. et Bas.] exhibetur; vel *vestris,* quod verbum, in multis quidem deficiens, [Florent. Leid. Voss. 1. vulgatum *invisi.* Respicit enim ista, 'cum ludibrio credulitatis repulsus sum.'

NOTÆ

perierat: Nicanor non ita pridem.

[s] *Epistola*] Vide lib. III. cap. 6.

[t] *Invisi* [*irrisui*] Rectius hoc quam

XI. 1. Erat inter duces manu strenuus Bclon quidam, pacis artium et civilis habitus[a] rudis,[a] vetus miles, ab humili ordine ad eum gradum, in quo tunc erat, promotus: 2. qui tacentibus ceteris, stolida audacia ferox, admonere eos cœpit; 'quoties quisque deversoriis, quæ occupassent, proturbatus esset, ut purgamenta servorum Philotæ reciperentur eo, unde commilitones expulisset. 3. Auro argentoque vehicula ejus onusta totis vicis stetisse: ac ne in vicina quidem deversorii quenquam commilitonum receptum esse; sed per dispositos,[b] quos ad somnum habebat, om-

[a] *Politioris vitæ ignarus.*

2. et Bong. Gruteri,] cum Freinshemio restituendum censerem, si abesset.' *Schmieder.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan. *Adducitur.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *ab his.*

1 Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri et Bong. *Belon;* Mer. *Bellon.* —2 Voss. 2. *quoties quisquis;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et vulgg. ante Freinsh. *quoties suis quisque;* Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Frob. et Col. *quoties quisque.* Voss. 1. *quas occupassent.* Voss. 2. et Mer. *perturbatus esset;* vulgg. ante Freinsh. *deturbatus esset;* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Lugd. et Amst. *proturbatus esset.* Lugd. Elz. alii: *et purgamenta.* Mer. *suorum* pro *servorum,* et mox *reciperent eo, u. c. expulissent.*—3 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Col. Frob. Mer. Bas. Lugd. et Amst. *at ne;* Ald. Colin. et Gryph. *anne.* Voss. 2. omittit *in* ante *vicina;* Florent. Leid. Voss. 1. et Gruteri omnes habent, *in vicinium;* Pal. 3. *vicinum;* vulgg. ante Freinsh. *in vicinia.* Heinsius conj. *diversorio;* unde Bothe edidit: *ac ne in vicina q. diversoriis.* Mer. *retentum esse;* Voss. 2. *receptum esset.* Florent. Voss. 1. Bong. Dan. Pall. 2. 3. et Mer. *supra somnum;* Voss. 2. omittit *ad;* Leid. *supra somnium.* 'Mihi cum Scheffero omnia ex glossa esse videntur.' *Schmieder.* Vide Not. Var. Bothe ex conj. in textum admisit: *sed per quos dispositos supra somnum, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. et

NOTÆ

[a] *Habitus*] Apud Curtium vox *habitus* multa significat. 1. 'vestem;' lib. III. cap. 3. 'vulgari habitu.' 2. 'corporis formam ac staturam:' *la taille;* supra cap. 5. et lib. III. cap. 12. 'corporis habitu præstabat.' tum lib. VII. cap. 8. 'Si Dii habitum corporis tui,' &c. 3. 'situm staturamque corporis,' *la posture;* lib. VIII. cap. 4. 'durante adhuc habitu in quo,' &c. 4. 'insigne' cujusque gradus ac muneris proprium; lib. VII. cap. 1. 'habitus quoque redderetur armigeri,' nempe 'lancea.' 5. 'statum' metaphorice, id est, 'conditionem,' lib. III. cap. 12. 'pro habitu præsentis fortunæ.' 6. 'qualitatem' sive 'indolem;' lib. V. cap. 7. 'Nequaquam pro naturæ habitu molliora ingenia sunt.' 7. 'vivendi modum;' ut hoc loco 'civilis habitus:' et supra, cap. 6. 'civilem habitum.'

[b] *Per dispositos*] Per servos quos Philotas circa diversorium suum disponi undique curabat, strepitum omnem prohibituros, ne somnus ejus impediri turbarive posset. Hoc enim est 'dispositos habere ad somnum.'

nès procul relegatos, ne fœmina illa murmurantium inter se silentio verius, quam sono excitaretur. 4. Ludibrio ei fuisse[c] rusticos homines, 'Phrygasque et Paphlagonas' appellatos; qui non erubesceret, Macedo natus, homines linguæ suæ per interpretem[d] audire. 5. Cur Hammonem consuli vellet? eundem Jovis arguisse mendacium, Alexandrum filium agnoscentis: scilicet veritum, ne invidiosum esset, quod Dii offerrent. 6. Cum insidiaretur capiti regis et amici, non consuluisse eum Jovem: nunc ad oraculum mittere, dum pater[e] ejus solicitaretur, qui præsit in Media, et pecunia, cujus custodia commissa sit, perditos homines ad societatem sceleris impellat. 7. Ipsos missuros ad oraculum, non qui Jovem interrogent, quod ex rege cognoverint, sed qui gratias agant; qui vota pro incolumitate regis optimi persolvant.' 8. Tum vero universa concio accensa est; et a corporis custodibus initium factum, clamantibus,

Fauch. *religatos*. Voss. 2. et Fauch. *femina ulla;* Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *fremitu ullo*. Ald. Colin. Gryph. Mer. Frob. Bas. et Col. *somno excitaretur*.—4 Acidalius legit: *Ludibrio ei fuisse se: rusticos, &c.* Voss. 2. *Frigasque et Paflagonas*. Pith. omittit *linguæ suæ*.—5 Ald. *Cum Ammonem;* Florent. et Leid. *Ne cum Ammonem;* Voss. 1. 2. Bong. et Gruteri omnes *Ne cum Hammonem;* Col. Bas. et Mer. *Cum Hammonem;* Frob. *Cui Hammonem;* Sigeb. *Nec vero Hammonem*. Schefferus legit: *Cur H. c. vellet eundem, cujus arguisset m. A. f. agnoscentis?* probante Schmieder. Pro *scilicet* Voss. 2. habet *solis*. Leid. *invidosum esset*.—6 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Bas. et Lugd. *solicitetur*. Venet. Veron. Mediol. Vet. 1474. aliæ edd. *pecunia, quæ ejus custodiæ;* Bong. *p. cujus custodiæ*, et Bong. Gruteri: *p. ejus custodiæ*, omisso *quæ*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pall. o. nt in textu.—7 *Ipsos missurus* Mer. *qui J. interrogent non* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Gruteri, et Mer. *cognoverant* Voss. Bong. Gruteri, et Pal. 1. *per incolumitate* Voss. 1.—8 Voss. 2. omittit *est* post *accensa*. Mod.

NOTÆ

[c] *Fuisse*] Ipsos Macedonas commilitones. Legunt alii: *fuisse se, &c. Phrygas et Paphlagonas*] Utrique apud Græcos præsertim pro stolidis ac rusticis habebantur. De Phrygibus quidem notum adaginm: 'Sero sapiunt Phryges.' Paphlagones autem per ludibrium appellari consueverant qui linguæ vitio inter loquendum cespitant, hærent, repetunt, balbutiunt; quo nomine Cleonem Atheniensem exagitavit Aristophanes Comicus in Equit. διὰ τὸ φωνῆς ἀκηχὲς, *propter absonam et ingratam vocem*, inquit Suidas in Παφλάζειν.

[d] *Per interpretem*] Ut qui dedignaretur vulgari Macedonum uti sermone, rudi illo et ineleganti, cujus illum puderet.

[e] *Dum pater*] Ut interim Parmenio ad apertam defectionem solicitari posset audito filii periculo.

'discerpendum esse parricidam manibus eorum.' Id quidem Philotas, qui graviora supplicia metueret, haud sane iniquo animo audiebat. 9. Rex in concionem reversus, sive ut in custodia quoque torqueret, sive ut diligentius cuncta cognosceret, concilium in posterum diem distulit: et quanquam in vesperam inclinabat dies, tamen 'amicos convocari' jubet: 10. et ceteris quidem placebat, 'Macedonum more obrui saxis;' Hephæstion autem et Craterus et Cœnus[f] 'tormentis veritatem exprimendam esse' dixerunt: et illi quoque, qui aliud suaserant, in horum sententiam transeunt. 11. Consilio ergo dimisso, Hephæstion cum Cratero et Cœno ad quæstionem de Philota habendam consurgunt. 12. Rex, Cratero arcessito et sermone habito, cujus summa non edita est,[h] in intimam[g] deversorii partem secessit, et remotis arbitris in multam noctem quæstionis expectavit eventum. 13. Tortores in conspectu Philotæ omnia crudelitatis instrumenta proponunt. 14. Et

[h] *Cujus argumentum vulgatum non est.*

---

custodibus maxime initium f. clamantium. Leid. *discerpendum parricidam*, omisso τῷ *esse*. Lugd. Amst. alii *ipsorum* pro *eorum*. Mox Bong. 2. omittit *esse*. Leid. *iniquanimo*; Voss. 1. *in quo animo*.—9 Vulgg. edd. ante Freinsh. *quoque torqueretur*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. Bas. et recentt. *quoque torqueret*. Voss. 2. *acta* pro *cuncta*; idem codex et Frob. *consilium*; Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 3. et edd. pleræque. Vulgg. edd. ante Freinsh. omittunt *et* ante *quanquam*.—10 Leid. Florent. et Gruteri omnes *Hephæstio*; Voss. 1. 2. *Ephestio*; Ald. *Hephestion*, ut semper; Bong. Frob. Col. Bas. et Mer. *Ephestion*. Bong. *quidem* pro *autem*. Pro *dixerunt* Heinsius conj. *duxerunt*. Amst. *in h. s. transierunt*.—11 Vulgg. edd. ante Freinsh. *Concilio*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri omnes et Ald. *Consilio*.—12 Pro *arcessito* alii *accersito*. Mer. *expectavit adventum*.—13 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Dan. *conspectum*. Amst. *omnis*; Voss. 2. Venet. Veron. Elz. alii: *omnia c. tormenta*.—14 Florent. Leid. et

NOTÆ

[f] *Cœnus*] Aut igitur falso creditus erat eo consilio lapidem in Philotam conjicere voluisse, ut eum tormentis subtraheret, cap. 9. aut postea mentem mutavit, veritus fortasse ne propterea suspectus haberetur.

[g] *In intimam*] Plutarchus in Alex. tortum ait Philotam fuisse 'Alexandro pone obtensa aulæa foris exaudiente. Quo tempore eum dixisse aiunt, cum miserandis et abjectis vocibus precibusque Philotas Hephæstionem compellaret: Adeone mollis tu, Philota, et effœminatus tantas res moliebare?'

ille ultro, 'quid cessatis,' inquit, 'regis inimicum, interfectorem, confitentem occidere? quid quæstione opus est? cogitavi, volui.' Craterus exigere, 'ut, quæ confiteretur, in tormentis quoque diceret.' 15. Dum corripitur, dum obligantur oculi, dum vestis exuitur, 'Deos patrios, gentium jura,' nequicquam apud surdas aures invocabat. Per ultimos deinde cruciatus, utpote et damnatus, et inimicis in gratiam regis torquentibus, laceratur. 16. Ac primo, quanquam hinc ignis, illinc verbera, jam non ad quæstionem, sed ad pœnam ingerebantur,[c] non vocem modo, sed etiam gemitus habuit in potestate:[d] 17. sed postquam intumescens corpus ulceribus flagellorum ictus nudis ossibus incussos ferre non poterat; 'si tormentis adhibituri modum essent, dicturum se, quæ scire expeterent, pollicetur: 18. sed finem quæstioni fore, jurare eos per Alexandri salutem' volebat, 'removerique tortores.' Et utroque impetrato, Cratero inquit, 'dic quid me velis dicere.' 19. Illo indignante 'ludificari eum,'[b] rursusque revocante tortores; 'tempus petere' cœpit, 'dum reciperet spiritum, cuncta quæ sciret, indicaturus.' 20. Interim equites, nobilissimus

[c] *Non ad inquirendam veritatem, sed ad eum cruciandum adhibebantur.*
[d] *Repressit.*

Voss. 1. *illo ultro.* Elz. et Amst. *conscientem* pro *confitentem.* Pro *Craterus* Voss. 2. habet *erat herus.*—15 *Tum corripitur* Modius. *et dum obligantur* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. omnes Gruteri, Mer. Bas. Col. Lugd. et Amst. *gentium jura Deos patrios* vulgg. edd. ante Freinsh. *Deos patrios, gentium jura* Leid. Florent. Voss. 1. 2. Gruteri omnes, et Bong. Mox Florent. et Voss. 1. *cruciatos.* Iidem codd. cum Voss. 2. Bong. Dan. Pal. 3. Col. Frob. Mer. Bas. et Lugd. *utpote et damnatus,* quod reposuit Schmieder. *et* deest in ceteris et recentt.—16 Pith. omittit, *sed ad pœnam.* Voss. 2. et Mer. *ingrediebantur.* Voss. 2. *sed omnes gemitus in potestate habuit.*—17 Mer. et Bas. *sed posteaquam.* Pith. *incussus.* Mer. *Modum esset.* Voss. 2. *quæ sciret expectarent;* Mer. etiam *expectarent.*—19 Heinsius legit, *ludificari reum;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri Frob. Mer. Col. et Bas. *ludificari eum;* sed vulgg. edd. ante Freinsh. omittunt τὸ *eum.* Pal. 3. *rursus revocante;* Venet. Vet. an. 1474. Mediol. Veron. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Erasm. *rursusque renovante;* Mer. *rursusque renovare;* Fauch. *rursusque revocare.* Pith. *dum recoperit.*—20

NOTÆ

[b] *Ludificari eum*] 'Ludificor' et passive dicitur et active. Utrovis modo hic sumas licet. Si passive, *eum* ad Hephæstionem pertinet, ac pro 'se' positum est; quod Curtio non infrequens, ut jam notavimus lib. III. cap. 13. Sin active accipi placet, *eum* ad Philotam refer.

quisque, et ii maxime, qui Parmenionem propinqua cognatione contingebant, postquam Philotan torqueri fama vulgaverat, legem Macedonum veriti, qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi insidiati erant, cum ipsis necarentur, alii se interficiunt, alii in devios montes vastasque solitudines fugiunt: ingenti per tota castra terrore diffuso, donec rex, tumultu cognito, 'legem se supplicio conjunctis sontium remittere'[e] edixit. 21. Philotas, verone an mendacio liberare se a cruciatu voluerit, anceps conjectura est, quoniam et vera confessis, et falsa dicentibus, idem doloris finis ostenditur.[f] 22. Ceterum, 'Pater,' inquit, 'meus Hegelocho quam familiariter usus sit, non ignoratis. Illum dico Hegelochum, qui in acie cecidit: ille omnium malorum nobis causa fuit. 23. Nam cum primum 'Jovis filium' se salutari jussit rex, id indigne ferens ille, 'hunc igitur regem agnoscimus,' inquit, qui Philippum dedignatur patrem? actum est de nobis, si ista perpeti possumus. 24. Non homines solum, sed etiam Deos despicit, qui postulat Deus credi. Amisimus Alexandrum, amisimus regem: incidimus in superbiam, nec Diis, quibus se exæquat, nec

[e] *Se mortis lege eximere reorum cognatos.*
[f] *Eadem tormentorum cessatio proponitur.*

Voss. 2. Pall. 1. 2. Dan. Bong. Gruteri, et Mer. *et hi;* ceteri Bong. *et hii.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *insidiati essent.* Voss. 2. *connecarentur,* omissis *cum ipsis;* et mox omittit *in* ante *devios.* Vulgg. edd. ante Freinsh. *supplicii conjunctis sontium;* Florent. *supplicio conjunctorum sontium;* Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Pal. 3. *supplicio conjunctorum sontibus;* et sic Pal. 2. inter lineas; Pal. 1. et Dan. *supplicio conjunctorum insontibus;* Mer. *supplicium conjunctis sociis;* Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Bas. et recentt. post Freinsh. *se supplicio conjunctis sontium.* Both. conj. *se supplicia conjuncti, &c.* legit tamen, *se supplicii conjuncti, &c.*—21 Voss. 2. *vero se an, &c.* Amst. Lugd. alii: *se cruciatu,* omisso *a;* Voss. 2. *se an a cruciatu.* Bong. 1. omittit *voluerit.* Mer. *et fama dicentibus.*—22 Pith. et Fauch. *inquit pater;* Florent. addit, *confessio Philotæ.* Florent. Voss. 1. Dan. et Bong. *Egelicho;* Leid. Pal. 3. Amst. et Lugd. *Egelocho;* Voss. 2. *Egelico;* Pall. 1. 2. Bong. Gruteri, Col. Mer. et Bas. *Egiloco;* Ald. *Hegelochus;* Frob. et Elz. *Egilocho.* Mox Dan. *Egriochum;* Voss. 2. *Eligiocum;* reliqui ut modo. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri omnes, Mer. et Bong. omittunt *ille.* Voss. 2. omittit *nobis.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *fuit causa.*—23 Voss. 1. *primum Jocus filium;* Mer. *primum (Jovis filium) se, &c.* Paulo post Voss. 2. omittit *inquit.* Pal. 1. Bong. Gruteri et Mer. omittunt *de* ante *nobis.*—24 Voss. 2. *Deos decipit.* Dan. Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri *Amisimus Alexandrum incidimus;* Pal. 3. *Alexandrum amisimus regem insidimus;* Amst. Lugd. alii omittunt, *Amisimus Alexan-*

hominibus, quibus se eximit, tolerabilem. 25. Nostrone sanguine Deum fecimus, qui nos fastidiat, qui gravetur mortalium adire concilium? Credite mihi, et nos, si viri sumus, a Diis adoptabimur. 26. Quis proavum [i] hujus [j] Alexandrum, quis deinde Archelaum, quis Perdiccan occisos ultus est? hic quidem [k] interfectoribus patris ignovit.' 27.

---

drum; Florent. Leid. et Voss. 1. 2. habent ut in textu. Voss. 2. *incidimus in superbiam.* Bong. 1. *Diis,* omissis intermediis usque ad *Deum fecimus.* Leid. *se exsequat.*—25 Pal. 2. *sanguine se Deum jactat qui nos, &c.* ad oram vero extat lectio vulgata; Pal. 3. *Deum fecimus qui gravetur,* omissis intermediis; Voss. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. 1. omittunt *fecimus;* Mer. *sanguine se jactat Deum qui, &c.* Pal. 1. *adiit concilium;* Voss. 2. *adire consilium.* Pro *a Diis* Voss. 1. habet *adhis;* Voss. 2. *a Diis id optabimus.*—26 Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. et Bas. *ejus* pro *hujus.* Pal. 1. Bong. Grut. et Voss. 2. *quis demum.* Florent. *Archilaum.* Mer. et Bas. *Perdicam;* Florent. Leid. et Voss.

NOTÆ

[i] *Quis proavum*] 'Avus' dicitur alterutrius parentis pater, cui respondet 'nepos:' tum ex ordine 'proavo' 'pronepos;' 'abavo' 'abnepos;' 'atavo' 'atnepos;' 'tritavo' 'trinepos:' deinceps uno nomine, *majores,* πρόγονοι.

[j] *Proavum hujus*] Duo sunt Alexandri, duo quoque Archelai et Perdiccæ, ad quos trahi ista possint. Prior Alexander, Amyntæ primi filius, Perdiccam filium habuit, nepotem (ex alio tamen filio) Archelaum primum, ambos in regno Macedonico successores; decimus ipse regum Macedoniæ. Posterior Alexander, alterius Amyntæ filius, regum 18. aut 19. fratres habuit Perdiccam III. Philippum Alexandri M. patrem, et Archelaum ex alia uxore Amyntæ genitam. De prioribus illis, an de istis posterioribus sermo sit Curtio, difficile est statuere. Nos quid in utramque partem dici posse visum sit, proponemus. Ut enim ad posteriores referamus, suadere videtur primum, quod verisimile sit Hegelochum recentibus exemplis uti voluisse ad persuadendam Parmenioni et Philotæ regis cædem. Deinde quod priorem Alexandrum et Perdiccam a suis esse occisos nusquam legitur. Quod autem *proavum* appellat, quis dicat num a Curtio scriptum fuerit *patruum?* an forte potius a sciolo quopiam intrusum sit, *proavum hujus,* cum videret hunc ab Alexandro M. quartum numerari sursum versus in regum serie, patruumque fuisse nesciret? Certe, si proprie loqui volumus, non *proavum* sed *abavum* dicere oportebit priorem Alexandrum, ut ex Reineccio constat. Sed in contrarium hæc faciunt ut de primis illis Curtium accipiamus. Primum, quod posterior Archelaus non regnavit; regum autem impune occisorum exempla conquirebat Hegelochus. Alterum, quod Alexandri posterioris necem Perdiccas ejus frater ultus est, occiso Ptolemæo Alorite, ut tradit Diodorus, quem ferme sequitur Curtius. Tertium, quod, eodem teste, Perdiccas iste ab Illyriis hostibus, non a suis, cæsus fuit.

[k] *Hic quidem*] Alexander. *Interfectoribus*] Uni Alexandro Lyncistæ pepercisse legitur, ea gratia quod primus regem Alexandrum salutasset: quem tamen paulo post videbimus alio nomine damnatum lib. VII. cap.

Hæc Hegelochus dixit supra cœnam: et postera die prima luce a patre arcessor. Tristis erat, et me mœstum videbat: audieramus enim, quæ solicitudinem incuterent. 28. Itaque ut experiremur, utrumne vino gravatus effudisset illa, an altiore concepta consilio; arcessiri eum placuit. Venit; eodemque sermone ultro repetito adjecit, 'se, sive auderemus duces esse, proximas a nobis partes vindicaturum;[a] sive deesset animus, consilium silentio esse tecturum. 29. Parmenioni, vivo adhuc Dario, intempestiva res videbatur; non enim sibi, sed hosti esse occisuros Alexandrum: Dario vero sublato præmium regis occisi Asiam, et totum Orientem interfectoribus esse cessurum.' Approbatoque consilio in hæc fides et data est et accepta.[b] 30. Quod ad Dymnum pertinet, nihil scio; et hæc confessus intelligo non prodesse mihi, quod prorsus[1] sceleris expers sum.' 31. Illi rursus tormentis admotis, cum ipsis quo-

[a] *Primum post nos conjurationis curam susceperum.*
[b] *Ad ea præstanda fides utrimque obligata est.*

1. 2. *Perdiccan.*—27 Voss. 2. Bong. 1. et edd. vulgg. ante Freinsh. *super cœnam*; Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Elz. et Lugd. *supra cœnam.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Erasm. *et postero die.*—28 Pal. 1. *arcessiri*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. et Lugd. *accersi*; Voss. 2. Pal. 3. et Bong. Gruteri *accersiri.* Pro *Venit*, Florent. Leid. Voss. 1. Gruteri omnes, Ald. Bas. Erasm. et Elz. habent, *ac venire*; Voss. 2. *at venire.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri omnes, Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *petito* pro *repetito.* Voss. 2. *esse duces.* Florent. *proxima a nobis.* Pal. 1. *partis.*—29 Dan. et Bong. 1. *Parmenio.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. *esse cessura.* Voss. 2. *Approbato consilio, in hoc fides tanta est.* Vulgg. *in hæc fides data est*; Florent. Leid. Bong. Lugd. et Amst. *in hæc fides et data est*, quod reposuit Schmieder.—30 Voss. 2. *Dirisum*, ut semper; Bong. 1. et Pith. *Dampnum*; Dan. Fauch. Bong. 2. et Florent. *Damnum*; et sic in Leid. pro v. l. Voss. 1. et Dan. *intellego.* Pall. 1. 2. et Bong. Gruteri *nil prodesse.* Florent. Dan. et Bongarsiani, præter Fauch. *persus* pro *prorsus.* Voss. 1. *sceleris expressum. Illi, &c.* 'Mallem cum Modio: *quod proximi sceleris expers sum.*' Schmieder.—31 Edd. antiq. et post Freinsh. omnes *ipsi quo-*

NOTÆ

1. sed per syllepsin *interfectoribus* dixit, cum unicus tantum esset.

[1] *Prorsus*] Non omnis penitus sceleris expertem se esse dixerit, qui in regis necem consensisse modo confessus est; sed hujus videlicet, cujus præsertim postulabatur, initæ cum Dymno conjurationis. Nam quod aliqui legunt *prioris*, id contra potius legendum videretur, *proximi*: prior enim illa, si qua fuit, Hegelochi, quam hæc Dymni conspiratio extitit.

que hastis os oculosque ejus everberarent, ut hoc quoque[m] crimen confiteretur, expressere. 32. Exigentibus deinde, 'ut ordinem cogitati sceleris exponeret; cum diu Bactra retentura regem viderentur, timuisse' respondit, 'ne pater LXX. natus annos, tanti exercitus dux, tantæ pecuniæ custos, interim extingueretur, ipsique, spoliato tantis viribus, occidendi regis causa non esset. 33. Festinasse ergo se, dum præmium haberet in manibus. Repræsentare[n] consilium, cujus patrem[o] fuisse auctorem nisi crederent, tormenta, quanquam tolerare non posset, tamen non recusaret.'

---

que; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Bas. *ipsis quoque,* quod recepit Schmieder. Voss. 1. Bong. Amst. et Lugd. *expressere ut h. q. c. confiteretur.*—32 Voss. 2. *Gentibus deinde, ut o. excogitati.* Pith. *LXX. annos habens.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. et Pal. 1. *dux tantus tantæ, &c.* Pal. 3. *dux tantus, tantæque.* Voss. 2. *ipsi, spoliato,* omisso τῷ *que.* Pro *causa* Heinsius conj. *occasio,* vel *anea.*—33 Ald. *Festinasset.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *in manibus haberet. Repræsentare, &c.* Bong. 1. *in manibus haberet Repræsentasse;* Dan. *in m. haberet repræsentare;* Voss. 2. Pal. 1. et Bong. Gruteri *in m. h. repensare;* Ald. et Col. *hab. in manibus. Repræsentare;* Tell. ex conj. Gronovii: *h. in manibus, repræsentare consilium: conscium, &c.* Edd. vulgg. ante Freinsh. *fuisse auctorem si crederent;* Florent. Leid. Bong. et Voss. 1. *c. p. fuisse nisi crederent;* Pal. 3. Bong. Gruteri, et Tell. *c. p. non fuisse nisi crederent;* Voss. 2. *c. p. non f. ni crederent;* Pal. 1. *patrem non fuisset nisi crederent,* omisso *cujus;* Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. Bas. et recentt. ut in textu. Florent. Leid. Voss. 1. Lugd. et Amst. *quanquam jam tolerare;* Voss. 2. omittit *quanquam tolerare.* Pro *recusaret,* quod exhibent Florent. Leid. Voss. 2. Bong. Gruteri omnes, et recentt. *recusare* habent pleræque edd. ante Freinsh. 'Brevissimum et commodissimum est, si pro: auctorem nisi crederent, cum Modio legimus: *auctorem si crederent;* et pro, *recusaret. Illi,* cum Scheffero, *recusare. Et illi.*

NOTÆ

[m] *Hoc quoque*] Susceptæ cum Dymno conjurationis.

[n] *Repræsentare*] Veram haud dubie lectionem attigit Gronovius, quem secuti sumus. *Repræsentare* consilium, est illud effectum dare; quod pluribus exemplis firmat.

[o] *Patrem*] Varia hujus loci lectio, varia quoque interpretatio. Nos, eundem secuti Gronovium, hanc arripuimus quæ magis ad hunc locum accommodata erat. Neque enim dubium id agere Philotam ut patrem suum postremi hujus criminis, initæ scilicet cum Dymno societatis, (quam uti confiteretur quoque, tormentis expresserant,) hujus, inquam consilii expertem fuisse Parmenionem persuaderet. Nam quod apud alios legitur, *cujus auctorem fuisse patrem nisi crederent,* alienius ab hujus loci sententia videtur esse. Quippe verisimile est voluisse Philotam patris incolumitati consulere; ac si hunc accusasset, nihil erat quod id tantopere confirmatum cuperet, aut quod inimici, id ut negaret, tormentis vellent exprimere. Adde quod *auctorem* constanter ab optimis Mss. abesse constat.

34. Illi, collocuti 'satis quæsitum videri,' ad regem revertuntur: qui postero die et 'quæ confessus erat Philotas recitari, et ipsum,' quia ingredi non poterat, jussit 'afferri.' 35. Omnia agnoscente eodem; Demetrius,[p] qui proximi sceleris particeps esse arguebatur, producitur: multa affirmatione, animique pariter constantia, et vultu abnuens, 'quicquam sibi in regem cogitatum esse, tormenta etiam' deposcebat 'in semet ipsum.' 36. Cum Philotas circumlatis oculis incideret[q] in Calin[r] quendam, haud procul stantem, 'propius eum' jussit 'accedere.' Illo perturbato et recusante transire ad eum, 'patieris,' inquit, 'Demetrium mentiri, rursusque me excruciari?' 37. Calin vox sanguisque defecerant; et Macedones Philotan inquinare innoxios velle suspicabantur, quia nec a Nicomacho, nec ab ipso Philota, cum torqueretur, nominatus esset adolescens: qui ut præfectos regis circumstantes se vidit, 'De-

[r] *Cum Philotas oculos circumquaque volvens, eos conjecisset in Calin, &c.*

Prior locus, ubi in omnibus ferme codd. *auctorem* abest, Freinshemio ansam præbuit, ut eandem vocem pro glossa ad *patrem* haberet.' *Schmieder.*—34 Voss. 2. *confessus fuerat.* Heinsius conj. *sed ipsum.*—35 Mer. *ignoscente.* Florent. et Bong. 1. *eodem et prius qui;* Voss. 2. Bong. 2. Pith. Fanch. Dan. et Bong. Gruteri: *eo Demetrius qui;* Pal. 1. *eodem et prius Demetrius qui;* Leid. omittit *Demetrius.* Pall. 1. 2. Bong. Gruteri, et Voss. *animi pariter et constantia;* Florent. Leid. Bong. Dan. et Pal. 3. *animique pariter et constantia.* Heinsius conj. *et vultus.* Dan. *quicquid sibi, &c.* Voss. 2. *conctatum esse.*—36 'Aliqui codd. [Leid. Florent. Mer. et Bong.] *ut incidere;* unde Modius: *ut incideret,* quod, si ea in oculos incidere dicuntur, quæ casu offeruntur, ferri nequit. Sed ne aliis consentio, qui modo: *ut inciderat,* [ita Acidalius,] modo *incidens,* [ita Freinsh.] legunt; modo prorsus verbum expungunt.' *Schmieder.* Voss. 1. et Pall. 2. 3. *oculis incidere.* Pal. 3. *Ille perturbato.* Leid. Voss. 1. Dan. Pall. 1. 3. Bong. Gruteri, Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *recusanti.* Bong. 1. omittit *transire,* pro quo Bong. Gruteri *pertransire.* Voss. 2. *me cruciari;* Pith. et Vulgg. ante Freinsh. omittunt *me.*—37 Voss. 2. *defecerat.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. et Mer. *nec ab illo.* Pith. *nominandus esset.* Florent. et Leid. *adulescens.* Voss. 2. *id cogitasse,* omisso

NOTÆ

[p] *Demetrius*] Hunc Arrianus non cum Philota in Zarangæis, sive Drangis, sed apud *Agriaspas* aliquanto post deprehensum tradit, quod Philotæ consiliorum particeps fuisse crederetur. Sed Curtius quicquid ad eam conjurationem pertinebat, sub unum aspectum dare voluit.

[q] *Incideret*] Alias *incidens. Sanguisque*] Subito ac vehementi metu sanguis ad cor refugiens extimas corporis partes deserit; unde pallor, tremor, rigor membrorum, &c.

metrium et semet ipsum id facinus cogitasse' confessus est. 38. Omnes ergo a Nicomacho nominatos, more patrio, dato signo, saxis obruerunt. 39. Magno non modo salutis, sed etiam vitæ periculo liberatus erat Alexander: quippe Parmenio et Philotas, principes amicorum, nisi palam sontes, sine indignatione totius exercitus non potuissent damnari. 40. Itaque anceps quæstio[r] fuit: dum inficiatus est facinus, crudeliter torqueri videbatur; post confessionem Philotas ne amicorum quidem misericordiam meruit.

facinus.—38 Voss. 2. *Qui ergo.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *nominati.* —39 Iidem codd. et Lugd. omittunt *modo* ante *salutis.* Voss. 2. *sed jam vitæ;* Amst. *sed etiam invidiæ;* Rubenius conj. *sed et invidiæ,* quod, probante Freinshemio, recepit Tell. Mox Mer. *quippe Armenio.*—40 Voss. 2. *post confexionem.* Gruteri omnes, Voss. 1. 2. Leid. et Mer. *etiam neque Philotas amicorum misericordiam, &c.* et sic Bong. nisi quod in Bong. 1. deest *neque;* Florent. habet, *neque etiam Philotas amicorum misericordium.* Vocem *Philotas* delent Acidalius et Bongarsius.

NOTÆ

[r] *Anceps quæstio*] Periculosa fuit dubiique exitus quæstio; vel, anceps fuit hominum de quæstione, dum ea haberetur, judicium.

Q. CURTII RUFI

DE REBUS GESTIS

ALEXANDRI REGIS MACEDONUM

LIBER VII.

ARGUMENTUM.

Cap. I. Alexander Lyncestes, majestatis reus, interficitur. Deinde in Amyntam et Simmiam Philotæ amicos inquiritur, qui suam innocentiam gravi oratione tuentur. II. Amynta et fratribus in gratiam receptis, Polydamas, a rege jussus, in Mediam celeriter profectus, Parmenionem interficit. Unde indignatio et seditio, quæ tandem extinguitur. III. Agriaspas, Arachosios Parapamisadas sub jugum mittit Alexander, cum exercitu Parapamisum superat, et in ejus radicibus Alexandriam condit. IV. Bessus de bello adversus Alexandrum inter epulas consultat, sapientique Cobaris consilio minime acquiescit. Interim rex Bactra pervenit, ubi de Græcorum defectione et Satibarzane singulari certamine occiso advenit ei nuntius. V. Exercitus Alexandri, siti liberatus, Oxium amnem trajicit. Bessus dolo captus ad Alexandrum adducitur. A quo Darii fratri, Oxathri, crucifigendus traditur. VI. Sogdiana subigitur et deficit. Cyropolis et aliæ urbes expugnantur. Alexandria ad Tanaim conditur. VII. De bello Scythis inferendo Alexander æger ex vulnere cum suis init consilium. Aristander vates regis voluntati extorum accommodat significata. Menedemus a Spitamene cum duobus M. et CCC. equitibus interficitur: quod callide admodum dissimulat Alexander. VIII. Dum exercitus ad bellum accingitur, Scytharum legati adveniunt, ac de pace ad Alexandrum orationem habent. IX. Alexander legatis dimissis Tanaim trajicit: bellum Scythis infert: et cum victis benigne agit. Sacas se dedentes in fidem recipit; Spitamenem persequitur. X. Sogdiana recuperata. Sogdianorum nobilium invictus animus. Bessi supplicium. Novo milite auctus Alexandri exercitus. Urbes conditæ. XI. Arimazæ petra, situ naturaque loci fere inexpugnabilis, ab Alexandro capitur.

1. 1. Philotan sicut recentibus sceleris ejus vestigiis jure affectum supplicio censuerant milites; ita postquam desierat esse, quem odissent, invidia in misericordiam vertit.[a] 2. Moverat et claritas juvenis, et patris ejus senectus atque orbitas. 3. Primus[b] Asiam aperuerat regi, omnium periculorum ejus particeps; semper alterum in acie cornu defenderat: Philippo quoque ante omnes amicus; et ipsi Alexandro tam fidus, ut occidendi Attalum[c] non alio ministro uti mallet. 4. Horum cogitatio subibat exercitum; seditiosæque voces referebantur ad regem: quis ille haud sane motus, satisque prudens, otii vitia negotio discuti,[a] edicit, 'ut omnes in vestibulo regiæ præsto afforent:' quos ubi frequentes adesse cognovit, in concionem processit. 5. Haud dubie ex composito Apharias[d] postulare cœpit,

[a] *Cum probe sciret nata ex quiete vitia labore depelli.*

Pith. *Explicit liber quintus (sextus) Q. Curtii Rufi historiarum Alex. magni Macedoniæ regis incipit sextus (septimus) feliciter;* Leid. Voss. 1. et Bong. 1. *Q. Curtii Rufi Historiarum lib. VI. explicit, incipit liber septimus;* Bong. 2. *Curtii Rufi hist. VI. expl. incipit lib. sept.* Fauch. *explicit lib. VI. incipit VII.* Voss. 2. est sine inscriptione. Mer. *Q. Curtii de rebus gest. Al. Magni reg. Mac. lib. VI.*—1 *Philotam* edd. vett. *Philotan* omnes codd. Bong. 1. et Voss. 2. *cessuerant milites.* Nonnulli codd. *ita posteaquam.* Mer. *quem ostendissent.* Pall. 1. 2. 3. Ald. Colin. Gryph. et ceteræ vett. ante Modium *vertitur;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Dan. Lugd. Amst. et edd. post Freinsh. omnes *vertit.*—3 Voss. 2. *apparuerat regi ... super alterum.* Ald. omittit *in* ante *acie.* Pith. *tam fidus amicus.* Voss. 2. *Artalum;* pro quo Bong. Gruteri *Artabani.*—4 Mer. *edixit ut omnes.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *præsto sint.*—5 Dan. *Apharrias;* Bong. et Pal. 2. *Affanias;* Florent. et Leid. *Affarrias;* Voss. 1. *Afarrias;* Pal. 1. *Apharrios;* Bong. Gruteri *Afarias;* Pal. 3. *Apharios;* Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. et Col. *Affarios;* Bong. 1. *Atarias;* Amst. *Aphærias;* Mer. *Affari eos.* Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pall. 1. 2.

NOTÆ

[a] *Vertit*] Versa est. Vide lib. IV. cap. 6. *Orbitas*] Quod tres filios amisisset.

[b] *Primus*] A Philippo rege præmissus in Asiam cum Attalo; Diodor. lib. XVI. Grynium Æolidis oppidum expugnaverat, Suppl. lib. II. cap. 1. quæ prima fuere belli tentamina.

[c] *Attalum*] De quo superiore libro diximus ad cap. 9. Hunc Parmenio et Hecatæus Asiaticæ expeditionis socii de medio sustulerunt, Alexandri jussu. Vide Suppl. lib. I. cap. 10. atque ita Diodorum Curtio concilia.

[d] *Apharias*] Vide lib. V. cap. 2. *Lyncistes*] Gentile nomen, lib. IV. cap. 13. proprium huic Alexandro cognomen erat *Aëropus*, Ἀερόπους.

'ut Lyncestes Alexander, qui multo ante quam Philotas regem voluisset occidere, exhiberetur.' 6. A duobus indicibus, sicut supra diximus,[e] delatus, tertium jam annum custodiebatur in vinculis: eundem in Philippi quoque cædem conjurasse cum Pausania,[f] pro comperto fuit: sed, quia primus Alexandrum 'Regem' salutaverat, supplicio magis quam crimini fuerat exemtus. 7. Tum quoque Antipatri[g] soceri ejus preces justam regis iram morabantur. Ceterum recruduit soporatus dolor:[h] quippe veteris periculi memoriam præsentis cura renovabat. 8. Igitur Alexander ex custodia educitur, jussusque dicere, quam toto triennio[h] meditatus erat defensionem, hæsitans et trepidus pauca ex iis, quæ composuerat, protulit: ad ultimum non memoria solum, sed etiam mens eum destituit. 9. Nulli erat dubium, quin trepidatio conscientiæ indicium esset, non memoriæ vitium: itaque ex iis, qui proxime astite-

[h] *Sed ira jam sopita, tunc renovata est.*

et Ald. *Lincestes.* Leid. *exiberetur.*—6 Voss. 2. omittit *in* ante *Philippi.* Pith. *necem* pro *cædem.*—7 *Tunc quoque* Pal. 3. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *iram morabatur* Voss. 2. Mox Pal. 3. et Mer. *recanduit* pro *recruduit.* Bong. 1. *suppuratus*, sed inter lineas correctum *soporatus.* Pal. 2. a m. pr. *metum* pro *memoriam*; Voss. 2. *memori.*—8 Pith. *jussusque dici.* Pro *quam*, quod servant Pall. 1. 2. 3. Bong. et Ald. multæ edd. cum Dan. Bong. Gruteri, Florent. Leid. et Voss. 1. 2. habent *quanquam.* Bong. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et pleræque edd. *tamen hæsitans.* Bong. 1. *causa* pro *pauca.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omnes Gruteri, et Mer. *ex his.* Voss. 2. omittit *eum* post *destituit.*—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. omnes Gruteri, et Mer. *ex his.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *qui proximi.* Bong. 1. *abstiterunt.*

NOTÆ

[e] *Supra diximus*] Perierunt ista Curtii, quæ Freinshemius ex Arriano repræsentavit, Suppl. lib. II. cap. 11.

[f] *Pausania*] Nobili illo juvene a quo Philippus occisus. Suppl. lib. I. c. 9.

[g] *Antipatri*] Macedoniæ ab Alexandro præfecti, lib. VI. cap. 1. *Iram*] In Alexandrum Lyncisten.

[h] *Triennio*] Captus erat et in vincula conjectus sub mediam hyemem anni 4. Olymp. CXI. Nunc autem hic annus est Olymp. CXII. tertius, cujus ante autumnum contingere, quæ hic narrantur, non potuerunt. Quæ enim a Darii nece (mortuus est Hecatombæone mense, qui Junii nostri die 28. aut 29. cœperat) quæ, inquam, ab ea nece gesta sunt in Parthis, in Hyrcania, in Ariana, et hic in Drangiana, trium sane mensium tempus implent. Plus aliquanto igitur quam tribus annis habitus in vinculis fuerat. Sed vide quoque lib. VIII. cap. 8.

rant, obluctantem adhuc oblivioni lanceis confoderunt.[c] 10. Cujus corpore sublato, rex 'introduci jussit Amyntam[i] et Simmiam:' nam Polemon, minimus ex fratribus, cum Philotan torqueri comperisset, profugerat. 11. Omnium Philotæ amicorum hi carissimi fuerant; ad magna et honorata ministeria illius maxime suffragatione producti: memineratque rex, summo studio ab eo conciliatos sibi: nec dubitabat,[j] 'hujus quoque ultimi consilii fuisse participes.' 12. Igitur, 'olim esse sibi suspectos matris suæ literis, quibus esset admonitus, ut ab his salutem suam tueretur. Ceterum se invitum deteriora credentem,[d] nunc manifestis indiciis victum, jussisse vinciri. 13. Nam pridie quam detegeretur Philotæ scelus, quin in secreto cum ipso fuissent, non posse dubitari: fratrem vero, qui profu-

[c] *Cum adhuc conaretur memoriæ vitium vincere.*
[d] *Se, qui non libenter mala crederet.*

Voss. 2. *obluctantem adhuc.*—10 Florent. Leid. et vulgg. edd. ante Freinsh. *ablato;* Voss. 1. 2. et Bong. 2. *oblato;* Frob. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *sublato.* Florent. Leid. et Voss. 1. *Simannam Polemon;* Voss. 2. *Simanam Polemon;* Mer. Bas. et Col. *Symmannam;* Pal. Dan. et Bong. *Symannam Polemon;* Pall. 1. 3. *Sinam Polemon;* Pal. 2. et Bong. Gruteri *Symanam. Nam Polemon;* Ald. *Simiam Polemon;* Frob. *Simmiam Polemon;* Ald. Pal. 2. Bong. Gruteri, Voss. 2. Mer. Bas. et Col. *Polemon vero minimus.* Voss. 2. *comperisset confugerat.*—11 Fauch. et Pith. *amicorum Kmi fuerant;* Florent. Leid. Frob. Amst. et Lugd. *a. carissimi hi fuerant; a. hi fuerant,* omisso *carissimi.* Voss. 2. *ad magis et onerata;* Bong. 1. etiam *onerata,* sed correctum inter lineas Voss. 2. *misteria ipsius,* et mox *consiliatos.* Florent. Leid. Dan. Bong. et Grut. *ne dubitabat.* Mer. *fuisse perticeps;* alii *f. particeps.*—12 Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *sibi esse;* Mer. omittit *esse.* Bongarsius putabat deesse in hac periodo *inquiebat,* aut quid tale. Freinshemio vox *Igitur* tollenda videtur. Voss. 2. *se invictum.*—13 Idem codex *qui* pro *quin;* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *quin secreto,* omisso *in.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *cum eo;* Voss. 2. omittit *cum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. et Pal. 2. *non p. dubitare.* Voss. 1. 2. *cum*

NOTÆ

[i] *Amyntam*] Andromenis filium, de quo egimus lib. IV. cap. 13. *Simmiam*] Amyntæ fratrem, cujus absentis agmen in pugna ad Arbela duxerat, Arriano teste. Quo credibiliora sunt quæ illo loco de ejus mente conjecimus. Cave autem Amyntam hunc illum esse putes qui superiore libro cap. 7. inter conjuratos erat Dymno numeratus; hi enim omnes lapidibus obruti sunt lib. VI. cap. ult. vel, ut refert Arrianus, jaculis confossi.

[j] *Nec dubitabat*] Id est, 'nec dubitare se' aiebat; quomodo lib. V. cap. 12. 'haud dubitare Artabazus, quin,' &c. supple, 'respondit.'

gerit, cum Philotas torqueretur, aperuisse[k] fugæ causam. 14. Nuper præter consuetudinem, officii specie, amotis longius ceteris, admovisse semet ipsos lateri suo, nulla probabili causa: [e] seque mirantem, quod non vice sua tali fungerentur officio, [f] et ipsa trepidatione eorum perterritum, strenue[l] ad armigeros, qui proximi sequebantur, recessisse. 15. Ad hoc accedere, quod cum Antiphanes, scriba equitum, Amyntæ denuntiasset, pridie quam Philotæ scelus deprehensum esset, 'ut ex suis equis more solito daret iis, qui amisissent suos,' superbe respondisse, 'nisi incepto desisteret, brevi sciturum, quis ipse esset.' 16. Jam linguæ violentiam temeritatemque verborum, quæ in semet ipsum jacularentur, nihil aliud esse, quam scelesti animi indicem ac testem: quæ si vera essent, idem meruisse eos, quod Philotan; si falsa, exigere ipsum, ut refellant.' 17.

[e] *Accessisse ad ipsius latus, nulla verisimili ratione adductos.*
[f] *Quod extra suum tempus tale obsequium exhiberent.*

---

de Philota quæreretur; Florent. et Leid. *cum de Philotæ quæreretur;* Dan. *cum Philotæ torqueretur;* reliqui Grut. et Bong. *cum de Philota quæreretur.* Freinshemio suspecta est vox *fugæ;* qua ejecta ad *causam* supplet: 'cur in secreto cum Philota fuisset.'—14 Mer. *officii spem.* Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *amoris* pro *amotis.* Voss. 2. *seque mutantem.* Voss. 1. *fugerentur officio.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Gruteri, Pal. 2. Frob. Mer. Bas. et Col. *ex ipsa;* Pal. 3. *et ipsa perturbatione.* Voss. 2. *recepisse* pro *recessisse.*—15 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Gruteri omnes *Ad hæc.* Elz. et alii *accidere;* codd. vero *accedere.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 2. Bong. 1. et Bong. Gruteri, cum Venet. et Mediol. *Antiphatenes;* Pal. 1. *Antipharames;* Pal. 3. *Antibarranes;* Pith. *Antiphatanes.* Pal. 1. omittit *quam* ante *Philotæ.* Florent. Pith. Bong. 2. et Dan. *deprehensus.* Voss. 2. *daret his;* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Dan. et Mer. *darent his.* Pro *suos* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Gruteri omnes *equos.* Vide Not. Var.—16 Amst. *Jam l. virulentiam.*

NOTÆ

[k] *Aperuisse*] Quod Philotæ intimus cum esset, aliunde non cognatus, fugere in isto rerum articulo non poterat, quin se fratresque adeo suos, Philotæ conscios proderet. Sunt tamen qui vocem *fugæ* intrusam putent; et *aperuisse causam* referant ad secretum illud cum Philota colloquium, cujus causam fuga Polemonis detexerit. Sed nihil necesse est vulgatam lectionem sine ullius auctoritate codicis solicitare.

[l] *Strenue*] Monere hactenus omisimus, quia satis per se apertum videbatur, 'strenuus' et 'strenue' apud Curtium aut semper aut plerumque idem esse ac 'celer' sive 'promtus,' et 'celeriter;' quod hic præcipue locum habet.

Productus deinde Antiphanes, 'de equis non traditis, et adjectis etiam superbe minis,' indicat. 18. Tum Amyntas, facta dicendi potestate, 'Si nihil,' inquit, 'interest regis, peto, ut dum dico, vinculis liberer.' Rex 'solvi utrumque[k] jubet: desiderantique Amyntæ, 'ut habitus quoque redderetur armigeri,'[l] 'lanceam[m] dari' jussit. 19. Quam ut læva comprehendit, evitato eo loco, in quo Alexandri[n] corpus paulo ante jacuerat; 'Qualiscumque,' inquit, 'exitus nos manet, rex, confitemur, prosperum eventum tibi debituros, tristiorem fortunæ imputaturos. 20. Sine præjudicio dicimus causam, liberis corporibus animisque: ha-

[l] *Roganti ut etiam lancea insigne armigeri restitueretur.*

Voss. 2. omittit *quod Philotan si f. e. ipsum.*—17 Idem codex *Antifanes;* Voss. 1. *Antiphataenes;* Florent. Leid. Pith. et Fauch. *Antiphatenes;* Dan. *Antiphanetes;* Pall. 1. 3. *Antipharranes;* Bong. 1. *Antiphatanis;* Bong. 2. *Antiphataenis.* Florent. et Voss. 2. omittunt *etiam.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. Gruteri: *minus inde captum Amintam facta;* Pall. 1. 3. *minis. Inde jam captus Amyntas facta;* Ald. Bong. 1. Bas. et Col. *minis. Inde captus A. f.* Bong. *minis. Inde captum A.* codex Snak. *minis inde capta;* Venet. Veron. Mediol. et Mer. *superbe responsis insimulat. Inde captus A. f.* Voss. 2. *minis superbe in captum. Amintam;* vulgg. ante Freinsh. *minis indicat A. f. d. p.* Heinsius legi jussit: *superbe minis index. Ac tum.*—18 Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. et Bas. omittunt *si.* Florent. Leid. et Dan. *petito ut;* Heinsius conj. *petite ut.* Amst. *cum dico.* Paulo post, Pith. omittit *quoque.* Leid. *armigeris;* Amst. et Lugd. *armigero.* Voss. 2. et Mod. *dari ei;* Lugd. et Amst. *dare ei.* 'Præfero aliam interpunctionem: *ut h. q. redderetur, armigeri lanceam, &c.* Vox *jussit* Freinshemio merito ex glossa esse videtur.' *Schmieder.*—19 Voss. 2. *in quo corpus Alexandri p. a. latuerat.* Bas. omittit *eventum.* Pith. *fortunæ impugnaturos.*—20 Voss. 2. *Si non præjudicio.* Pith. *habitum in quo etiam.*

NOTÆ

[m] *Armigeri, lanceam*] Honoratissimus inter Macedones militiæ gradus fuit corporis custodum, septem numero. In his Amyntam Arrianus non numerat, qui singulorum nomina recensuit lib. VI. paulo ante finem. Proximi post hos erant armigeri, quorum ex numero Amyntam hunc fuisse apparet, quem scimus unum ex militiæ principibus extitisse lib. IV. cap. 13. et alibi sæpe. Utrorumque 'habitus,' id est, propria armatura, fuit hasta sive lancea. De armigeris quidem constat ex lib. VIII. cap. 1. ubi 'Alexander rapta lancea ex manibus armigeri,' &c. De custodibus quoque accipienda videntur illa lib. VI. cap. 11. cum os oculosque ejus (Philotæ) hastis everberarent; quas nimirum in manibus pro more gestabant.

[n] *Alexandri*] Lyncistæ. *Sine præjudicio*] Quia soluti vinculis et habitu consueto armigeri cum dicerent causam, nullo regis præjudicio damnatos apparebat, ut supra Philotas, lib. VI. cap. 7.

bitum [o] etiam, in quo te comitari solemus, reddidisti. Causam non possumus,[h] fortunam timere desinemus. 21. Te quæso, permittas mihi id primum defendere, quod a te ultimum objectum est. Nos, rex, sermonis adversus majestatem tuam habiti nullius conscii sumus nobis. Dicerem jam pridem, vicisse te invidiam, nisi periculum esset, ne alia maligne dicta crederes blanda oratione purgari. 22. Ceterum etiamsi militis tui vel in agmine deficientis et fatigati, vel in acie periclitantis, vel in tabernaculo ægri et vulnera curantis, aliqua vox asperior esset accepta; [p] merueramus fortibus factis, ut malles ea tempori nostro imputare, quam animo.[i] 23. Cum quid accidit tristius, omnes rei sunt: corporibus nostris, quæ utique non odimus, infestas admovemus manus; parentes, liberis si occurrant, et ingrati et invisi sunt. Cum donis honoramur, cum præmiis onusti revertimur, quis ferre nos potest? quis illam animorum alacritatem continere? 24. militantium nec indignatio nec lætitia moderata est: ad omnes affectus impetu rapimur: vituperamus, laudamus, miseremur, irascimur, utcumque præsens movit affectio. Modo Indiam adire et Ocea-

[h] *Causæ nostræ nequimus diffidere.*
[i] *Ut velles ea potius tribuere temporis conditioni, quam nostræ in te voluntati.*

Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. Dan. et Pall. 1. 3. *desiemus*, ut et Bong. 1. cui tamen superscript. n, ut fiat *desinemus*.—21 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. *Et quæso*. Voss. 2. *primitus* pro *permittas*, et mox: *vicisse te jam pridem*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *ne alia maligniùs*; Voss. 2. *ne alia maligna*.—22 Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Pal. 3. et Bong. præter Bong. 1. *milites tui*; Voss. 1. *miles tui*. Voss. 2. omittit *ægri*. Mer. *asperior a se esset*. Acid. et Heins. conj. *asperior esset excepta*, reposuit Bothe. Voss. 2. omittit *factis*.—23 Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Bong. Pal. 1. et Mer. *infectas a. manus*; Voss. 1. Pith. Fauch. et Bong. 2. *infectus a. manus*. [i] Lego cum Heumanno: *parentes, liberi, si occurrant.* Schmieder. Ald. *accurrant*. Bas. *Contra cum donis*. Voss. 2. *donis oneramur*, ut correxit Stewechius in Arnob. lib. IV. improbante Berneggero. Bong. Gruteri et Pal. 1. *quis f. non potest?* Heum. legit, *quis ferre potest?* probante Schmieder.—24 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Gruteri omnes, præter Pal. 3. *nec l. morata est*. Pal. 3. *effectus si rapimur*. Octo has voces: *vituperamus, l. m. i. u. p. m. affectio*, pro glossa habet Scheffer. Paulo post, Voss. 2. omittit *et* ante

NOTÆ

[o] *Habitum*] Lanceam, ut modo dixi-mus.

[p] *Accepta* [*excepta*] Vulgati, *excepta*.

num libet; modo conjugum et liberorum patriæque memoria occurrit. 25. Sed has cogitationes, has inter se colloquentium voces, signum tuba datum finit: in suos ordines quisque currimus, et quicquid irarum in tabernaculo conceptum est, in hostium effunditur capita. 26. Utinam Philotas quoque intra verba peccasset.[j] Proinde ad id revertar, propter quod rei sumus. Amicitiam, quæ nobis cum Philota fuit, adeo non eo infitias,[q] ut expetisse quoque nos, magnosque ex ea fructus percepisse confitear. 27. An vero Parmenionis, quem tibi proximum esse voluisti, filium, omnes pæne amicos tuos dignatione vincentem,[k] cultum a nobis esse miraris? 28. Tu hercule, si verum audire vis, rex, hujus nobis periculi causa es. Quis enim alius effecit, ut ad Philotan decurrerent, qui placere vellent tibi? Ab illo traditi ad hunc gradum amicitiæ tuæ ascendimus. Is apud te fuit, cujus gratiam expetere, et iram timere possemus. 29. Annon propemodum in tua verba tui omnes te præeunte[r] juravimus, 'eosdem non inimicos

j Utinam non ultra sermonis libertatem deliquisset.
k Qui universos fere superabat gratia apud te.

liberorum.—25 Modius ex Colon. edidit: *has inter se loquentium vices;* omnes vero codd. et edd. habent ut in textu. Voss. 1. Lugd. et Amst. *quisque ordines.*—26 Leid. et Voss. 1. *ad id prævertar,* ut emendavit Acidalius. Voss. 2. *Amicitia.* Edd. vulgg. ante Freinsh. *eo inficior;* Pal. 1. *eo infitear;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Gruteri, Pal. 2. Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. Col. et recentt. *eo infitias,* vel *inficias.*—28 Voss. 1. *pericules causa;* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Pal. 2. et Bong. *periculi ea causa.* 'Causa non est, cur cum Scheffero legas: *Qui placere vellent tibi. Tibi ab illo traditi, &c.*' Schmieder.—29 Florent. Leid. et Voss. 2. *Si non propemodum tuo verberatu et;* Voss. 1. *Si non p. tuo verberat ve;* Gruteri omnes, Dan. Mer. Ald. Bas. et Col. *Non propemodum tuo verberatu ei omnes te præeunte juravimus;* nec secus edd. ante Freinsh. nisi quod Venet. habet *te*

NOTÆ

[q] *Eo infitias* [*inficior*] Legebant aliqui: *non eo inficias.* Sed vereor ut Latine dici possit 'ire inficias amicitiam.' Ceterum 'inficias' et 'inficior' scribendum sit, an 'infitias' et 'infitior,' disputatur utrimque probabiliter. Nam alii ab 'inficio' ducunt, quod est 'non facio' apud Varronem: alii ab 'infiteor,' quod est 'nego,' apud Festum. Vide Etymol. Vossii. Porro hæc Amyntæ defensio gemina est illi Terentii apud Tacitum Annal. VI. excusantis suam cum Sejano amicitiam; ut alter ex altero scriptor profecisse Lipsio videatur.

[r] *Te præeunte*] 'Præire' verba lib. IV. cap. 13. *Juravimus*] Jurare in alterius verba dicuntur, qui verbis iis-

amicosque habituros esse, quos tu haberes?' hoc sacramento [s] pietatis obstricti aversaremur scilicet, quem tu omnibus præferebas. 30. Igitur si hoc crimen est, [tu] paucos innocentes habes; immo hercule neminem. Omnes enim Philotæ amici esse voluerunt: sed totidem, quot volebant esse, non poterant: ita si a consciis amicos non dividis, nec ab amicis [t] quidem separabis illos, qui idem esse voluerunt. 31. Quod igitur conscientiæ affertur indicium? ut opinor, quia pridie familiariter et sine arbitris locutus est nobiscum! At ego purgare non possem, si pridie quicquam ex vetere vita ac more mutassem: nunc vero, si, ut omnibus diebus, illo quoque, qui suspectus est, fecimus, consuetudo [u] diluet crimen. 32. Sed equos Antiphani non dedimus! et, pridie [v] quam Philotas detectus est, hæc mihi cum Antiphane res erat! qui si nos suspectos facere vult, quod illo die equos non dederimus; semet ipsum, quod

præcunte. Voss. 2. omittit *amicosque*, et mox habet: *hec sacramento.* Pleræque edd. ante Freinsh. *adversaremur*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et Pall. 1. 2. *obversaremur*; Bong. Grut. et Pal. 3. *obversaremus*; Voss. 2. *adservaremus.* Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *quem tum.*—30 Bong. Lugd. et Amst. omittunt *tu paucos*; Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *tu.* Mod. Elz. aliæque edd. ante Freinsh. omittunt *sed*, quod tamen exhibent codd. et edd. recentt. Florent. *quot vobebant.* Mer. *separabis illum.* Voss. 2. *qui iidem*, pro quo in Pith. *quidem.*—31 Lugd. et alii omittunt *ut* ante *opinor.* Mer. *pridie quia.* Dan. et Pith. *sine arbitriis.* Voss. 1. 2. et Gruteri omnes: *sicut omnibus.* Pith. *deluet crimen.*—32 Bong. 1. *Antiphani*, superscripto *ta*, ut sit *Antiphatani*; Pall. 1. 2. *Antipharrani*; Voss. 2. *Antipatri.* Bong. præter Pith. *dederimus*, pro *dedimus.* Mox pro *dederimus*, ut in Florent. Leid. Voss. 1. et omnibus Gruteri, *dedimus* exhibent Mer. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. et Col. *dederim* vero Voss. 2. Elz. et vulgg. edd. ante Freinsh. Florent. *deside-*

NOTÆ

dem, quæ ille protulit, repetitis jurant aliquid se præstituros quod polliceantur.

[s] *Sacramento*] Juramentum, quia per Deos fiebat et tanquam aliquid sacrum habebatur, 'sacramentum' appellatum est, illud præsertim quo se milites imperatori obligabant suo; *serment de fidelité.*

[t] *Nec ab amicis*] Si Philotæ conscios putas fuisse quotquot amici erant, eadem ratione amicos ejus censere debes quicumque esse voluerunt. Ita omnes amici, omnes conscii, nemo innocens.

[u] *Consuetudo*] Accusationem ex illo pridiano colloquio petitam hoc refellit, quod ita quotidie colloqui, citra conjurationis suspicionem, solebamus.

[v] *Et, pridie*] An illo primum die hæc mihi cum Antiphane contentio fuit?

eos desideraverit, purgare non poterit. 33. Anceps [v] enim crimen est inter retinentem et exigentem; nisi quod melior est causa suum non tradentis, quam poscentis alienum. 34. Ceterum, rex, equos decem habui, e quis Antiphanes octo jam distribuerat iis, qui amiserant suos. Omnino duos ipse habebam: quos cum vellet abducere homo superbissimus, certe iniquissimus, nisi pedes militare vellem, retinere cogebar. 35. Nec infitias eo, liberi hominis animo locutum esse me cum ignavissimo, et hoc unum militiæ suæ usurpante,[t] ut alienos equos pugnaturis distribuat. Huc enim malorum ventum est, ut verba mea eodem tempore et Alexandro excusem et Antiphani. 36. At hercule mater [x] de nobis inimicis tuis scripsit. Utinam prudentius esset solicita pro filio, et non inanes quoque species anxio animo figuraret. Quare enim non ascribit metus sui causam? Denique [y] non ostendit auctorem, quo facto dictove nostro mota tam trepidas tibi literas scripsit. 37. O miseram conditionem meam, cui forsitan non periculosius est

[t] *Qui id solum de militaribus laboribus præstat.*

---

ravit; Col. *desyderaverat;* vulgg. ante Freinsh. *desideraverat;* Leid. Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. et Bas. *desideraverit.*—34 Florent. Voss. 2. Dan. Bong. Gruteri et Mer. *equos d. habeo.* Pro *e quis,* Mer. *equos;* Voss. 2. *equitibus;* Florent. Leid. et Gruteri omnes: *e quibus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Gruteri omnes, Bong. et Mer. *jam d. his, qui, &c.* Florent. Leid. Voss. 2. Bong. Dan. Pal. 2. et Mer. *iniquissime;* Pal. 1. *superbissimus iniquissimusque.* Elz. *retinere cogebat.*—35 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *usurpantem;* Mer. *usurpat.* Ald. *pugnaturus;* Voss. 2. *purgaturis distribuit. At huc enim m. v. est, verba mea ut e. t. et excusem Alexandro, &c.* Dan. delet *ut* ante *verba.* Pall. 1. 3. *et Antipharrani.* Heumannus omnem locum sic emendat: *Huccine m. v. est, ut v. m. e. t. et A. excusem, et Antiphani? At h. m. de nobis scripsit! Utinam p. e. s. p. filio, non i. q. s. a. a. figuraret! Q. e. n. a. m. s. causam, neque ostendit auctorem? quo f. d. n. m. t. t. t. l. scripsit?*—36 Pal. 1. et vulgg. ante Freinsh. *tibi* pro *tuis;* Bong. Gruteri *ejus;* Voss. 2. omittit *tuis.* Bong. 1. *Quæ enim.* Voss. 2. *cum trepidas literas tibi.*—37 Amst. et Lugd. omittunt *meam,* post *conditionem.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Pall. 1. 3.

NOTÆ

[v] *Anceps*] Dubium est uter malo animo faciat, qui equos negat suos, an qui alienos postulat.

[x] *Mater*] Olympias, de nobis tanquam inimicis tuis ad te scripsit, ut a nobis salutem tuereris tuam; cap. 1.

[y] *Denique*] Minus quadrat hoc loco istud *denique.* Malim sic legisse: *cur,* aut *quid non ostendit auctorem? quo facto dictove, &c. scripsit?*

tacere quam dicere. Sed utcumque cessura res est, malo tibi defensionem meam displicere, quam causam. Agnosces autem, quæ dicturus sum; quippe meministi, cum me[y] ad perducendos ex Macedonia milites mitteres, dixisse te, 'multos integros[m] juvenes in domo tuæ matris abscondi:' 38. præcepisti igitur mihi, 'ne quem præter te intuerer; sed detrectantes militiam perducerem ad te.' Quod equidem feci, et liberius, quam expediebat mihi, executus sum imperium tuum. Gorgian, Hecateum, et Gorgatan, quorum bona opera uteris, inde perduxi. 39. Quid igitur iniquius est, quam me, qui, si tibi non paruissem, jure daturus fui pœnas, nunc perire, quia parui? Neque enim ulla alia matri tuæ persequendi nos causa est, quam quod utilitatem tuam muliebri præposuimus gratiæ. 40. Sex millia[z] Macedonum peditum et DC. equites adduxi, quorum pars secutura me non erat, si militiam detrectantibus indulgere voluissem. Sequitur ergo, ut, quia illa propter hanc causam irascitur nobis, tu mitiges matrem, qui iræ ejus nos obtulisti.'

II. 1. Dum hæc[a] Amyntas agit, forte supervenerunt,

[m] *Laboris expertes.*

et Mer. *quia forsitan*; Voss. 2. *quæ forsitan*, et mox *quocumque cessura*. Idem paulo post *ad producendos*.—38 'Necessarium non est, ut cum Scheffero scribas: *sed et detrectantes*.' Schmieder. Voss. 2. *producerem ad te*. Pith. *et liberos, quam, &c.* Leid. et Bong. 2. *expediebat*. Leid. et Voss. 2. *tuum imperium*; Voss. 1. omittit *tuum*. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. et Mer. *Hegetæum*; Florent. *Egateum*; Voss. 2. *Gatheum*; Elz. Lugd. Frob. et Amst. *Hecataum*. Voss. 2. *Gorgotan*; Ald. vero et codd. *Gorgatan*.—39 Voss. 2. *alia matri ulla*; Pith. *ulla alia persequendi nos matri tuæ*. Florent. Leid. Voss. 1. et Pal. 1. *proposuimus gratiæ*.—40 Bong. 2. *VI. millia*; Veron. et Mer. *Vim Macedonum militum*, error ex concursu numeralium *VI. M.* Voss. 2. omittit *peditum*. Pith. habet, *mille DC. equites*. Paulo post pro *ergo*, Dan. *ego*, sed superscripto r.

1 Pal. 1. *forte supervenissent*. Bong. 1. 2. Pal. 1. Florent. Leid. et Voss. 1.

NOTÆ

[y] *Cum me*] Lib. IV. cap. 6. *Abscondi*] Immunes a militiæ laboribus desidere, Olympiadis favore.

[z] *Sex millia*] Totidem peditum scripserat Curtius lib. V. cap. 1. equites duntaxat quingentos, præter quinquaginta procerum filios. Sed de sexcentis apertum est Diodori testimonium.

[a] *Dum hæc*] Aliter Arrianus; Amyntam dicta causa absolutum, accepta facultate, ad retrahendum ex

qui fratrem ejus Polemonem, de quo ante dictum est, fugientem consecuti vinctum reducebant. Infesta concio vix inhiberi potuit, quin protenus suo more saxa in eum jaceret. 2. Atque ille sane interritus, 'nihil,' inquit, 'pro me deprecor; modo ne fratrum innocentiæ [b] fuga imputetur mea. Hæc si defendi non potest, meum crimen sit: horum ob id ipsum [c] melior est causa, quod ego, qui profugi, suspectus sum.' 3. At hæc elocuto universa concio assensa est. Lacrymæ deinde omnibus manare cœperunt, adeo in contrarium repente mutatis, ut solum pro eo esset, quod maxime læserat.[a] 4. Juvenis erat primo ætatis flore pubescens, quem inter equites tormentis Philotæ conturbatos alienus terror abstulerat. Desertum eum a comitibus, et hæsitantem inter revertendi fugiendique consilium, qui secuti erant, occupaverunt. 5. Is tum flere cœpit, et os suum converberare: mœstus non suam vicem,[d] sed propter ipsum periclitantium fratrum. 6. Moveratque jam regem, non concionem modo: sed unus erat implacabilis

[a] *Ut nihil aliud ipsius causæ faveret, quam quod antea gravissime ipsos offenderat.*

Pelomonem. Florent. Leid. Voss. 1. et Ald. *est dictum;* Voss. 2. omittit *est.* Mer. *victum reducebant.* Pith. *qui protinus.*—2 Voss. 2. omittit *sane,* et paulo post *modo.* Pal. Mer. Bas. et Col. *Hic si;* Ald. et Frob. *Hoc si.* Pith. *ob ipsum,* omisso *id.* Dan. omittit *est* ante *causa.* Mod. *susceptus sum.*—3 Vulgg. edd. ante Freinsh. *Hæc elocuto;* Voss. 2. Pal. 1. Bas. et Col. *Ad hæc;* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. et Mer. *At hæc;* Scheffer. mavult: *Ac hæc.* Modius edidit *denique* pro *deinde.* Florent. Leid. et Voss. 1. *ut hoc solum pro eo, &c.* Pith. *maxime quod.*—4 Leid. *ætatatis flore.* Voss. 1. *que inter equites.* Voss. 1. *conturbato.* Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *enim a comitibus.*—5 *Is tunc* Voss. 2. *Is dum* Pal. 1. *non ob suam vicem* Mod. Col. Lugd. Bas. et Amst. *non suam vicem* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. alii et edd. recentt. *sed propter ipsam* Mer. et Col.—6 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mod. *regem quoque non concionem;* Pith. *regem non concionem quoque;*

NOTÆ

fuga Polemonem, esse profectum; eodemque illum die reduxisse.

[b] *Innocentiæ*] Ne fratribus meis, cum innocentes sint, fuga imputetur mea, tanquam crimen aut criminis indicium.

[c] *Ob id ipsum*] Si enim fugisse credor quod essem conjurationis particeps, insontes haberi debent ipsi qui non fugerint.

[d] *Suam vicem*] Sic apud Livium, 'solicitis vicem imperatoris militibus.' Dolebat non propter se, sed propter fratres culpa ipsius periclitantes.

frater; qui terribili vultu intuens eum; 'Tum,' ait, 'demens, lacrymare debueras, cum equo calcaria subderes, fratrum desertor, et desertorum comes. Miser, quo, et unde fugiebas? 7. Effecisti, ut reus capitis, accusatoris uterer verbis.' Ille 'peccasse se; sed gravius in fratres, quam in semet ipsum,' fatebatur. Tum vero neque lacrymis, neque acclamationibus, quibus studia sua multitudo profitetur, temperaverunt.[c] Una vox erat pari emissa consensu, 'ut insontibus et fortibus viris parceret.' Amici quoque, data misericordiæ occasione, consurgunt, flentesque regem deprecantur. 8. Ille silentio facto, 'Et ipse,' inquit, 'Amyntam mea sententia fratresque ejus absolvo. Vos autem, juvenes, malo beneficii mei oblivisci, quam periculi vestri meminisse. Eadem fide redite in gratiam mecum, qua ipse vobiscum revertor. 9. Nisi, quæ delata essent, excussissem, valde dissimulatio mea suspecta esse potuisset. Sed satius est, purgatos esse, quam suspectos. Cogitate, neminem absolvi posse, nisi qui dixerit causam.[b] 10. Tu, Amynta, ignosce fratri tuo: erit hoc simpliciter[a] etiam mihi reconciliati animi tui pignus.' 11. Concione deinde dimissa, 'Polydamanta vocari' jubet. Longe acceptissimus Parmenioni erat, proximus lateri in acie stare solitus. 12. Et quanquam conscientia fretus in regiam venerat; tamen, ut jussus est 'fratres suos exhibere,' ad-

[b] *Nisi qui se in judicio defenderit.* [a] *Sincere.*

Voss. 2. *regem ante concionem*; Dan. Pal. 1. Ald. Colin. et Gryph. *regem non concionem modo.* Grut. *erat implicabilis.*—7 Pal. 1. *parceret rex.*—8 Nonnulli codd. *ea fide.* Pal. 1. *vobiscum revertar.*—9 Voss. 2. omittit *essent.* Modius edidit *suspectari potuisset*, ex conjectura Palmerii. Const. habet, *suppurare potuisset*, ut conj. Klokius. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. et Mer. *superare potuisset.* Heinsius legit, *super ea re nocuisset*, vel *obfuisset.* Mod. *Satius est*, omisso *Sed.* Paulo post, Pith. omittit *posse.*—10 Ald. *erit hoc semper etiam*; Voss. 2. *et* pro *etiam.* Elz. *mihi reconsiliati*; Mer. omittit *mihi.*—11 Elz. *demissa*; Florent. *missa.*—12 Dan. omittit, *in regiam v. t. a. j. e. fratres*, sed supplentur ad marginem. Pal. 1. *quem nocere.* Voss. 2.

NOTÆ

[c] *Temperaverunt*] Milites. *Viris*] Amyntæ, Simmiæ, et Polemoni. Ad- dit Arrianus quartum fratrem Attalum. *Parceret*] Alexander.

modum juvenes, et regi ignotos ob ætatem, fiducia in solicitudinem versa trepidare cœpit, sæpius quæ nocere possent, quam quibus eluderet, reputans.[d] 13. Jam armigeri, quibus imperatum erat, produxerant eos; cum exsanguem metu Polydamanta 'propius accedere' jubet: summotisque omnibus, 'scelere,' inquit, 'Parmenionis omnes pariter appetiti sumus, maxime ego ac tu; quos amicitiæ specie fefellit: 14. ad quem persequendum puniendumque (vide quantum fidei tuæ credam) te ministro uti statui: obsides, dum hoc peragis, erunt fratres tui. 15. Proficiscere in Mediam, et ad præfectos meos literas scriptas manu mea perfer: velocitate opus est, qua celeritatem famæ antecedas: noctu pervenire illuc te volo, postero die, quæ scripta erunt, exequi. 16. Ad Parmenionem quoque epistolas feres; unam a me, alteram Philotæ nomine scriptam: signum annuli ejus in mea potestate est: sic pater credens a filio impressum, cum te viderit, nihil metuet.' 17. Polydamas, tanto liberatus metu, impensius etiam, quam exigebatur, promittit operam. Collaudatusque et promissis oneratus, deposita veste, quam habebat, Arabica induitur. 18. Duo Arabes,[f] quorum interim conjuges ac liberi, vinculum

[d] *Magis cogitans ea quæ ipsi obesse poterant, quam quibus illa purgare posset.*

---

possent eludent quam eluderetur, omisso *quibus*. Pal. 1. Amst. et Lugd. *eluderet;* sed Florent. Leid. Voss. 1. et plerœque edd. *eluderetur;* Col. *illuderetur.* 'Legendum est pro *eluderet*, vel cum Heinsio *se tueretur*, vel cum Freinshemio *dilueret*, sc. crimina qualiacumque forte sint.' *Schmieder.*—13 Voss. 2. *tum exsanguem.* Pal. 1. *oppetiti sumus;* Sigeb. *apte subditi sumus.*—14 Voss. 2. *in quantum* pro *vide quantum;* et mox: *te m. ut ista fiant tui obsides, &c.*—15 Voss. 1. *Media.* Voss. 2. et Pal. 1. *quam celeritate.* Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. et Bong. omittunt *famæ.* Florent. *postera die.*—16 Voss. 1. Bong. 2. Pith. et Mer. *Ad Parmeniona.* Florent. *unam ad me.* Fauch. et Pith. *alteram a Philotæ.* Voss. 2. *anulus* pro *signum annuli.* Bas. Mer. Col. et Ald. *si pater.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Mer. Col. et Bas. *credit;* Pal. 1. *credet;* Voss. 2. omittit *credens a.* Acidalius legit: *pater credet a filio impressum: sic cum, &c.* Pith. omittit *cum te viderit.*—17 Vulgg. edd. ante Freinsh. *et præmiis oneratus;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *et promissis oneratus;* Bong. 1. tamen *honeratus*, et suprascripto *o*, ut sit *honoratus.* Voss. 2. *Arabicas;* Pal. 1. *Arabico.* Heinsius conj. *Arabicam.*—18 Florent. et Leid. *Dux Arab;* Bong. 2. et Pith. *Dux;* Fauch. *Duces.* Vocem *obsides* pro

NOTÆ

[f] *Arabes*] Hi comites potissimum adjuncti; credo, propter itinerum peritiam, quod per ea loca sæpius commeare solerent mercaturis faciendis.

fidei, obsides apud regem erant, dati comites. Per deserta etiam ob siccitatem loca camelis,[g] undecima die,[h] quo destinaverat, perveniunt. 19. Et prius quam ipsius nuntiaretur adventus, rursus Polydamas vestem Macedonicam sumit, et in tabernaculum Cleandri (prætor hic regius erat) quarta vigilia pervenit. 20. Redditis deinde literis, constituerunt prima luce ad Parmenionem coire. Namque ceteris quoque literas regis attulerat. Jam ad eum venturi erant, cum Parmenioni 'Polydamanta venisse' nuntiaverunt: 21. qui dum lætatur adventu amici, simulque noscendi, quæ rex ageret, avidus, (quippe longo intervallo nullam ab eo epistolam acceperat,) 'Polydamanta requiri' jubet. 22. Deversoria regionis illius magnos recessus habent amœnosque nemoribus[i] manu consitis; ea præcipue regum satraparumque voluptas erat. 23. Spatiabatur in nemore Parmenion medius inter duces, quibus erat imperatum literis regis, ut occiderent. Agendæ autem rei consti-

---

glossa habet Bothe. Mox Heinsius conj. *Per d. effœtam ob siccitatem.* Pal. 1. *loci* pro *loca;* Voss. 2. *locorum c. undecimo die.* Dan. *undecima de quo.* Mer. *destinaverant.* Pal. 1. *pervenerunt;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. et Mer. *perveniunt;* vulgg. ante Freinsh. *pervenit.*—19 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *ipsi nuntiaretur;* Pal. 1. *ipsi nuntiarentur.* Modius legit *vestem Macedoniam.*—20 *Nam ceteris* Voss. 2. omisso *que;* Florent. Leid. Pal. 1. Dan. Pith. alii *Namque ceteri.* Pith. Bong. 2. Florent. et Leid. *literis regis;* Bong. 1. *literis,* et superscripto *a;* Voss. 1. 2. Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *literas;* Dan. *quoque literis regis adtulerat jam ad eum;* vulgg. edd. ante Freinsh. *ceteri quibus litteras regis attulerat ad eum.* Nonnullæ edd. vett. *venturi erant, jam Parmenioni P. v. nuntiatum erat.*—21 Pal. 1. *quid rex ageret.* Florent. et Leid. *Philodamanta.*—22 Voss. 2. *Diversoria religionis.* Mer. et Voss. 2. *eaque præcipue;* Freinsh. mavult: *ea præcipua, &c.*—23 Edd. vett. *Parmenio;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. aliique codd. *Parmenion.* Pal. 1. *ut eum occiderent,* quod recepit Bothe. Pith. *constituerent tempus.* Florent. *a Polydamante.*

NOTÆ

Ea quoque causa fuerit Macedonicæ vestis Arabica mutandæ, quo magis pro Arabe negotiatore Polydamas haberetur.

[g] *Camelis*] Dromades ait Strabo fuisse, cameli genus a velocitate dictum, δρόμος enim *cursus velox* est, inquit Casaubonus. Scribit Diodorus tantam esse velocitatem, ut singulis diebus paulo minus quam mille et quingenta stadia, hoc est, plusquam centum et octoginta milliaria emetiantur.

[h] *Undecima die*] Idem Strabo lib. xv. triginta vel quadraginta dierum iter fuisse scribit, quod intra undecimum confecerunt.

[i] *Nemoribus*] Vide lib. v. cap. 1.

tuerant tempus, 'cum Parmenion a Polydamante literas traditas legere cœpisset.' 24. Polydamas procul veniens, ut a Parmenione conspectus, vultu lætitiæ speciem præferente, ad complectendum eum cucurrit: mutuaque gratulatione functi, Polydamas epistolam ab rege scriptam ei tradidit. 25. Parmenion vinculum[j] epistolæ solvens, 'quidnam rex ageret?' requirebat. Ille 'ex ipsis literis cognituram esse' respondit. 26. Quibus Parmenion lectis, 'Rex,' inquit, 'expeditionem parat in Arachosios.[k] Strenuum hominem et nunquam cessantem! Sed tempus saluti suæ tanta jam parta gloria parcere.' 27. Alteram deinde epistolam, Philotæ nomine scriptam, lætus, quod ex vultu notari poterat, legebat. Tum ejus latus gladio haurit[*] Cleander, deinde jugulum ferit; ceteri exanimem quoque confodiunt. 28. Et armigeri, qui ad aditum nemoris astiterant, cognita cæde, cujus causa ignorabatur, in castra perveniunt, et tumultuoso nuntio milites concitant. 29. Illi armati ad nemus, in quo perpetrata cædes erat, coëunt, et, 'ni Polydamas, ceterique ejusdem noxæ participes dedantur, murum circumdatum nemori eversuros,' denuntiant, 'omniumque sanguine duci parentaturos.' 30. Cleander

[*] *Ense transfigit.*

Voss. 2. *legere cum cœpisset.*—24 Idem codex *speciem lætitiæ.* Bong. 1. 2. Fauch. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. *mutuataque*, in Fauch. tamen exsculptum *ta*; Voss. 2. *mutua.* Inter voces *gratulatione functi* Fauch. exsculptas habet duas literas. Voss. 2. omittit *Polydamas.* Both. *mutuaque gratulatione functis.* Heumannus legit: *mutuaque gratulatione facta, epistolam ab rege scriptam ei tradidit*; Heinsius vero: *mutua itaque, &c.*—25 Pith. *quidnam ageret*, omisso *rex.* Pal. 1. *Ille ex illis.* Mer. *Aracosios.* Voss. 1. *salutis suæ.* Voss. 2. *parata gloria parere.*—27 Pal. 1. *Turrim ejus latus, &c.* Florent. *Oleandre* pro *Cleander.* Voss. 2. *jugulum fodit.* Florent. Pith. et Bong. 2. *exanimum*; Voss. 2. *quoque exanimem.*—28 Florent. Leid. Dan. Voss. 1. et Bong. omittunt *ad* ante *aditum*; in Bong. 1. tamen est suprascriptum. Mer. habet *qui aditu.* Schmieder. conj. *At armigeri, &c.* Pith. omittit, *in castra perveniunt.*—29 Modius legit, *ejusdem noxiæ.* Florent. *eversuros denutriant.*—30 Flo-

NOTÆ

[j] *Vinculum*] Usitatus hic erat apud veteres obsignandarum epistolarum modus, lino circumducto; cujus scilicet commissuram impressa annulo cera tegebat continebatque. Vide Lipsium Instit. Epist. cap. 4.

[k] *In Arachosios*] Ut reipsa factum videbimus, cap. 3.

'primores eorum intromitti' jubet, literasque regis scriptas ad milites recitat, quibus 'insidiæ Parmenionis in regem, precesque ut ipsum vindicarent,' continebantur. 31. Igitur cognita regis voluntate, non quidem indignatio, sed tamen seditio compressa est. Dilapsis pluribus pauci remanserunt, qui, 'saltem ut corpus ipsius sepelire permitterent,' precabantur. 32. Diu id negatum est, Cleandri metu, ne[f] offenderet regem: pertinacius deinde precantibus, materiem consternationis subtrahendam ratus, capite deciso truncum humare permisit: ad regem caput missum est. 33. Hic exitus Parmenionis fuit, militiæ domique clari viri. Multa sine rege prospere, rex sine illo nihil magnæ rei gesserat: felicissimo regi et omnia ad fortunæ suæ exigenti modum satis fecit.[g] LXX. natus annos juvenis[1] ducis et sæpe etiam gregarii militis munia explevit:[h] acer consilio; manu strenuus; carus principibus; vulgo militum acceptior. 34. Hæc impulerint illum ad regni cupiditatem, an tantum suspectum fecerint, ambigi potest; quia Philotas ultimis cruciatibus victus verane dixerit,

[f] *Quod timeret Cleander, ne, &c.*
[g] *Qui res omnes volebat suæ felicitatis magnitudini respondere.*
[h] *Infimi ordinis militum implevit officia.*

rent. Pal. 1. Dan. Ald. et Mer. *priores eorum.* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *intermitti jubet.* Mer. *ut ipsum vindicaret.*—31 Mer. *nec quidem.* Pith. *sed statim seditio.* Voss. 2. *Delapsis pluribus pauci rem hauserunt, qui, &c.* Theocr. *sepeliri permitterent.*—32 Membranæ Modii: *Cleandro metuente.* Voss. 2. *offenderent regem.* Pith. Fanch. et edd. vulgg. ante Freinsh. *materiam consternationis.* Florent. omittit *est* post *missum.*—33 Voss. 2. *Qui multa sine rege, &c.* Florent. *sine ullo.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *et ad omnia.* Pith. *satisfacit.* Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *militiam* pro *munia;* Mer. Col. Bas. Frob. et Ald. *munera;* Bong. 1. *milia,* et supersc. *un,* ut sit *munia.* Pro *explevit,* quod servant Venet. et Mer. *explicuit* habent codd. edd. fere omnes ante Freinsh.—34 Mer. *quare Philotas.* Modius legit, *quæ facto;* Bong.

NOTÆ

[1] *Juvenis*] Hoc comma sic explica: Septuaginta vixit annos; juvenis cum esset, omnia ducis, sæpe etiam gregarii militis munia obivit. 'Gregarius' dicitur qui de 'grege' est; huic opponitur 'egregius,' quasi qui unus ex grege non sit. 'Gregarii' ergo milites, qui de vulgo sunt militum; vel, ut aliis placet, qui nullo aut exiguo delectu quasi gregatim ad militiam assumti sunt.

quæ facta[m] probari non poterant, an falsis tormentorum petierit finem,[i] re quoque recenti, cum magis possit liquere, dubitatum est. 35. Alexander, quos mortem Parmenionis conquestos esse compererat, separandos a cetero exercitu ratus, in unam cohortem secrevit, ducemque his Leonidam dedit, et ipsum Parmenioni quondam intima familiaritate conjunctum. 36. Fere iidem erant, quos alioqui rex habuerat invisos: nam cum experiri vellet militum animos, admonuit, 'qui literas in Macedoniam ad suos scripsisset, iis, quos ipse mittebat, perlaturis cum fide traderet.' Simpliciter ad necessarios suos quisque scripserat, quæ sentiebat: aliis gravis erat, plerisque non ingrata militia. 37. Ita et agentium gratias, et querentium literæ exceptæ sunt. [Et qui forte tædium laboris per literas erant questi.] 'Hanc seorsum cohortem a ceteris tendere[j] ignominiæ causa' jubet: fortitudine usurus in bello; libertatem linguæ ab auribus credulis remoturus. Et consilium temerarium forsitan, (quippe fortissimi juvenes contumeliis irritati erant,) sicut omnia alia, felicitas regis excepit.[k] 38.

[i] *An falsa confitendo quæsierit finem cruciatuum.*
[j] *Separatim a reliquis tabernacula sua ponere.* [k] *Emendavit.*

quæ facta comprobari. Pith. *tormentorum cruciatibus.* Pith. Bong. 2. Dan. Florent. Leid. et Voss. 1. *magnis* pro *magis.* Voss. 2. omittit *posset.* Pal. 1. *relinquere;* Voss. 2. *linqueret.*—35 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mod. *quos libere mortem.* Pal. 1. *separando a cetero.*—36 Florent. Leid. Voss. 1. et Pal. *idem erant;* Voss. 2. *idem errant.* Leid. *quod alioqui.* Pal. 1. *res habuerat.* Voss. 2. *militum animos vellet.* Leid. Voss. 2. Bong. 1. Dan. et Pall. o. *admovit;* Bong. 2. et Voss. 1. *ammovit;* ceteri *admonuit,* vel *admŏuit.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *si* pro *iis;* Mer. *his.* Bong. *quos ipse permittebat.* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *perlaturos confide,* suprascr. tamen *s;* Voss. 2. et Bong. *perlaturus cum fide.* Mod. *quæ sentiebant.*—37 Pal. 1. *Ita ut.* Florent. Leid. et Bong. *excepta;* Voss. 2. *sunt exceptæ.* Paulo post, Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *seorsus.* 'E glossa esse hæc: *Et q. f. t. l. p. l. e. questi,* recte vidit Acidalius.' *Schmieder.* Desunt in edd. Teli. et Maitt. Voss. 2. *fortissimos juvenes;* Pal. 1. *fortissimi homines.* Voss. 1. et Mod. *contumelia;* Voss. 1. *contumeliis irritaverat.* Elz. et aliæ edd. ante

NOTÆ

[m] *Quæ facta*] Quæ nullo alio testimonio confirmari poterant, Hegelocho mortuo, absente Parmenione; quos solos fuisse conscios Philotas fassus erat lib. VI. cap. 11.

Nihil illis ad bella promtius fuit: incitabat virtutem et ignominiæ demendæ cupido; et quia fortiora facta in paucis latere non poterant.

III. 1. His ita compositis, Alexander, Arianorum [a] Satrape constituto, 'iter pronuntiari' jubet in 'Agriaspas,' [b]

Freinsh. *excipit.*—38 Leid. *fortia facta.*

1 Pith. omittit *Alexander.* Voss. 1. *Arriamorum;* Pal. 1. *Hircaniorum;* Bong. *Arianiorum;* Tell. et Rad. *Ariorum.* Dan. *satrapæ.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Dan. Pal. 1. Venet. Veron. Mediol. et Col. *in armatos quos;* Voss. 2. et Amst. *in Armaspos;* Frob. et Lugd. *in Ariaspos;* Mer. *in Arianes;*

NOTÆ

[a] *Arianorum* [*Ariorum*] Ita scribendum fuit pro *Arianorum*, ut Radero quoque visum erat; nisi Curtium errasse vellemus, et secum ipso pugnare, qui post aliquot versus eosdem 'Arios' appellat. De Ariæ et Arianæ discrimine, quod eruditorum, alios fefellit, alios impeditos habuit, consuli possunt Casaubonus in Strab. lib. XV. Salmasius ad Solin. cap. 55. Vossius in Melam, lib. I. cap. 2. De quo sic accipe, 'Ariam' illam esse quam Ptolemæus lib. VI. cap. 17. et Strabo lib. XI. his terminis includunt. Ab Occasu Parthiam habuit, a Septemtrione Margianam, partemque Bactrianæ; ab Ortu Parapamisadas et Arachosios; a Meridie Drangianam, (quam alii tamen ipsius Ariæ partem faciunt,) et Carmaniæ desertæ latus. Ab Ario amne nomen accepit, qui præcipuam urbem Ariam præterfluens in lacum cognominem mergitur. Urbi nomen esse hodie dicitur *Heri*, vel *Herat;* lacui *Burgian.* De Ariana paulo intricatior quæstio est, propter veterum auctoritatem in ea describenda parum inter se convenientium. Illud quidem ex Strabone constat lib. XV. Arianæ quandoque nomine contineri quicquid terrarum ab Indo fluvio, Parapamiso monte, et Oxo flumine, ad Mediam et Persidem extenditur, Indicoque mari terminatur: in quibus est Gedrosia, Arachosia, Drangiana, Parapamisadæ, Aria, Bactriana, forte et Sogdianæ pars. Nam lib. XV. eosdem, quos diximus, assignat Arianæ limites ab Ortu, Meridie, et Occasu; a Septemtrione autem Caucaseos montes usque ad Caspias portas: lib. autem XI. Bactrianam ipsam partem ait esse præcipuam Arianæ. Quare sic Ariam ab Ariana distingui oportet, ut partem a toto. Scio apud Plinium et Melam, quandoque et apud Strabonem angustioribus Arianam terminis claudi, et ab Aria penitus distingui. Verum ista conciliari queunt; et aliunde non difficile ostendi posset corrupte sæpe pro 'Aria' legi 'Ariana,' præsertim apud Plinium lib. VI. cap. 23. et apud Strab. lib. XV. pag. 724. Sed cum Arianæ nomen ductum esse ab Aria videatur, vera forsan causa ex eodem Strabone repeti potest lib. XV. 'Arianæ,' inquit, 'nomen usque ad partem quandam Persarum, et Medorum, et Septemtrionalium Bactriorum, ac Sogdianorum extenditur. Sunt enim quasi ejusdem linguæ:' Arianæ videlicet, sic dictæ ab Aria, quemadmodum 'Latina' a 'Latio.'

[b] *Agriaspas*] Apud Diodorum *Arimaspi* dicuntur, depravato forte vocabulo: nam Arimaspos procul hinc

quos jam tunc mutato nomine 'Evergetas'[c] appellabant; ex quo frigore victusque penuria Cyri exercitum affectum tectis et commeatibus juverant. 2. Quintus dies erat, ut in eam regionem pervenerat: cognoscit, 'Satibarzanem,[d] qui ad Bessum defecerat, cum equitum manu irrupisse rursus in Arios.' Itaque Caranum et Erigyium cum Artabazo et Andronico et sex millibus Græcorum peditum DC. equites sequebantur. 3. Ipse LX. diebus gentem Evergetarum ordinavit, magna pecunia ob egregiam in Cyrum fidem donata. 4. Relicto deinde, qui iis præesset, Amenide, (scriba[e] is Darii fuerat,) Arachosios,[f] quorum regio ad Ponticum[g]

Bas. *in Ariaspas.* Voss. 2. et Ald. *appellant.* Pro *affectum* Voss. 2. *ad effatim.* —3 Modius omittit *eam;* Voss. 1. *ea regione.* Voss. 2. *pervenerant.* Voss. 1. et omnes Bong. præter Fanch. *Satibazanem;* Voss. 2. *Nabarzanem;* Pal. 1. *Satipharranem;* Mer. *Satrabarzanem.* Edd. vulgg. ante Freinsh. *Arieos;* Ald. Bas. et Col. *Aulicos,* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. et Mer. *alios.* Dan. Bong. Florent. Leid. Voss. 1. Bas. et Col. *Caronum;* Bong. 1. *Cartinum;* Mer. *Caucarum;* Voss. 2. omittit *Caranum et.* 'Cum Scheffero legendum est: *mittit itaque Caranum, &c.* vel cum margine ed. Gryph. *Itaque Caranum præmittit.*' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Bong. et Mer. *Erigyum;* Col. et Bas. *Erignum;* alii *Erigyum.* Pal. 1. *cum Artabazaro.* Voss. 2. *Andromaco.*—8 Bong. 1. *in arcum fidem.* Mod. *donatam;* Voss. 2. *data.*—4 Voss. 2. *his præesset.* Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Amedinem;* Bong. 1. et Pal. 1. *Amedine;* Voss. 2. *Amedin.* Florent. et Voss. 1. *scribas;* Florent. Voss. 1. 2. et Bong. præter Pith. et Fanch. *scriba Darii.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Mer. *Aracosios.* Voss. 1. *subegi.*

NOTÆ

Strabo Pliniusque collocant; alios supra Euxinum et Mæotim Plinius lib. IV. cap. 12. et Strabo lib. XI. alios ultra Iaxartem inter Scythas Plinius lib. VI. cap. 17. Freinshemius *Ariaspas* hic dici mallet ab urbe 'Ariaspe,' quam in Drangiana quoque Ptolemæus ponit.

[c] *Evergetas*] Persicum illis nomen inditum erat *Orosangæ*, quod *beneficos* sonat, quemadmodum apud Græcos Εὐεργέτης.

[d] *Satibarzanem*] Ariorum Satrapem, qui ab Alexandro cum defecisset, ejus celeritate occupatus ad Bessum profugerat; lib. VI. cap. 6. *Cyri*] Primi Persarum regis, de quo lib. IV. cap. 14.

[e] *Scriba*] Præcipuæ dignationis erat apud Persarum reges scribarum munus, ut docet Brissonius lib. I. de Regn. Pers. et apud Græcos honorificum inprimis fuisse scribit Cornelius Nepos initio, contra quam apud Romanos.

[f] *Arachosios*] 'Arachoti' et 'Arachotæ' quoque dicti sunt; quorum regio ab Oriente Indum flumen, a Meridie Gedrosiam, ab Occidente Drangianam, a Septemtrione Parapamisadas attingit.

[g] *Ad Ponticum*] Quodcumque hic mare intellexerit Curtius, Euxinum, Hyrcanum, aut Indicum, defendi ab errore non potest; ut liquet ex iis quæ modo diximus: quæ vero causa

mare pertinet, subegit. Ibi exercitum, qui sub Parmenione fuerat, occupavit: sex millia Macedonum erant, et CC. nobiles et quinque millia Græcorum cum equitibus ducentis; haud dubie robur omnium virium regis. 5. Arachosiis datus Menon prætor, IV. millibus peditum et DC. equitibus in præsidium relictis. Ipse rex nationem, ne finitimis quidem satis notam, quippe nullo commercio volentem mutuos usus,[a] cum exercitu intravit. 6. 'Parapamisadæ'[b] appellantur, agreste hominum genus, et inter barbaros maxime inconditum: locorum asperitas hominum quoque ingenia duraverat: 7. gelidissimum Septemtrionis axem ex magna parte spectant;[i] Bactrianis ad Occidentem conjuncti sunt:

[a] *Quæ nulla mercium permutatione societatem cum aliis habet.*

'Non fero hanc locutionem: *exercitum ... occupavit*, natam forte ex Græco παρέλαβε. Leid. legit, *exercitus ... occurrit*. Sententia est: Parmenionis exercitum Alexandrum in Arachosia assecutum esse. Vereor autem, ut recte descriptus sit Parmenionis exercitus; namque divinare non possum, quos sub *CC. nobilibus* intellexerit, et minor est numerus CC. equitum pro XI. millibus peditum.' *Schmieder.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. *exercitus.* Leid. *occurrit*, et sic in Bong. 2. oræ ascriptum erat eadem manu. Bong. 2. *V. millia*; Bong. 1. *III. millia*; Voss. 2. *ut millia*, errore orto ex *VI.* Voss. 1. Bong. 1. 2. Pith. et Dan. omittunt, *cum equitibus ducentis*; Florent. et Leid. *cum e. VI.* Voss. 2. *cum e. sexcentis.*—5 Edd. vulgg. ante Freinsh. *Memnon*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *Menon.* Bong. et Pith. *IIII. millia peditum*; Bong. 1. *IIIIbus peditum*; Bong. 2. *quatuor peditum* CD.; Voss. 1. *quattuor peditum.* Voss. 2. *Rex ipse.* Dan. *satis notam*, sed cum rasura. 'Vix est, ut pro incorruptis haberi possint verba: *quippe nullo commercio valentem mutuos usus.* Ponendum videtur: *quippe nullo commercio valente in mutuos usus.*' Both.—6 Dan. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. *Paramediside m*; Pal. 1. *Paramedesides*; Voss. 2. *Pamedesdes*; Ald. Col. Mer. et Bas. *Paramedesidæ.* Voss. 1. et Bong. 2. omittit *hominum.* Pal. 1. *ut inter.* Col. *duraverant.*—7 Florent. et Leid. *ex m. expectant.* Modius legit *ab occidente.* Dan. *Indici* cum rasura: prior lectio *Indicum* videtur fuisse; Pith. et Fauch. *judici*, sed huic superscr. *cum*;

NOTÆ

errandi fuerit, parum arbitror interesse.

[b] *Parapamisadæ*] A Parapamiso, quem infra describemus, nomen habent *Parapamisadæ*, quod circum hunc maxime montem degant. Limites sunt ad Orientem Indus, a Septemtrione Bactriana, ab occasu Aria cum Bactrianæ parte, a Meridie Arachosia.

[i] *Spectant*] Magna illorum pars in Septemtrionali montium latere sita est. Sic quidem intelligere Curtius debuit; sed, opinor, Diodorum secutus errantem hoc voluit, magnam partem subjectos esse axi Septemtrionali.

Meridiana[j] regio ad mare Indicum vergit. 8. Tuguria latere primo struunt, et, quia sterilis est terra materiæ,[k] in nudo etiam montis dorso, usque ad summum ædificiorum fastigium, eodem laterculo utuntur. 9. Ceterum structura latior ab imo[l] paulatim incremento operis in arctius cogitur:[b] ad ultimum in carinæ[m] maxime modum coit: ibi foramine relicto superne lumen accipiunt ad medium. 10. Vites et arbores, si quæ in tanto terræ rigore durare potuerunt, obruunt humo. Penitus hyeme defossæ latent: cum nive discussa aperiri humus cœpit, cœlo solique reddunt.[c] 11. Ceterum adeo altæ nives premunt terram, gelu et perpetuo pæne rigore constrictæ, ut ne avium quidem

[b] *Ædificium ab infima parte latius, sensim dum assurgit in angustius coarctatur.*
[c] *Aëri et solis luci exponuntur.*

Bong. 2. *Indicu;* Florent. et Leid. *Inditu.*—8 'Illud *primo* non bene concoquo. An fuit *ab imo?*' Freinsh. Heinsius malit: *Tuguria latere prima struunt.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bas. et Col. *terra materia;* Pal. 1. et Mer. *terræ materia.* Frob. omittit *in* ante *nudo.* Dan. Bong. et Florent. *monte;* Leid. *monti.* Pal. 1. *usque summum,* omisso *ad.*—9 Nonnulli codd. omittunt *operis.* Dan. *in carinæ maximæ.* Florent. Leid. Voss. 1. et Pal. 1. omittunt *accipiunt,* quod suppletur in Dan. a m. sec. Vulgg. edd. ante Freinsh. distinguunt: *accipiunt. Ad medium vites, &c.* Voss. 2. *accipiunt. Ad medium præbent vites, &c.* Modius vero et edd. recentt. ut in textu. Cellario Curtius scripsisse non videtur: *ibi . . . ad medium;* sed aliquem illud *ibi* per *ad medium* exponere voluisse.—10 Alii codd. *terræ frigore.* Vocem *humo* ex Theocr. Curtio reddidit Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. *hyeme defossa.* Mod. *cum hiems nive, &c.* Dan. Pal. 1. Bong. Florent. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *nive.* Florent. Leid. Voss. 2. Mod. et Bong. *aperire.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mod. *humum.* Voss. 2. *solumque.*—11 Mer. *ut ne hominum quidem;* Scheffer. conj. *ut ne animalium*

NOTÆ

[j] *Meridiana*] Spectat quidem Indicum mare, sed procul, toto intercedente spatio quod fluvius Indus emetitur in ipsorum montibus natus.

[k] *Materiæ*] Ligni; lib. v. cap. 3. *Etiam montis*] Cum ne in ipso quidem dorso montis Parapamisi arbores ullæ sint, ut in aliis esse montibus solent. Mallent alii legi *montium* quam *montis;* propterea quod nullius adhuc mentionem fecit.

[l] *Ab imo*] Sic emendatum ibat Freinshemius, cum satis videret vulgatum illud *latere primo* vix ullum habere sensum idoneum.

[m] *Carinæ*] Carina trabs est navis infima, seu lignum incurvum cui latus utrumque committitur. Ab eo non solum ima pars, sed etiam tota navis, 'carina' dicitur. In carinæ modum, hoc est, in navis inversæ formam desinunt hæc barbarorum tuguria. Eundem usum apud Numidas fuisse ex Sallustio scimus de Bel. Jugurth.

feræve ullius vestigium extet. Obscura[n] cœli verius umbra, quam lux, nocti similis premit terram, vix ut quæ prope sunt conspici possint. 12. In hac tamen omnis humani cultus solitudine destitutus exercitus, quicquid malorum tolerari potest, pertulit; inopiam, frigus, lassitudinem, desperationem. 13. Multos exanimavit rigor insolitus nivis: multorum adussit[o] pedes; plurimorum oculos.[p] Præcipue pernicialis fuit fatigatis: quippe in ipso gelu deficientia corpora sternebant; quæ cum moveri desissent, vis frigoris ita astringebat, ut rursus ad surgendum conniti non possent. 14. A commilitonibus torpentes excitabantur: neque aliud remedium erat, quam ut ingredi cogerentur. Tum demum vitali calore moto, membris aliquis redibat vigor. 15. Si qui tuguria barbarorum adire potuerunt, celeriter refecti sunt: sed tanta caligo erat, ut ædificia nulla alia res quam fumus ostenderet. 16. Illi, nunquam ante in terris suis advena viso, cum armatos repente conspicerent, exanimati metu, quicquid in tuguriis erat, afferebant: 'ut corporibus ipsorum parceretur' orantes. 17. Rex agmen

---

quidem. Florent. *vestigium ullius.* Leid. Pith. et Florent. *conspici possunt.*—12 Mer. *solicitudine destitutus.*—13 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. 2. Pith. Fauch. et Mod. *insolitos.* Voss. 2. *hic multorum.* 'Vulgata erat: *plurimorum oculis præcipue perniciabilis fuit: fatigati quippe in ipso, &c.* Theocr. solus legit *pernicialis,* et cum reliquorum plurimis [Florent. Leid. Voss. 1. 2. Fauch. Pith. Bong. 2. et Dan.] *oculos,* et [Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. et Bong. 2.] *fatigatis;* quorum auctoritatem sequi malui.' *Schmieder.* Acidalius volebat: *fatigatique in ipso gelu, &c.* Pal. 1. omittit *præcipue.* Bong. 1. et Fauch. *fatigatis,* sed erasum est τὸ *s;* Gruteri codex *fatigata;* Dan. *fatigatia.* Pal. 1. *deficienti corpore,* et mox omittit *quæ;* Mer. *ut quæcumque moveri.* Pal. 1. *ita stringebat.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *contineri non possent.*—14 Pith. *calori vitali;* pro quibus Florent. *calereto.* Florent. et Pith. *membris ubique;* Heinsius conj. *membris solitus,* vel *membris aliqua.*—16 Pith. *Illi nunquam in terris suis ante advena, &c.* Pro *afferebant*

NOTÆ

[n] *Obscura*] Etsi hæc vera esse posse scio propter ingentem forte nebularum vim aërem obducentium; proclive tamen est credere deceptum, ut diximus, a Diodoro Curtium, cum putaret tam propinquam esse regionem Arctico polo, ista de tenebris attexuisse.

[o] *Adussit*] 'Urere' et 'adurere' dicitur non solum calor, sed etiam frigus nimium. Virgæ quoque, quia inflictæ calefaciunt, et calceus qui pedem lædit, 'urere' dicuntur.

[p] *Oculos*] Propter candorem nivis, quæ, si diutius spectetur, nimia luce oculorum aciem præstringit.

circumibat pedes, jacentes quosdam erigens, et alios, cum ægre sequerentur, adminiculo corporis sui excipiens: nunc ad prima signa, nunc in medio; nunc in ultimo agmine itineris multiplicato labore aderat. 18. Tandem ad loca cultiora perventum est, commeatuque largo recreatus exercitus: simul et, qui consequi non potuerant, in illa castra venerunt. 19. Inde agmen processit ad Caucasum[q] mon-

Heins. conj. *offerebant*.—17 Vulgg. *nunc in medium*, quod deest in Voss. 2. *nunc in medio* solus Theocr. idque primus recepit Schmieder. Voss. 2. *nunc ad ultima agminis*.—18 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. 1. *ad loca cultiora perventum est;* Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *ad cultiora perventum loca est;* Bong. *ad cultiora loca est perventum;* Voss. 2. *ad loca ulteriora perventum est.* Bong. 2. *cumeatuque largo*. Edd. vett. *non poterant*.—19 Fauch. *processit Cau-*

NOTÆ

[q] *Caucasum*] Parapamisum intellige, quem Macedones Alexandro militantes Caucasum appellabant; studio, ut fertur, Alexandri res gestas amplificandi, quasi Caucasum continuata victoria Alexander superasset.' Ita Arrianus lib. v. Vide quantum aberrarint, qui 'Caucasum in montes Indicos eisque vicinum mare transtulerunt a montibus qui supra Colchidem et Euxinum mare siti sunt, amplius triginta stadiorum millibus (hoc est 3750. milliaribus) ab India distantes.' Verba sunt Strabonis lib. XI. 'Fuit sane gloriosius,' addit idem scriptor, 'Alexandrum usque ad Indicos montes quam usque ad intimum Euxini sinum et Caucasum subegisse Asiam: sed gloria montis (Caucasi) nomenque, et quod Jason cum suis longissimam creditus est expeditionem fecisse, progressus usque ad Caucaso vicina loca; quodque traditum fuit Prometheum in extremis terræ finibus ad Caucasum fuisse alligatum; hæc, inquam, fecerunt ut gratiam regis se inituros putarent, si nomen Caucasi in Indiam transferrent.' Eadem in Iaxarte fluvio commissa fraus est, ex quo Tanaim fecere; cum non minus ab invicem distent quam Caucasus et Parapamisus. Atque hactenus quidem tolerabilis Græculorum vanitas foret, nisi nominum illa communicatio infinitos deinde errores peperisset. Nam posteri scriptores cum de vero Caucaso veroque Tanai hæc dicta accepissent; quæcumque alterutri sive monti sive fluvio propria erant, ea in unum contulerunt: quod noster inprimis fecit Curtius, multos inde in errores præterea ductus. Quæ enim de Alexandri transitu prodit, deque rupe stadiorum decem, &c. ad Caucasum pertinent Indicum sive Parapamisum. Quæ vero de Caspio freto, de Araxe, de Cilicia, de Armeniæ montibus, de Pontico mari, de Scythiæ desertis, deque Prometheo attexuit; ea Scythicum proprie Caucasum, qui verus est, spectant. Caucasus porro Scythica lingua *Crucasus* appellatus est, quasi 'nive candidus,' teste Plinio lib. VI. cap. 17. Parapamisum vero alii 'Paropamisum,' 'Paropamissum,' 'Paropanisum' vocabunt. Apud Aristotelem vero 'Parnasus' legitur; apud Dionysium nunc 'Parpessus' sive 'Parnessus,' nunc 'Parpanisus.'

tem, cujus dorsum Asiam perpetuo jugo dividit: hinc simul, quod Ciliciam subit, illinc Caspium fretum et amnem Araxem[r] aliaque regionis Scythiæ deserta spectat. 20. Taurus[s] secundæ magnitudinis mons committitur Caucaso, a Cappadocia[t] se attollens Ciliciam præterit, Armeniæque montibus jungitur. 21. Sic inter se [tot] juga velut serie cohærentia perpetuum habent dorsum, ex quo Asiæ omnia fere flumina, alia in Rubrum, alia in Caspium[u] mare, alia

casum, omisso *ad*. Florent. *hunc simul*. Pal. 1. *Caspia*. Pro *aliaque*, quod habent Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *et aliæque* habent Dan. et Pall. 1. 2. Schmieder. legendum putavit *et alia parte*.—20 Voss. 2. *Ciliciam præfert*.—21 Florent. Leid. Voss. 2. Bong. et Dan. omittunt *tot* ante *juga*. Pal. 1. *si die* pro *serie*. Voss. 1. *pertuum* h. *dorsum*. Voss. 2. et Mer. omittunt *mare*

NOTÆ

[r] *Araxem*] Multi memorantur hujus nominis fluvii, quorum hic longe celeberrimus, ex Abo sive Paryedro Armeniæ monte oritur pariter ut Euphrates; cui oppositus Ortum petit; et Atropatiam Mediæ partem ab Armenia dividens, multis ostiis Caspium mare ingreditur. Hodieque *Aras* dicitur, parum immutato nomine. Quod si Araxes ille Græcis celebratus, Oxus est, ut Vossio videtur in Melæ citatum locum; hic Caucaso Indico propinquus dici posset. De Scythia cap. 7.

[s] *Taurus*] Et vera dicit Curtius, et fallitur tamen. Etsi enim utrique Caucaso mons Taurus committitur, Strabone, Solino, Arriano, Mela, aliisque testibus; vel potius duæ sunt unius montis partes, ut infra dicemus; tamen dubium non est quin ista Curtii proprie Scythico Caucaso conveniant, quæ ille ad Indicum transtulit. 'Tauri' porro nomen huic monti inditum est, quod, ut ait Eustathius, veteres grandia omnia et robusta sic vocare consueverant. Est enim maximus totius Asiæ mons quam perpetuo jugo ab occasu in ortum dividit; unde nata veterum Geographorum divisio Asiæ 'intra' et 'extra Taurum.'

[t] *A Cappadocia*] Ejus initium alibi ab aliis accipitur. Arrianus lib. v. a Mycale qui mons est Ioniæ Samo insulæ oppositus: Strabo et Dionysius a continente Rhodo opposita inter Lyciam et Cariam: Ptolemæus a Pamphyliæ finibus prope Phaselidem: Mela ad Siden ejusdem Pamphyliæ oppidum versus Ciliciam, &c. Nempe ut ejusdem fluvii plures esse fontes possunt, sic ejusdem Tauri varia ponuntur exordia, quot scilicet promontoriis in mare excurrit. Inde in Orientalem usque Oceanum Sinarum desinit promontorio quod 'Tamos' vetustis dicebatur, sive 'Tamaros.' De variis Tauri partibus atque nominibus videndi in primis Strabo lib. XI. ac XIV. Mela lib. III. Arrianus lib. v. Solinus cap. 41.

[u] *Alia in Caspium*] De Rubro mari dicendi locus erit lib. VIII. cap. 9. Hic vero ferme nescias quid de Caspio, Hyrcano, Ponticoque sentiat Curtius. Minus enim Ponticum ab Hyrcano, quam istud a Caspio, certe non magis, videtur distinguere. Nempe, quod supra diximus lib. VI. cap. 4. 5. Caspium cum Euxino sive Ponticо

in Hyrcanum et Ponticum decidunt. 22. XVII. dierum spatio Caucasum superavit exercitus. Rupes [v] in eo X. in circuitu stadia complectitur, quatuor in altitudinem excedit, in qua 'vinctum Promethea [w] fuisse' antiquitas tradit. 23. Condendæ in radicibus montis urbi sedes electa est. VII. millibus seniorum Macedonum et præterea militibus, quorum opera uti desisset, permissum, in novam urbem considere. Hanc quoque 'Alexandriam' [x] incolæ appellaverunt.

IV. 1. At Bessus, Alexandri celeritate [a] perterritus, Diis

---

post *Caspium*. Leid. Voss. 1. et Bong. *Hyrcanium*. Voss. 2. *ac Ponticum*.—22 Voss. 1. *Quindecim dierum*. Mer. *Rupes in eo X. circumitu*. Voss. 2. *in altitudine;* Pith. *in altitudinem procedit*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. *in quo*. Voss. 2. *Promotheu*.—23 Voss. 1. 2. et Mer. omittunt *millibus*, pro quo Fauch. *milibus;* Ald. *millia*. Pith. *servorum Macedonum*, quod verum putat Freinshemius. Voss. 2. *uti dedisset*. Voss. 1. *Alexandream*.

NOTÆ

confudit: cujus erroris ea videtur origo extitisse, quod unicum ex duobus Caucasum, unum quoque ex duobus Tanaim fecerit: quare cum alii Caspio, alii Pontico Mari miscri Tanaim, per Mæotim videlicet, scriberent; consequens erat ut ex duplici quoque mari unicum efficeret. Quod ego de Curtii mente verisimilius dici puto, si constat ipse sibi, quam, quod alii putant, Caspium ab illo et Hyrcanum penitus distingui, ut ipse quibusdam visum esse dixerat lib. VI. cap. 4. Ibi enim satis aperte sentire videtur unicum esse.

[v] *Rupes*] De rupe quoque illa, sive potius de specu intra rupem meminit apud Arrianum Eratosthenes et commentum irridet. *Decem stadia*] Mille ducentos quinquaginta passus. *Quatuor*] Quingentos passus. De montium altitudine docte fuseque disputat Vossius in Melam lib. II. cap. 2.

[w] *Promethea*] Prometheum Græci facinnt Japeti filium, Deucalionis patrem: cujus de crimine ac pœna notæ sunt Græcorum fabulæ. Quid autem his veri subsit, docebunt Servius in Virg. Eclog. VI. Natalis Comes lib. IV. cap. 6. Goropius Becanus in Indo-Scythicis: qui has ad Indicum Caucasum refert, cum reliqui ferme de Scythico intelligant.

[x] *Alexandriam*] Qui in Caucaso decepti sunt, ac de vero capienda existimarunt hæc omnia quæ Alexander narratur ad Caucasum gessisse, ii hanc Alexandriam ad Scythicum Caucasum transtulerunt; eodemque errore Ptolemæus ultra hunc Alexandri columnas posuit, quas ultra Indicum fuisse excitatas disputat Salmasius ad Solini cap. 38. et aperte demonstrat Dionysius Perieg. v. 1162.

[a] *Celeritate*] Etsi non diffiteor magnam fuisse Alexandri in Besso persequendo celeritatem, ut in tota Asiatica expeditione; illud tamen mirum videri potest quamobrem ex Hyrcania tam longo terrarum circuitu per Ariam, Drangianam, Arachosiam, Parapamisadas, &c. in Bactrianam contenderit: quam rectiore ac multis partibus breviore, (nisi nos Geogra-

patriis sacrificio rite facto, sicut illis gentibus mos est, cum amicis ducibusque copiarum inter epulas de bello consultabat. 2. Graves mero 'suas vires' extollere: 'hostium' nunc 'temeritatem,' nunc 'paucitatem' spernere: 3. præcipue Bessus, ferox verbis et parto per scelus regno superbus, ac vix potens mentis, dicere: 4. 'Socordia Darii crevisse hostium famam: occurrisse enim in Ciliciæ angustissimis faucibus; cum retrocedendo[b] posset perducere incautos in loca, naturæ situ invia, tot fluminibus objectis, tot montium latebris, inter quas deprehensus hostis ne fugæ quidem, nedum resistendi occasionem fuerit habiturus. 5. Sibi placere in Sogdianos[c] recedere, Oxum amnem velut murum objecturum hosti; dum ex finitimis gentibus valida auxilia concurrerent. 6. Venturos autem Chorasmios et Dahas Sacasque, et Indos, et ultra Tanaim amnem colentes Scythas; quorum neminem adeo humilem esse, ut hu-

1 Leid. et Voss. 1. *Dis patriis.* Voss. 2. *facto rite.* Mer. *copia inter epulas.* —2 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *spernere incipiunt.*—3 Pal. 1. omittit *et* ante *parto.* Voss. 1. *hac vis potens;* Voss. 2. *ac vix compos.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *dicere orditur.* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. et Mer. *secordia;* Bong. 1. *sicordia,* suprascr. *o.* Pal. 1. *cernisse* pro-*crevisse.* Pro *hostium famam* Cellar. conj. *hostium fortunam;* Heinsius *hosti vim ac famam.*— 4 Voss. 2. omittit *enim,* et mox *posset.* Pro *situ,* Florent. Leid. Bong. 2. et Voss. 1. *sit aut;* et ita Dan. sed correctum *sita aut,* ut in Pith. Fauch. et Voss. 2. *sita ut* Bong. 1. *situ munita aut* Mer. *natura et situ invia* in ceteris. Voss. 2. omittit *quas* ante *deprehensus;* Voss. 1. *deprehensius.*—5 Leid. *Placere sibi;* Bong. 1. *Si placere,* appicto supra lin. *t,* ut sit *placeret.* Dan. cum rasura *Exum amnem;* Bong. 1. et Pith. *exin amnem;* Bong. 2. Fauch. Voss. 1. Florent. et Leid. *Exun amnem;* Mer. *Oxium amnem;* Heinsius legi jubet: *Oxon amnem.* Hæc verba desunt in Voss. 2. Mox Voss. 1. omittit *murum.*— 6 Florent. *Chorasmos;* Voss. 2. et al. *Corasmos.* Florent. Leid. Pith. Fauch. et Dan. *Deas;* Voss. 1. *Daxas;* Voss. 2. *Adeaos;* Bong. 1. *Dahos;* Bong. 2. *Das,* ducta per literam *D* lineola; Mer. *Daces;* Bas. et Col. *Dacas.* Pal. 1. *Sahasque;* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Bas. Mer. et Col. *Sagasque;* Voss. 2. *Saghasque.* In quibusdam desunt: *et ultra.* Voss. 1. *ideo humilem.* Leid.

NOTÆ

phorum tabulæ fallunt,) forsan etiam facilliore via petere potuit. Sed subacta nimirum omnia pacataque prius voluit, quam Bactra adiret, ne quid illis ab partibus moveretur.

[b] *Cum retrocedendo*] Ita quidem ut faceret, magnopere suadebant Græci auxiliares, lib. III. cap. 8.

[c] *Sogdianos*] Sogdiana ultra Bactrianam et Oxum amnem erat. De Sogdiana inferius, cap. 10. De Oxo, cap. 5. Chorasmii lib. VIII. cap. 1. Dahæ ibid. Sacæ lib. VIII. cap. 4. Indi lib. VIII. c. 9. Tanais infra, cap. 7.

meri ejus non possent Macedonis militis verticem æquare.' 7. Conclamant temulenti, 'unam hanc sententiam salubrem esse:' et Bessus 'circumferri merum largius' jubet, debellaturus super mensam Alexandrum. 8. Erat in eo convivio Cobares,[d] natione Medus, sed magicæ artis (si modo ars est, non vanissimi cujusque ludibrium [a]) magis professione, quam scientia celeber; alioquin moderatus et probus. 9. Is cum præfatus esset, 'scire servo utilius parere dicto, quam afferre consilium; cum illos, qui pareant, idem quod ceteros maneat: qui vero suadeant, proprium[e] periculum:' * poculum[f] ei, quod habebat in manu, tradidit, quo accepto Cobares: 10. 'Natura,' inquit, 'mortalium hoc quoque nomine prava et sinistra dici potest; quod in suo quisque negotio hebetior est, quam in alieno: turbida sunt consilia eorum, qui sibi suadent: 11. obstat metus; aliis cupiditas; nonnunquam naturalis eorum, quæ excogi-

[a] *Potiusquam mendacissimi cujusque fallacia.*

umeri ejus. Pal. 1. omittit *non possent.*—7 Mod. Lugd. et Amst. omittunt *unam;* Voss. 1. *salubrem sententiam unam hanc.* Florent. et Pith. *debellaturis.* Vulgg. ante Freinsh. *super mensa;* Dan. Voss. 1. Florent. Pal. 1. Frob. Col. Bas. et Mer. *super mensam.* Voss. 1. *Alexandrum versiculum.*—8 Pith. *Erat in eo concilio Chobares;* Freinsh. conj. *Œbares.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *sedus* pro *Medus.* Pal. 1. *non vanissimum.* Voss. 2. *magis profexione.* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Frob. Bas. Col. Lugd. et Amst. *alioqui;* Bong. 1. *aliquo;* Florent. Dan. et Bong. 1. *moderatus.*—9 Edd. vett. nonnullæ et Voss. 2. *scire se utilius, &c.* Florent. Leid. Voss. 1. Elz. Mod. aliæ: *scire servo esse utilius;* Voss. 2. Frob. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. non agnoscunt τὸ *esse.* Heins. conj. *scire se servo, &c.* Voss. 1. *pararè dicto.* Pal. 1. *cum illis.* Voss. 2. *idem ceteros,* omisso *quod.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *proprium sibi.* Voss. 1. et Bong. omittunt *poculum;* Bong. 2. id ascriptum habet in margine. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Col. Mer. et Bas. *etiam* pro *ei;* Dan. et Pal. 1. *etiam ei.* In Pal. hic est interstitium majus, quam quod explere queat vox *poculum,* quæ solum deest. Vide Not. Var. Pith. *habeat in manu.* Voss. 1. et Pith. *Chobares.*—10 Ald. *parva* pro *prava.* Vulgg. ante Freinsh. *turbida facta;* codd. vero Bong. ut in textu.—11 Vulgg. ante Freinsh. *aliis metus;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Ald. Colin.

NOTÆ

[d] *Cobares*] Bagodarum appellat Diodorus. *Medus*] Media lib. v. cap. 7.

[e] *Proprium*] Non solum enim communi calamitate, si qua incidit, involvuntur; sed etiam, quia ejus auctores habentur, tota ipsis imputatur.

[f] *Poculum*] Quia mos erat veterum, ut qui convivas alloqueretur, calicem manu teneret; idcirco Bessus poculum Cobari tradidit, ut dicere volenti auscultaretur.

taveris, amor: nam in te superbia non cadit: expertus es, unumquemque, quod ipse repererit, aut solum aut optimum ducere. 12. Magnum onus sustines capite, regium insigne: hoc aut moderate perferendum est, aut, quod abominor,[g] in te ruet: consilio, non impetu opus est.' 13. Adjicit deinde, quod apud Bactrianos vulgo usurpabant: 'canem timidum[h] vehementius latrare, quam mordere: altissima quæque flumina minimo sono labi.' Quæ inserui, ut, qualiscumque inter barbaros potuit esse prudentia, traderetur. 14. In his audientium suspensam dederat expectationem sui. Tum consilium aperit, utilius Besso, quam gratius. 'In vestibulo,' inquit, 'regiæ tuæ velocissimus consistit rex. Ante ille agmen, quam tu mensam istam movebis. 15. Nunc ab Tanai exercitum arcesses, et armis flumina opponès: scilicet qua tu fugiturus es, hostis sequi non potest! iter utrique commune est; victori tutius. Licet strenuum metum putes esse; velocior tamen

Gryph. et Mer. *metus; aliis, &c.* Edd. ante Schmieder. omnes: *quæ cogitaveris;* Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. *quæ excogitaveris.* Voss. 2. *expertum eos.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *utramque* pro *unumquemque;* Voss. 2. Pith. Fauch. et Mer. *utrumque;* Dan. et Pal. 1. *utramque,* sed suprascr. u, ut sit *utrumque.* Heinsius conj. *usu namque.* Florent. Leid. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *ipse repereris;* Voss. 2. *ipse repetant solum,* omisso *aut.* Pal. 1. *optimum dicere.*—12 Pal. 1. *onus substines.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. et Mer. *regum insigne.* Voss. 2. omittit: *hoc aut m. p. est.*—13 Leid. et Voss. 1. *Adicit;* Voss. 2. *Adjecit.* 'Ex glossa hæc esse videntur: *apud Bactrianos.*' Schmieder. Voss. 2. *quoque f. minori.* Pal. 1. *esse prudentiæ.*—14 Florent. et Mod. *suspenderat expectationem sui;* Leid. et Voss. 1. 2. *expectatione spem dederat;* Dan. *suspenderat expectationem sui;* Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. et Col. ut in textu. 'Hæc cum non Latina videantur, præplacet emendatio Acidalio-Freinshemiana: *ut his audientes suspenderat expectatione sui, tum consilium aperit.*' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et Elz. *consistat rex;* Ald. Frob. Bas. Col. et Mer. *constat rex;* Voss. 2. *constiterit rex;* Dan. *consistat rex,* et supersor. *i,* ut sit *consistit;* Pal. 1. *consistet rex.*—15 Nonnulli *accerses.* Mod. Amst. et Lugd. omittunt *et armis,* pro quo Heins. conj. *et armatis.* Florent. *victori totus;*

NOTÆ

[g] *Abominor*] 'Ominari' præsentire est, ac prædicere: 'abominari,' rem funestam, ne eveniat, aversari ac deprecari.

[h] *Canem timidum*] Stultam Bessi arrogantiam suggillat, qui multa minetur pauca facturus. Eodem pertinet quod addit de fluminibus: Bessi loquacitatem altissimorum fluminum silentio opponit, et cum rivulis comparat minimeque profundis amnibus strepitu decurrentibus.

spes est. 16. Quin validioris occupas gratiam,[a] dedisque te, utcumque[i] cesserit, meliorem fortunam deditus, quam hostis habiturus? Alienum habes regnum, quo facilius eo careas: 17. incipies forsitan justus esse rex, cum ipse fecerit, qui tibi et dare potest regnum et eripere. 18. Consilium habes fidele, quod diutius exequi supervacuum est.[a] Nobilis equus umbra quoque virgæ regitur: ignavus ne calcari quidem concitari potest.' 19. Bessus, et ingenio et multo mero ferox, adeo exarsit, ut vix ab amicis, quo minus occideret eum, (nam strinxerat quoque acinacem,) contineretur. Certe e convivio prosilivit haud quaquam potens mentis. 20. Cobares, inter tumultum elapsus, ad Alexandrum transfugit. VIII. millia Bactrianorum habebat armata Bessus, quæ, quamdiu propter cœli intemperiem[j] Indiam potius Macedonas petituros crediderant, obedienter imperata fecerunt: postquam adventare Alexandrum compertum est, in suos quisque vicos dilapsi, Bessum reliquerunt. 21. Ille cum clientium[k] manu, qui non mutaverant

[a] *Cur non ultro expetis amicitiam Alexandri potentioris.*
[a] *Quod pluribus verbis inculcare inutile foret.*

Voss. 1. *v. totius.*—16 Voss. 2. omittit *esse* post *putes.*—16 Voss. 1. *occupas gratia.* Florent. Voss. 1. Bong. et Dan. *habituros;* Bong. 1. *habiturus,* a m. sec.—17 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. 2. *incipiens;* vulgg. ante Freinsh. *incipiet;* Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. Bas. Frob. Lugd. Amst. et recentt. *incipies.* Mod. Amst. et aliæ quædam vett. omittunt *forsitan.* Voss. 2. *cum ipse feceris.*—18 Idem codex *ignarus* pro *ignavus.* Mer. *ne calcaribus.*—19 Florent. Voss. 1. Dan. Bong. 2. et Pith. *vis* pro *vix.* Dan. *occederet eum.* Mer. *nam astrinxerat.* Voss. 2. *acinatem, contineretur;* Mod. ex ingenio: *acinacem, vi contineretur.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. et Mer. *Certe convivio;* Fanch. *Convivio certe;* Voss. 2. *Certe consilio.* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Frob. Lugd. et Amst. *prosiluit.*—20 Leid. *oboedienter.* Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. *posteaquam;* Mod. *at postquam.* Voss. 2. *delapsi.* Pal. 1. *bellum* pro *Bessum;* Bas. Mer. Col. et Ald. *Bessum liquerunt.*—21 Voss. 2. et al. *clientum manu.* Dan. *Ox amne;* Ald. *Oxum amne;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Modiani, Bong. et Mer. *mox amne.* Bong. *ne isdem*

NOTÆ

[i] *Utcumque*] Quomodocumque res eveniat, meliorem fortunam experturus si te Alexandro summiseris, quam si resistere pergas.

[j] *Intemperiem*] Qualis est in Bactriana et vicinis, per quas adeunda erat, regionibus ac montibus: cum in India multo sit aër temperatior.

[k] *Clientium*] 'Clientes' dicebantur qui magnatum ac principum virorum, quos patronos legerant, se suaque omnia tutelæ committebant, addicebantque fortunæ, seu prosperam sive adversam secuturi: a quibus vicis-

fidem, Oxo[1] amne superato, exustisque navigiis, quibus transierat, ne iisdem hostis uteretur, novas copias in Sogdianis contrahebat. 22. Alexander Caucasum quidem, ut supra dictum est, transierat; sed inopia frumenti prope ad famem ventum erat. 23. Succo ex sesama[m] expresso, haud secus quam oleo artus perungebant. Sed hujus succi ducenis quadragenis denariis[n] amphoræ singulæ; mellis denariis trecenis nonagenis; trecenis vini æstimabantur; tritici nihil aut admodum exiguum reperiebatur. 24. 'Siros'[o] vocabant barbari: quos ita solerter abscondunt, ut, nisi qui defoderunt, invenire non possint. In iis conditæ fruges erant. In quarum penuria milites fluviatili pisce et herbis sustinebantur. 25. Jamque hæc ipsa alimenta defecerant, cum jumenta, quibus onera portabant, cædere jussi sunt: horum carne, dum in Bactrianos perventum,

hostis.—22 Pal. 1. *sed inopiam.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Fanch. Bong. 2. et Mer. *quoque prope ad famem;* Bong. 1. *quippe prope ad famem;* Pith. *quoque ad famem prope;* Florent. omittit *ad*, probante Schmieder. Ald. cum uno codice: *ad famen.*—23 Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Succo ex sesemo*, et corr. *sesamo* in Dan. *Succo ex sisano* Voss. 2. *Succo ex Sesema* Bong. 1. 2. *succo ex sisena* Pal. 1. et Col. *succo ex sesana* Amst. *Succo ex sisama* Mer. et Bas. *artus oleo* Voss. 2. *perunguebat* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Pal. 1. et Mer. *amph. sing. den. amph. sing. mel. denariis* in Pith. in Dan. vero hæc supplentur ab alia manu. Voss. 2. *CCCXCCCC. denariis;* Florent. Leid. Voss. 1. *denariis trecenis CCCXCCCC.;* Ald. *denariis t. XCCCC.;* Fanch. *d. t. decem quadrungentis;* Bong. 2. *d. t. X. CCCC.;* Bong. 1. *d. t.* ↀCCCC. Voss. 2. *extimabatur;* Mer. *æstimabatur.*—24 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mer. Bas. et Col. *Syros;* Voss. 2. *Sites*, et pro v. l. *Sisenes;* Ald. *Sirrhos.* Voss. 1. *inveniri.* Florent. et Voss. 2. *possunt.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Mer. *In his.*—25 Voss. 1. *honera portabant.* Voss. 2. *c. nisi sunt;* Voss. 1.

NOTÆ

sim omni ope defendi consueverant. Quam enim honorificum erat multas habere clientelas, tam turpe ducebatur, si quis clientes suos proderet aut desereret.

[1] *Oxo*] Oxus fluvius infra, cap. 5. Sogdiana, cap. 10.

[m] *Sesama*] Alias *sesamum*, quod a Columella leguminibus, a Plinio frumentis æstivis annumeratur, l. XVIII. cap. 10. Cujus varias proprietates ususque ibidem describit, et lib. XXII. cap. 24. Italis *jugiolina* vocari dicitur: Gallicus Interpres reddidit *Sesame.* A Theophrasto sic describitur: 'Provenit caule milio simili, crassiore tamen ac altiore, foliis rubentibus, flore viridi herbaceo, semine vasculis incluso, papaveris modo, ex quo oleum exprimitur.'

[n] *Denariis*] Denarius quid sit, et quam monetæ Francicæ hodiernæ summam efficeret, dictum lib. v. cap. 1.

[o] *Siros*] Sic vocant subterranea frugum conditoria non illi solum barbari, sed etiam Thraces et Cappadoces. Alii *Syros*, alii *Sirros* scripsere.

traxere vitam. 26. Bactrianæ [p] terræ multiplex et varia natura est: alibi multa arbor et vitis largos mitesque fructus alit: solum pingue crebri fontes rigant: quæ mitiora sunt, frumento conseruntur, cetera armentorum pabulo cedunt. 27. Magnam deinde partem ejusdem terræ steriles arenæ tenent: squalida siccitate regio non hominem, non frugem alit: cum vero venti a Pontico [q] mari spirant, quicquid sabuli in campis jacet, converrunt. Quod ubi cumulatum est, magnorum collium procul species est, omniaque pristini itineris vestigia intereunt. 28. Itaque qui transeunt campos, navigantium [r] modo noctu sidera observant, ad quorum cursum iter dirigunt, et propemodum clarior est [s] noctis umbra, quam lux: 29. ergo interdiu invia est regio, quia nec vestigium, quod sequantur, inveniunt, et nitor

cedere jussi sunt. Voss. 2. *extrahere vitam.*—26 Pal. 1. *ex varia.* Voss. 2. *largos multosque.* Dan. *solum pinge.* Voss. 2. *babulo cedunt;* Ald. *pabulo cædunt.* —27 Florent. et Leid. *steriles arenæ.* Voss. 2. *nec frugem.* Florent. Leid. Voss. 1. Pith. et Mer. *pabuli in campis;* Voss. 2. et Bong. *pulveris in campis.* Voss. 2. et Pal. 1. *convehunt;* Mer. et Bas. *convertunt.* Bong. 1. *Quod illic.* Florent. *comulatum.* Pal. 1. omittit *procul.* Dan. et Pal. 1. *omnique.* Voss. 2. *vestigia pereunt.*—28 Voss. 2. *Itaque per transeunt,* et mox *motu* pro *noctu,* quod deest in Pith. *carior est* Voss. 1.—29 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Dan. *ergo in die;* Bong. 1. *ergo indiu,* et post primam syll. suprascr. *t* litera cum alia insuper lineola per ipsam ducta. Leid. et Voss. 1. *quia qui nec;* Bong. 2. *qui nec;* sed in Bong. 1. *qui* exscalpt. Ald. *quia a mari.* Pal. 1.

NOTÆ

[p] *Bactrianæ*] A Bactris urbe regia sive a Bactro fluvio nomen accepit Bactriana regio, cujus termini erant ab Occasu Margiana; a Meridie Aria, et Parapamisus; ab Ortu Indiæ pars; a Septemtrione Oxus fluvius Sogdianam a Bactriana dirimens. Quanquam Bactriana, cum latius dicitur, Sogdianam quoque continet. Hodie pars est regionis quam appellarunt *Chorasan.*

[q] *Pontico*] Caspium sive Hyrcanum intellige, quocum Euxinum confundit, ut diximus cap. 3. Etsi utrumque verum est, ventos qui ab Hyrcano Mari Bactrianam perflant, eosdem a Pontico etiam spirare.

[r] *Navigantium*] Simile quiddam de Libya dixerat lib. IV. cap. 7. multoque expressius Arrianus lib. III. ubi Alexandri iter ad Hammonem describit. Item Plutarchus in Alex.

[s] *Clarior est*] Quid ita? nam sive noctu quoque venti spirant, næ facilius modicum lunæ aut stellarum fulgorem obscurabant arenæ ventis effusæ, quam diurnam solis lucem: sive nulli spirant venti, quid est quo diurnam lucem noctis umbra vincere queat? Sic igitur accipiendum putem, ut non major quidem illa sit noctis quam diei lux, sed viatoribus opportunior, quia noctu stellas observare possunt, quarum aspectu iter

siderum[t] caligine absconditur. Ceterum si quos ille ventus, qui a mari exoritur, deprehendit, arena obruit. 30. Sed qua mitior terra est, ingens hominum equorumque multitudo gignitur. [Itaque Bactriani equites XXX. millia expleverant.] 31. Ipsa Bactra,[u] regionis ejus caput, sita sunt sub monte Parapamiso.[v] Bactrus amnis præterit mœnia: is urbi et regioni dedit nomen. 32. Hic regi[w] stativa habenti nuntiatur ex Græcia 'Peloponnensium Laconumque defectio:' nondum enim victi erant, cum proficiscerentur tumultus ejus principia nuntiaturi: et alius præsens terror affertur, 'Scythas, qui ultra Tanain amnem colunt, adventare Besso ferentes opem.' Eodem tempore, 'quæ in gente Ariorum[x] Caranus et Erigyius gesserant,' perferun-

harene obruit; Mer. Bas. et Amst. *harena obruit.*—30 Pal. 1. *Sed quia minor.* 'Ex glossa hæc esse, *Itaque B. e. XXX. m. e.* recte notarunt Modius et Freinshemius.' *Schmieder.*—31 Pith. *sita est;* in Fauch. exscalptum *sunt.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Parapaniso bactrus;* Ald. *Parapanis Bactrus;* Bong. Pal. 1. Dan. et Mer. *Parapanis Obactrus Bactrus;* Amst. *Parapamiso Bactrus;* Bas. et Col. *Paropamiso Bactrus.*—32 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *Peloponnensiorum;* Frob. Bas. et Lugd. *Peloponensium.* Florent. Voss. 1. et Dan. *ferentis opem.* Pal. 1. *quæ vigente;* Ald. *quæ ingente.* Florent. et Leid. *Arionum Caurarus et Eriguus;* Voss. 1. *Alionum Caunarus et Eriguus;* Voss. 2. *Arionum Catarus et Eriguus;* Ald. *Ariorum Caranus et Erigyius;* Dan. et Pal. 1. *Arionum Caurans et Eriguus;* Bong. 2. *Alionum Caurarus et Erygnus;* Bong. 1. Pith. et Fauch. *Arionum Caucarus et Eriguus;* Mer. Bas.

NOTÆ

regant, interdiu non possunt.

[t] *Siderum*] Quorumnam autem siderum? an eorum quibus noctu iter regitur? at hæc de die non caligine, sed solis nimirum luce occultantur. *Siderum* ergo per syllepsim positum oportet pro 'sideris,' solis videlicet; nisi Curtium volumus parum consentanea tum rationi, tum vero sibi ipsi dixisse, qui infra de re simili scribat: 'Caligo immodico terræ fervore excitata lucem (diurnam) tegit.' Nam quod Gallicus Interpres sic explicat quasi has nebulas venti excitent, hoc nescio quam verum sit; huic certe loco aptari non posse video, ubi planum est de illo tempore sermonem esse cum venti quieverunt.

[u] *Bactra*] Huic urbi nomen quoque fuit 'Zariaspa,' si Straboni credimus lib. XI. in Bactr. Quare emendandum illud Plinii lib. VI. cap. 23. 'Prophtasia oppidum Zarasparum;' ac legendum 'Ariasparum,' ut vult Freinshemius, vel 'Agriasparum,' de quibus supra, cap. 3. *Bactrus*] Hic Ptolemæi videtur esse 'Dargidus.'

[v] *Parapamiso*] Sic vere appellat quem supra communi errore deceptus Caucasum dixerat, cap. 3.

[w] *Hic regi*] Vide quæ notavimus ad lib. VI. cap. 3. De ipsa vero defectione actum initio libri ejusdem.

[x] *In gente Ariorum*] Hi enim auc-

tur. 33. Commissum erat prælium inter Macedones Ariosque. Transfuga Satibarzanes barbaris præerat; qui cum pugnam segnem utrimque æquis viribus stare vidisset, in primos ordines adequitavit, demtaque galea, inhibitis, qui tela jaciebant, si quis 'viritim dimicare vellet,' provocavit ad pugnam, 'nudum se caput in certamine habiturum.' 34. Non tulit ferociam barbari dux exercitus Erigyius, gravis quidem ætate, sed et animi et corporis robore nulli juvenum postferendus. Is galea demta caniciem ostentans, 'Venit,' inquit, 'dies, quo aut victoria, aut morte honestissima, quales amicos[y] et milites Alexander habeat, ostendam.' Nec plura elocutus equum in hostem egit. 35. Crederes imperatum, ut acies utræque tela cohiberent: protinus certe recesserunt dato libero spatio; intenti in eventum, non duorum modo, sed etiam suæ sortis, quippe alienum[z] discrimen secuturi.[a] 36. Prior barbarus emisit hastam, quam Erigyius modica capitis declinatione vitavit. At ipse infestam[a] sarissam, equo calcaribus concito, in me-

[a] *Intuentes quis foret exitus fortunæ non suorum solum ducum, sed etiam suæ universorum, quia ducis quique sortem participaturi erant.*

et Col. *Ariorum Caucarus et Erigius.*—33 Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Ariosque transfugas Artibazes;* Voss. 2. *Ar. q. transfuga Artibates;* Ald. *Arioesque transfuga Satib.* Bong. 2. *Ariosque transfugas Artibarzes;* Bong. 1. *Arioque transfugas Satib.* Voss. 2. *barbarus erat, q. c. segnem pugnam.* Voss. 1. *si quis virum.*—34 Pal. 1. *Non tulit superbiam.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Mer. Bas. Col. Ald. et Frob. *illius exercitus,* omisso *Erigyius.* Voss. 2. *sed animi,* omisso *et,* et mox habet, *nulli non juvenum;* Florent. *nulli juvenem.* Voss. 2. *præferendus.* Voss. 1. *aut mortem.* Mox Frob. Bas. Col. Lugd. et Amst. *agit* pro *egit;* Mer. *ægit.*—35 Elz. et al. *certe cesserunt.* Pro *duorum* Freinsh. conj. *ducum.* Voss. 1. *sed s. suæ hostis.*—36 Amst. omittit *Prior.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *Erigius;* Col. *Erignus;* vulgg. ante Freinsh. *Erigyus.* Pal. 1. *capitis d. evitavit.* Voss. 1. 2. et Bong. *Atque*

NOTÆ

tore Satibarzane rebellarant, supra cap. 3. ubi de Ariis fuse disputavimus.

[y] *Quales amicos*] Erat enim ex amicis, non tantum ex sociis; ex quo Arriani Interpretem corrigit Freinshemius, qui hoc loco ex τῶν ἑταίρων fecit *sociorum*, cum *amicorum* dicere debuisset; quod aliis quoque locis peccatum ab eo est.

[z] *Quippe alienum*] Quia sui quisque ducis sortem secuturus erat exercitus; victor, cujus dux vinceret; victus, cujus vinceretur.

[a] *Infestam*] 'Infesta' lancea, hasta, gladius, et quodcumque telum dici-

dio barbari gutture ita fixit, ut per cervicem emineret.[c] 37. Præcipitatus ex equo barbarus adhuc tamen repugnabat. Sed ille extractam ex vulnere hastam rursus in os dirigit. Satibarzanes hastam manu complexus, quo maturius interiret, ictum hostis adjuvit: 38. et barbari, duce amisso, quem magis necessitate, quam sponte secuti erant, tunc haud immemores meritorum Alexandri, arma Erigyio tradunt. 39. Rex his quidem lætus, de Spartanis haud quaquam securus, magno tamen animo defectionem eorum tulit; dicens, 'non ante ausos consilia nudare, quam ipsum ad fines Indiæ pervenisse cognovissent.' 40. Ipse Bessum persequens copias movit: cui Erigyius spolia barbari, ceu opimum[b] belli decus, præferens occurrit.

v. 1. Igitur Bactrianorum regione Artabazo tradita, sarcinas et impedimenta ibi cum præsidio reliquit. Ipse cum expedito agmine loca deserta Sogdianorum[a] intrat, noc-

[c] *Ut trans collum extaret hasta.*

ipse. Pal. 1. *concitato in m. b. g. i. fixerit.*—37 Voss. 2. omittit *ex* ante *equo.* Leid. *Sed i. tractam.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *e vultu hastam,* &c. Fauch. τῷ *Satibarzanes* supersor. habet *Artibazes;* Voss. 1. hoc nomen omittit. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. et Bong. 1. 2. omittunt *hastam* ante *manu;* Fauch. habet, *manu hastam.* Voss. 1. *quo m. interisset.*—38 Florent. *quæ magis.* Pal. 1. *sequuti tunc erant;* Florent. et Voss. 1. *s. erant tunc aut;* Voss. 2. Lugd. et Amst. omittunt *tunc.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Mer. *Erigue,* et sic deinceps; alii *Erigyo;* Col. *Erigno.*—39 Pith. *Rex ex his.* Voss. 1. *aut quamquam sequturus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Sigeb. et Ald. *defectum;* Dan. Pal. 1. Col. Mer. et Bas. *quoque defectum.* Voss. 1. *non antea ausos.* Voss. 2. *consilia eorum nudare.* Florent. Leid. et Voss. 1. *cognoscent;* Voss. 2. *cognosserent.*—40 Voss. 2. *Ipsum Bessum.* Voss. 2. Dan. et Bong. omittunt *spolia.* Florent. et Leid. *Barbarici opimum;* Dan. Bong. et Voss. 1. *barbarici optimum;* Voss. 2. *barbarice ceu optimum;* Mer. Lugd. et Amst. *barbari ceu optimum;* vulgg. ante Freinsh. *barbarica ceu optimum;* Amst. omittit *belli.* 'Languidiora hæc: *spolia barbari, ceu opimum belli decus.* Præfero cum aliquot codd. *cui Ergyius,* barbarici opimum belli decus præferens, occurrit.' *Schmieder.*

1 Bas. *rege Artabazo.* Voss. 1. Amst. et Lugd. *præsidio relinquit.* Fauch. Bong. 1. 2. Put. Leid. Mod. et edd. pleræque ante Freinsh. *Susitanorum,* 'quod nomen nemo novit.' *Schmieder.* Ald. *Suscitanorum;* Pith. *Susithano-*

NOTÆ

tur, cujus mucro in adversarium intenditur. 'Sarissa' fuit brevior, ut in equite; nam peditum longiores erant, ut diximus lib. IV. cap. 13.

[b] *Opimum*] 'Opimum decus' et 'opima spolia,' lib. III. cap. 11.

[a] *Sogdianorum*] Nondum transierat Alexander Oxum fluvium, quem Strabo lib. XI. et Ptolemæus lib. VI. cap. 11. Bactrianæ et Sogdianæ medium

turno [b] itinere exercitum ducens. 2. Aquarum, ut ante dictum est, penuria, prius desperatione, quam desiderio bibendi sitim accendit. Per cccc. stadia [c] ne modicus quidem humor existit. 3. Arenas vapor æstivi solis accendit, quæ ubi flagrare cœperunt, haud secus quam continenti incendio cuncta torrentur. 4. Caligo deinde, immodico terræ fervore excitata, lucem tegit: [d] camporumque non alia quam vasti et profundi æquoris species est. 5. Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia rore et matutino frigore corpora levabantur. Ceterum cum ipsa luce æstus oritur: omnemque naturalem absorbet humorem siccitas; ora visceraque penitus uruntur. 6. Itaque primum animi, deinde corpora deficere cœperunt: pigebat et consistere et progredi. 7. Pauci a peritis regionis admoniti præpararant aquam:

---

rum; Voss. 1. 2. *Susitanarum.*—2 Voss. 2. *Per quadraginta stadia;* Pith. *Per quingenta stadia, nemus quidem.* Mer. *humor extitit.*—3 Pal. 1. *æstivis,* omisso *solis.*—4 'Pro verbo *excitata* editor Gryphianæ margini allevit conjecturam *excita,* non spernendam.' *Schmieder.*—5 Pal. 1. *corpora levantur;* Florent. *c. lavabantur.* Voss. 2. *in ora visceraque.*—6 Dan. omittit *cœperunt;* Lugd. Amst. al. *defecere,* omisso etiam *cœperunt.*—7 Voss. 2. *Pauci a præteri-*

NOTÆ

limitem faciunt. Sed alii, ut Dionysius Perieg. vs. 747. Sogdianam citra Oxum extendunt: quorum forte sententiam secutus est Curtius, dum scriberet Alexandrum prius in Sogdianorum deserta ingressum quam Oxum trajecisset. De ipso flumine mox agemus.

[b] *Nocturno*] An quia per hæc Sogdianorum deserta, ut per illa Bactrianorum cap. 4. iter aspectu siderum regendum est? an potius ob diurnum, ut mox sequitur, solis ardorem non nisi nocturno itinere peragrari queunt?

[c] *CCCC. stadia*] Quingenta milliaria. *Æstivi*] Cum enim sub hyemis initium, in Parapamisadas venisset, ibi actis hybernis Caucasum transgressus in Bactrianam venerat; ut non potuerit ante æstatem Sogdianos adire. Hic porro nota 'vaporem,' ut alias sæpe, a Curtio vocari solis ardorem; quo modo Virg. Æneid. v. 'Lentusque carinas Est vapor:' et Columella lib. v. cap. 10. 'Minusque vaporis æstate per angustum os penetret.' Nempe sol non aliter arenas torret quam per aëris vaporem suis accensum radiis: et flamma ipsa nihil aliud quam vapor accensus.

[d] *Lucem tegit*] Idem superius quoque voluisse Curtium ostendimus ad cap. 4. sed vereor ut cohærenter ipse sibi loquatur. Si enim in Bactriana Sogdianaque idem evenit quod multis Zonæ torridæ regionibus, ut vaporum copia perpetuo fere nubilum aërem habeant; id etiam consequens est, ut admodum temperato cœlo pariter fruantur; æstum defendentibus nebulis densissimis, præter noctium frigus, &c.

hæc paulisper repressit sitim: deinde crescente æstu rursum desiderium humoris accensum est. Ergo quicquid vini oleique erat, hominibus ingerebatur: tantaque dulcedo bibendi fuit, ut in posterum sitis non timeretur. 8. Graves deinde avide hausto humore non sustinere arma, non ingredi poterant; et feliciores videbantur, quos aqua defecerat, cum ipsi sine modo infusam vomitu cogerentur egerere. 9. Anxium regem tantis malis circumfusi amici, 'ut meminisset [sui],' orabant, 'animi sui magnitudinem unicum remedium deficientis exercitus esse:' 10. cum ex iis, qui præcesserant ad capiendum locum castris, duo occurrunt utribus[•] aquam gestantes, ut filiis suis, quos in eodem agmine esse et ægre pati sitim non ignorabant, occurrerent: qui cum in regem incidissent; 11. alter ex iis utre resoluto, vas, quod simul ferebat, implet, porrigens regi. Ille [accipit] percontatus, 'quibus aquam portarent,' 'filiis ferre' cognoscit. 12. Tunc poculo pleno, sicut oblatum est, reddito; 'nec solus,'[f] inquit, 'bibere sustineo; nec tam exi-

---

tis. Pal. 1. *præpararet;* Leid. Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *præparārunt.* Voss. 2. *concrescente æstu.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *rursus.* Voss. 2. *hominibus ingredichatur.* 'Prorsus abesse *hominibus* cum Acidalio malo, quam cum Heumanno in *avidius* mutare.' *Schmieder.* In eandem opinionem venit Heinsius.—8 Voss. 2. *avide hausto non sust. humore;* Pith. *hausto hum. avide,* et mox *non poterant ingredi.* Acidalius conj. *quos defecerat,* sc. humor. Voss. *cum ipsis;* Pith. *cum ipso s. m. i. v. viderentur.*—9 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Frob. Mer. Bas. Ald. Colin. Gryph. et edd. post Freinsh. *ut meminisset sui.* 'Hoc *sui* recte expungit Modius.' *Schmieder.* Pal. 1. *meminisse orabant.*—10 Idem codex *tum ex iis;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mer. *cum ex his.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. et Pal. 1. *processerant.* Pith. *occurrerent utribus.* Mer. *et filiis suis.* Voss. 2. *occurrunt;* Amst. *succurrerent,* ut conj. Heinsius.—11 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *alter ex his.* Voss. 2. *utre soluto v. q. s. referebat.* Pal. 1. *Ille accipit percontatur.* 'Et hic vocem *accipit* cum Modio abesse malo.' *Schmieder.* Mod. omittit *aquam;* Voss. 2. *portarent aquam.*—12 Pith. *omnibus dividere.* Pal. 1. *ac liberos*

NOTÆ

• *Utribus*] Uter vasis genus est sive sacci potius ex pellibus maxime hædinis, ad vinum oleumve commodius gestandum. De utribus eorumque multiplici in bellis usu consuli potest Stewechius ad Vitruv. lib. III. cap. 7.

[f] *Nec solus*] Hoc Alexandri factum dictumque Plutarchus ad illud tempus retulit cum Darium persequeretur. Similem Davidis abstinentiam narrat Scriptura 2 Reg. XXIII. Eandem in Catone quoque suo laudat Lucanus lib. IX. vs. 479. poëtice an historice, non liquet.

guum dividere omnibus possum. Vos currite, et liberis vestris, quod propter illos attulistis, date.' 13. Tandem ad flumen Oxum[g] ipse pervenit prima fere vespera: sed exercitus magna pars non potuerat consequi: 'in edito monte ignes' jubet 'fieri, ut ii, qui ægre sequebantur, haud procul castris se abesse cognoscerent. 14. Eos autem, qui primi agminis erant, mature cibo ac potione firmatos, implere alios utres, alios vasa, quibuscumque aqua possit portari,' jussit, 'ac suis opem ferre.' 15. Sed qui intemperantius hauserant, intercluso[h] spiritu extincti sunt: multoque major horum numerus fuit, quam ullo amiserat prælio. 16. At ille thoracem adhuc indutus, nec aut cibo refectus aut potu, qua veniebat exercitus, constitit: nec ante ad curandum corpus recessit, quam præterierant, qui agmen sequebantur: totamque eam noctem cum magno animi

vestros.—13 Voss. 2. *ad f. Exum.* Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *non poterat sequi.* Florent. et Leid. *ut hii, qui;* Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *ut hi, qui.* Florent. et Voss. 1. *aut procul.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *ipsos abesse;* Dan. et Pal. 1. *si ipsos abesse;* Ald. Mer. Bas. et Col. *si eos abesse.*—14 Codd. Bongarsiani præter Fauch. *Ipsos autem;* Voss. 2. omittit *autem.* Bong. *cibo et potione.* Nonnullæ edd. *quibuscum aqua.* Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *portari possit;* Voss. 1. *portari posset;* Frob. Bas. Col. Amst. et Lugd. *posset portari.* Voss. 1. omittit *jussit.* Mox *opem* delet Modius.—15 Voss. 1. *Sed q. i. auserant.* Voss. 2. omittit *horum*, et mox habet, *illo prælio amiserat.*—16 Voss. 2. et Mer. *consistit* pro *constitit.* Voss. 2. *præterierunt.* Leid. et Voss. *qui agmen ducebant;* Florent. Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2.

NOTÆ

[g] *Oxum*] Nobilis hic multorumque scriptis celebratus fluvius sub Parapamiso sive Caucaso monte oritur ex lacu sibi cognomine, medioque inter Bactrianam ac Sogdianam labitur. Interim multis magnisque auctus fluminibus in mare Hyrcanum rapidus effunditur. Hunc Græci Alexandro antiquiores Araxem vocant, ut Herodotus et Aristoteles; ut apparet ex iis quæ de illo referunt: sed aliunde cum vero Araxe Armeniæ confundunt. Quos alii quoque imitati sunt, Dionysius, Mela, &c. De hujus admirandis videri potest Polybius lib. x. et Mela lib. III. cap. 5. sub Araxis, ut dicimus, nomine: tum quæ ibidem disputat Vossius. Hodiernum nomen esse dicunt *Albia* sive *Albiamu*, ad cujus ostia urbs est insignis *Zahaspa*, Avicennæ Philosophi, ut creditur, patria.

[h] *Intercluso*] Tanta quippe aviditate copiosam aquam bibentibus respirationis via subito præcluditur, et naturalis calor, velut ignis nimia lympha affusa, suffocatur. Alia quoque potuit esse causa hujus exitii, quod turbidus ac limosus cum semper fluat, potantium viscera limo distenderentur, ut lib. IV. cap. 14. Persis fugientibus contigisse vidimus.

motu perpetuis vigiliis egit. 17. Nec postero die lætior erat, quia nec navigia habebat, nec pons erigi poterat, circum amnem nudo solo et materia maxime sterili.[a] Consilium igitur, quod unum necessitas subjecerat, init: utres[1] quamplurimos stramentis refertos dividit: 18. his incubantes transnavere amnem: quique primi transierant, in statione erant, dum trajicerent ceteri. Hoc modo sexto demum die in ulteriore ripa totum exercitum exposuit. 19. Jamque ad persequendum Bessum statuerat progredi; cum ea, quæ in Sogdianis erant, cognoscit. Spitamenes erat inter omnes amicos præcipuo honore cultus a Besso: 20. sed nullis meritis perfidia mitigari potest: quæ tamen jam minus in eo invisa esse poterat, quia nihil ulli nefastum in Bessum interfectorem regis sui videbatur. Titulus facinoris speciosus præferebatur, 'vindicta Darii:'[b] sed fortunam, non scelus oderant Bessi.[c] 21. Nam ut Alexandrum flumen Oxum superasse cognovit; Dataphernen et Catenen, quibus a

[a] *Cum undique circa fluvium nuda esset humus, et lignis potissimum destituta.*

[b] *Speciosa sceleris causa obtendebatur, nempe ultio Darii.*

[c] *Sed Spitamenes regiæ potestati Bessi invidebat, non parricidium ejus oderat.*

---

omittunt *sequebantur;* Fauch. habet, *qui ultimi sequebantur agmen.*—17 Florent. et Voss. 1. *letitior erat.* Voss. 1. Elz. Amst. et al. *quia nulla navigia;* Voss. 2. *quia ibi nec navigia.* Pal. 1. *erigi potuit.* Pro *circum*, quod habent Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bongarsiani, Frob. Mer. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *circumquaque* exhibent edd. a Modio usque ad Freinsh. *amnem* deest in Pal. 1. *nuda solo* Voss. 2. *solo* omittunt Florent. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *materiæ* Frob. et Mer. *sterili humo* Voss. 2. *necessitas subierat* Pal. 1. *n. subicerat* Voss. 1. et Bong. Pro *refertos* Voss. 2. habet *refectos* et *referctos;* Pal. 1. *referctos.*—18 Bong. 1. *transnatavere;* Mer. *tranavere.*—19 Voss. 2. *bellum* pro *Bessum.* Voss. 2. *quæ Susianis*, omissa præpositione; Florent. Leid. et Voss. 1. etiam *Susianis;* Pith. *Susanis;* Elz. Lugd. et Amst. *Susitanis.* 'Cum Freinshemio lege: *quæ in Sogdianis acta erant.*' Schmieder. Voss. 2. *Sitamencas.* Florent. et Leid. *præcipue honore.*—20 Voss. 1. *quæ tamen mitigari potest jam minus, &c.* Bong. *visa* pro *invisa.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. et Mod. *nefastum;* Pal. 1. *nefas cum;* Ald. Bas. et Mer. *nefas tum*, ut conj. Raderus; *nefarium* Scheffer. improbante Schmieder. Frob. et Bas. *oderat*, ut conj. Acidalius, et malit Schmieder.—21 *Namque* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Datapharnem* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Grut. Bong. Mer. Bas. et Col. et sic deinceps. Voss. 2. et Pith. *Cathenem;* Florent. Leid. Pal. 1. et Voss. 1. *Catenen.* Florent. Leid.

NOTÆ

[1] *Utres*] Præter eos quos in usum consuetum attulerant, multos quoque ex pellibus conficere jussi sunt sub quibus in tentoriis degebant.

Besso maxima fides habebatur, in societatem rei asciscit. Illi promtius adeunt, quam rogabantur; assumtisque octo fortissimis juvenibus, talem dolum intendunt. 22. Spitamenes pergit ad Bessum, et remotis arbitris, 'comperisse' ait 'se, insidiari ei Dataphernen et Catenen: ut vivum Alexandro traderent agitantes, a semet occupatos esse, et vinctos teneri.' 23. Bessus tanto merito, ut credebat, obligatus, partim gratias agit, partim avidus explendi supplicii 'adduci eos' jubet. 24. Illi, manibus sua sponte religatis, a participibus consilii trahebantur: quos Bessus truci vultu intuens consurgit, manibus non temperaturus.[d] At illi simulatione omissa circumsistunt eum, et frustra repugnantem vinciunt; direpto ex capite regni insigni, lacerataque veste, quam e spoliis occisi regis[j] induerat. 25. Ille, 'Deos sui sceleris ultores adesse' confessus, adjecit, 'non Dario iniquos fuisse, quem sic ulciscerentur, sed Alexandro propitios, cujus victoriam semper etiam hostis adjuvisset.' 26. Multitudo an vindicatura Bessum fuerit, incertum est; nisi illi, qui vinxerant, 'jussu Alexandri fecisse ipsos' ementiti, dubios adhuc animi[e] terruissent. In equum impositum Alexandro tradituri ducunt. 27. Inter hæc rex,

[d] *Nequaquam abstenturus ab iis manus violentas.*
[e] *Adhuc incertos consilii capiendi.*

Voss. 1. 2. Bong. et edd. plerœque: *cogitatæ rei.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *addunt*; unde Sebisius conj. *adsunt*; Heinsius *se addunt.* Voss. 2. *dolum talem.*—22 Pal. 1. *ac a semet.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Bong. omittunt *et* ante *vinctos.*—23 Pal. 1. *jussit.*—24 Voss. 2. omittit *sua* ante *sponte.* Pal. 1. *relegatis.* Voss. 2. omittit *quos* ante *Bessus.* Voss. 2. et Bong. *Atque illi.* Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *insigne.* Freinsh. *regio insigni.* Voss. 2. *vestis* pro *veste.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pith. Fauch. et Bong. 2. *e spoliis*; reliqui Bongarsiani *ex spoliis*; Mod. *spolium*; Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Snak. Bip. alii ante Schmieder. *spoliis*, omissa præpositione.—25 Florent. et Voss. 1. *quam sic.* Florent. Leid. Pith. Dan. Bong. et Mer. *propicius insecutos vict semp. e. hostes adjuvissent*; Pal. 1. *propitios insecutos vict. s. e. h. adjuvisset*; Voss. 1. *propicius insecutos vict. s. e. hostis adjuvissent*; Voss. 2. *prop. insec.* omisso *etiam*; Frob. et Col. *adjuvasset.*—26 Voss. 2. omittit *nisi illi, &c.* usque ad *Alexandro t. ducunt.* Mer. omittit *illi.* Florent. Leid. et Voss. *dubia ad hunc.* Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Mer. et Bas. *animos terruissent.*—27 *Interim rex* Bong. 1.

NOTÆ

j *Regis*] Dariì. *Fuisse*] Deos. *Etiam hostis*] Cujus ad victoriam ipsa hostium consilia, Diis volentibus, conduxissent.

quibus matura erat missio,[f] electis DCCCC. fere, equiti bina talenta[k] dedit; pediti terna denarium millia: monitosque, 'ut liberos generarent,' remisit domum. Ceteris gratiæ actæ, quod 'ad reliqua belli navaturos operam' pollicebantur. [Tum Bessus perducitur.] 28. Perventum erat in parvulum oppidum. Branchidæ[l] ejus incolæ erant. Mileto quondam jussu Xerxis, cum e Græcia rediret, transierant, et in ea sede constiterant, quia templum, quod Didymeon[m] ap-

[f] *Selectis iis quibus vacatio militiæ debebatur.*

natura erat Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *permissio* pro *missio* Voss. 2. *relictis DCCCC.* Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *electis nonigentis* Voss. 2. *relictis XC.* vulgg. ante Freinsh. *electis DCCCC.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Pal. 1. Amst. et Lugd. *bina talenta equiti* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. Pro *terna* Voss. 1. habet *t.* Florent. Leid. Voss. 2. Mer. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *ter*; Bong. 1. *terna d. milium.* Voss. 2. *remissi domum.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *navatores*; Voss. 2. *novatores*; Pal. 1. *novaturus*; ceteri et edd. *navaturos.* Verba: *Tum B. p.* pro glossa habent Editores. Voss. 1. *Cum B. p.* Voss. 2. Bong. 1. Amst. et Lugd. *Dum B. p.* edd. vett. *Tum B. producitur.*—28 Florent. Leid. Voss. 1. et Ald. *Branciдæ*; Voss. 2. *Brantiadæ.* Pith. *erant incolæ ejus.* Voss. 2. *Xersis.* Bong. 1. *cum egregie.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *redirent.* Voss. 2. *eadem sede.* Ald. Frob. Bas. Col. Mer. *qui templum*; Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *quia templum*; Voss. 2. omittit *quia*, et habet *templaque*, rejecto etiam *quod*; Florent.

NOTÆ

[k] *Bina talenta*] De talentis lib. III. cap. ult. *Denarium*] Denarii lib. V. cap. 1. tria denarium sive drachmarum millia dimidium efficiunt talentum. Hæc porro ante Oxi trajectum esse gesta docet Arrianus.

[l] *Branchidæ*] Branchus quidam de Machærei stirpe, ut est apud Strabonem lib. IX. præfuit Apollinis templo quod 'Didymeon' vocabatur. Ab eo dicta est Branchidarum familia, penes quam ejusdem templi cura et sacerdotium mansit. Hi fugienti ex Græcia Xerxi, ut diximus lib. IV. cap. 1. templi thesauros prodiderunt. Eam ob rem Milesiorum indignationem veriti, a quibus erat illis templi credita custodia, Xerxem volentem secuti sunt cum universa familia; quæ paulatim sic creverat, ut cum servis, et si qui alii se forte conjunxerant, oppidulum impleret.

[m] *Didymeon*] Didyma locus est prope Miletum urbem Ioniæ, de qua nos ad lib. IV. cap. 1. egimus. Hic templum erat oraculumque Apollinis a quo *Didymeus* et *Didymeus*, Διδυμεύς appellatus est. Neque enim placet mythologica illa nominis ratio quam Macrobius Saturn. lib. I. attulit, ex qua consequens videretur non a Didymis, Didymeum; sed a Didymæo, Didyma esse dicta: quod non putem admittendum. A Διδυμεύς fit Διδυμεῖον, ut a βασιλεύς, βασιλεῖον, quod neutrum est adjectivi; subauditur enim δῶμα. Qua ratione nihil prohiberet dici quoque Διδυμαῖον, *Didymæum*, nisi Græcis usitatius foret illa ædificiorum vocabula ex propriis ho-

pellatur, in gratiam Xerxis violaverant. 29. Mores patrii nondum exoleverant; sed jam bilingues[n] erant, paulatim a domestico externo [que] sermone degeneres. Magno igitur gaudio regem excipiunt, urbem seque dedentes. Ille 'Milesios, qui apud ipsum militarent, convocari' jubet. 30. Vetus odium Milesii gerebant in Branchidarum gentem.[o] Proditis[p] ergo, 'sive injuriæ, sive originis meminisse mallent, liberum de Branchidis' permittit 'arbitrium.' 31. Variantibus deinde sententiis, 'se ipsum consideraturum, quod optimum factu esset,' ostendit. Postero die occurren-

Leid. Voss. 1. et Dan. *templa quod.* Voss. 1. 2. Florent. Leid. alii et pleræque edd. *Didymaon*; Frob. *Didyma.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 2. et Grut. *Græciam Xerxes violaverat*; Dan. *gratiam Xerxes violaverat.*—29 Voss. 2. et Bong. 1. *Mores patrios.* Florent. Leid. et Voss. 2. *exoluerant*; Voss. 1. Dan. et Bong. 1. 2. *exsolverant*; ceteri *exolverant.* Voss. 1. et Dan. *bilinguis.* Edd. fere omnes ante Schmieder. *externoque*, quod Voss. 2. omittit; Bong. Voss. 1. Florent. Leid. Mer. et Mod. *externo*, 'h. e. per externum sermonem.' *Schmieder.* Voss. 2. *accipiunt in urbe.* Mox idem codex: *cum militarent*; Florent. Leid. et Voss. 1. *ipsum militarent*; multæ edd. vett. *ipsum militabant.*—30 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et vulgg. ante Freinsh. *miles gerebat*; Bong. 1. *miles ii gerebant.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. 2. et Fauch. *Brachiadarum*; Voss. 2. *Brachiderum*; Pith. *brachiumdarum*; Ald. *Branciadarum.* Voss. 1. *Proditis ergo his sive*; Voss. 2. *Proditionis ergo sive*; Pal. 1. et Dan. *Perditis ergo sive*; vulgg. ante Freinsh. *Proditionis ergo. His sive*; Florent. Leid. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. ut in textu. Leid. et Ald. *de Brancidis.*—31 Lugd. Amst. alii: *quid optimum.* Florent. Voss. 2. Pith. et Bong. 1. *factum esset*; et ita in Dan. sed

NOTÆ

minum locorumve ducta nominibus per *ειον* flectere. Atque Origenes lib. 1. contra Celsum appellat *Διδυμεῖον*. Ceterum huic loco temploque prius nomen fuit Branchidæ, arum, quam *Didymeon*; ut ex Plinio ac Mela constat.

[n] *Bilingues*] Non quod utraque lingua uterentur, Græcorum et Sogdianorum; sed quod ex ambabus mixtis tertia quædam corrupta existeret.

[o] *Gentem*] Hujus vocis diversa acceptio est. Sæpe nationem integram significat; ut cum dicitur Scythica gens, Ægyptia gens, Italica gens, &c. Nisi forte latius adhuc patet 'gens' quam 'natio,' ut quidem ex his Tullii de Nat. Deor. colligi videtur: 'Deum non curare singulos homines, nec civitates, nec nationes, nec gentes.' Hoc pacto gens contineret nationes, ut natio civitates sive populos, &c. Alia quædam est 'gentis' significatio minus ampla, cum in aliqua civitate plures ab uno capite ductæ familiæ, una 'gens' dicuntur. Sic olim Romæ 'gens Fabia,' 'gens Cornelia,' 'gens Julia,' &c. Posteriore sensu *Branchidarum gentem* dici facile quivis agnoscet.

[p] *Proditis*] Milesiis, quos Branchidæ prodiderant, liberam relinquit de iis decernendi potestatem: sive injuriæ meminisse ad ulciscendum, sive in gratiam originis, (Mileto quippe oriundi erant,) ignoscere proditoribus mallent.

tibus,[q] 'Branchidas secum procedere' jubet. Cumque ad urbem ventum esset; ipse cum expedita manu portam intrat. 32. Phalanx 'mœnia oppidi circumiri' jussa, 'et dato signo diripere urbem, proditorum receptaculum, ipsosque ad unum cædere.' 33. Illi inermes passim trucidantur, nec aut commercio linguæ, aut supplicum velamentis[r] precibusque inhiberi crudelitas potest. Tandem ut dejicerent, fundamenta murorum ab imo moliuntur,[s] ne quod urbis vestigium extaret. 34. Nec mora, lucos[t] quoque sacros non cædunt modo, sed etiam extirpant; ut vasta solitudo et sterilis humus, excussis etiam radicibus, linqueretur. 35.

[s] *Ab ima parte suffodiunt.*

expungitur m. Mer. *concurrentibus.* Florent. et Voss. 1. *Brachiadas;* Voss. 2. et Bong. 1. *Branciadas;* Ald. *Branciadas;* Bas. et Col. *Branchiadas;* Leid. *Barghiadas.* Florent. Voss. 1. et Pith. *ipsum cum, &c.*—32 Voss. 1. *Phallanx;* Voss. 2. *falanx,* et mox *dirrumpere urbem.*—33 Idem codex: *nec commercio,* omisso *aut.* Bong. Mod. et vulgg. *supplicium;* Florent. Ald. Col. Mer. et Bas. *suppliciorum;* Voss. 1. 2. et Leid. *supplicio cum;* Dan. et Pal. 1. *supplicio non.* 'Verba, *ut dejicerent,* tanquam glossema, ego cum Acidalio inducenda puto.' *Schmieder.* Voss. 1. et Leid. *ut deicerent.*—34 Acidalius conj. *Nemora quoque lucosque sacros,* probantibus Freinsh. et Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2.

NOTÆ

[q] *Occurrentibus*] Milesiis utique, non ipsis Branchidis, quod Gallico Interpreti visum erat: sic enim non *Branchidas,* sed *Branchidis* legendum esset præter codicum fidem, parumque ad loci hujus sensum; ubi satis liquet eosdem 'occurrere' quibus pridie responsum erat a rege, 'seipsum consideraturum,' &c. Adde quod *occurrentibus* in tertio esset casu, et ad *jubet* referretur; quod quidem elegantiæ Curtianæ parum convenire arbitror. Porro gemina esse potest hujus loci explicatio. Altera sic: *occurrentibus* Milesiis ut, quæ ipse statuisset, acciperent, *Branchidas,* quos ipse apud se retinuerat, *secum procedere jubet* ad oppidum, ne a communi civium clade, quam meditabatur, immunes essent. Altera ejusmodi: *occurrentibus,* id est, cum occurrissent Milesii, *secum procedere* ipsos *jubet* ad *Branchidas,* sive oppidum Branchidarum; visuros quid ipse decrevisset.

[r] *Velamentis*] Frequens apud Livium et Tacitum mentio 'velamentorum,' quæ supplices ad pacem impetrandam a victoribus præferebant: quod Gallicum Interpretem fugerat, cum ita transtulit quasi scriptum esset a Curtio: *aut supplicum lamentis precibusque, &c.*

[t] *Lucos*] Profanis numinibus dicatos fuisse lucos, Sacræ pariter Profanæque Literæ passim testantur. A luce dictos esse 'lucos' consensu traditur: sed alii per antiphrasim accipi volunt, quod minime 'luceant,' propter arborum densitatem quas cædere nefas erat: alii sine antiphrasi dictos volunt, quod nocturno sacrificantium lumine lucerent.

Quæ si in ipsos proditionis auctores excogitata essent; justa ultio esse, non crudelitas videretur: nunc culpam majorum posteri luere, qui ne viderant quidem Miletum, adeo Xerxi non potuerant prodere. 36. Inde processit ad Tanain[t] amnem. Quo perductus est Bessus non vinctus modo, sed etiam omni velamento corporis spoliatus. Spitamenes eum tenebat collo inserta catena; tam barbaris, quam Macedonibus gratum spectaculum. 37. Tum Spitamenes, 'et te,' inquit, 'et Darium reges meos ultus, interfectorem domini sui adduxi, eo modo captum, cujus ipse fecit exemplum.[u] Aperiat ad hoc spectaculum oculos Darius. Existat ab Inferis, qui illo supplicio indignus fuit, et hoc solatio dignus est.' 38. Alexander, multum collaudato Spitamene, conversus ad Bessum, 'Cujus,' inquit, 'feræ rabies occupavit animum tuum, cum regem de te optime meritum prius vincire, deinde occidere sustinuisti? Sed hujus parricidii mercedem falso regis nomine persolvisti.'[s] 39. Ibi ille facinus purgare non ausus; 'regis titulum se usurpasse' dixit, 'ut gentem suam tradere ipsi possit; qui si cessasset,[r]

[s] *Sed tu hujus sceleris præmium tibi usurpasti, nempe vanum regis titulum.*
[r] *Si id facere distulisset.*

et Bong. habent, *quoque lucos.* Voss. 2. omittit *modo.*—35 *Qui in ipsos* Voss. 2. Dau. et Pal. 1. *adeo et Xerxi;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Bas. Col. et Ald. *ideo et Xerxi.* Fauch. *non poterant.*—36 Voss. 2. *precessit ad T.* Voss. 1. 2. Dan. Frob. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *productus.* Voss. 2. *inserta collo catena;* Pith. *collo insertam catenam.* Florent. Leid. Voss. 1. et Dau. *gratum exspectaculum.*—37 Fauch. *Adaperiat.* Voss. 2. *Aperiat hoc sp.* omisso *ad.* Voss. 2. *oculos Darius existat.* Florent. et Leid. *Exsistit;* Bong. 1. a m. sec. *Exestat.* Voss. 1. *et ob solatio;* Heinsius conj. *sed hoc solatio.*—38 Voss. 2. *et deinde occidere.* Pal. 1. omittit *regis* ante *nomine.* Acidalius conj. *persolvisti tibi. Ille, &c.* quam conj. probante Heinsio, recepit Bothe.—39 Pro vulg. *usurpare* Freinsh. malit *usurpasse;* quod ex Theocr. reposuit Schmieder. Voss. 2. omittit *suam* post *gentem.* Lugd. et Amst. *posset,* probante Bothe; sed Florent. Voss. 1. 2. Dan. aliique *possit.*

NOTÆ

[t] *Ad Tanain*] Versus Tanaim; prius enim Maracanda cepit, quam Tanaim attingeret, ut ex Arriano constat. In itinere ergo, non ad fluvium demum agenti Bessus sistitur. *Catena*] Idem auctor ex Ptolemæo et Aristobulo refert capistro vinctum fuisse perductum; et paulo aliter hanc Bessi capti historiam persequitur, ut et Diodorus.

[u] *Exemplum*] Cum Darium catenis vinctum per summam injuriam et ignominiam abduxit, lib. v. cap. 7.

alium fuisse regnum occupaturum.' 40. At Alexander Oxathren, fratrem Darii, quem inter corporis custodes habebat, 'propius' jussit accedere; 'tradique Bessum ei, ut cruci affixum[v] mutilatis auribus naribusque sagittis configerent barbari; asservarentque corpus, ut ne aves quidem contingerent.' Oxathres 'cetera sibi curæ fore pollicetur. 41. Aves non ab alio, quam a Catene posse prohiberi' adjicit; eximiam ejus artem cupiens ostendere: namque adeo certo ictu destinata feriebat, ut aves quoque excideret.[w] 42. Nam etsi forsitan, sagittandi tam celebri usu minus admirabilis videri hæc ars possit; tamen ingens visentibus miraculum, magnoque honori Cateni fuit. 43. Dona deinde omnibus, qui Bessum adduxerant, data sunt. Ceterum supplicium ejus distulit, 'ut eo loco,[x] in quo Darium ipse occiderat, necaretur.'

VI. 1. Interea Macedones ad petendum pabulum incomposito agmine egressi, a barbaris, qui de proximis montibus decurrerunt, opprimuntur; pluresque capti sunt, quam occisi: 2. barbari autem, captivos præ se agentes,

---

Heinsius conj. *quod si cessasset*; Mer. *qui si cessisset*.—40 Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *Et Alexander*; Voss. 2. omittit *At*. Florent. Leid. Voss. 1. et Dan. *Oxathen*; Voss. 2. *Meatem*; Ald. *Oxyartem*; Pith. *Oxarthen*; Fauch. *Oxatem*, sed superscr. *r*; ceteri codd. et Edd. *Oxyatrem*. Plutarchus in Alexandro *Exatrem* vocat. Mer. *traditque Bessum*. Florent. *ut nec aves*. Alii *Oxatres*; Voss. 2. *Méates*.—41 Mod. Amst. et Lugd. *ab alio melius quam*. Vox *melius* non habetur in codd. et edd. antiq. Voss. 2. et Pith. *a Cathene*; iidem et Fauch. *adjecit*; Leid. Voss. 1. et Bong. 1. 2. *adicit*. Voss. 1. *namque ideo*.—42 Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Nam si forsitan*; Voss. 2. *Namque etsi forsitan*; Bong. *Nunc si forsitan*; Both. legit, *Nunc etsi forsitan*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. et Mer. *sagittis* pro *sagittandi*. Leid. et Voss. 1. 2. *ars hæc possit*. Pal. 1. et Bong. *tam ingens*; Leid. Voss. 1. Sigeb. et Dan. *tum ingens*, quod recepit Bothe. Pal. 1. *honori etatem fuit*.

1 Pith. *egressi incomposito agmine*. Voss. 2. omittit præpositionem ante

NOTÆ

[v] *Cruci affixum*] Plutarchus alligatum scribit duabus arboribus vi curvatis ad invicem: quibus deinde laxatis impetu discerptus sit. Diodorus omni contumelia et cruciatus genere affectum, postea minutatim concisum, postremo frusta corporis huc illuc fundis esse disjecta.

[w] *Exciperet*] Volantes aves sagitta transfigeret.

[x] *Eo loco*] Tamen inferius cap. 10. Ecbatana missum ad supplicium videbimus.

rursus in montem recesserunt. XX. millia[a] latronum erant: fundis sagittisque pugnam invadunt. 3. Quos dum obsidet rex, inter promtissimos dimicans sagitta ictus est, quæ in medio crure fixa reliquerat spiculum. 4. Illum quidem mœsti et attoniti Macedones in castra referebant: sed nec barbaros fefellit subductus ex acie rex;[a] quippe ex edito monte cuncta prospexerant. 5. Itaque postero die misere legatos ad regem, quos ille 'protenus' jussit 'admitti;' solutisque fasciis magnitudinem vulneris dissimulans crus barbaris ostendit. 6. Illi jussi 'considere' affirmant 'non Macedonas, quam ipsos fuisse tristiores cognito vulnere ipsius: cujus si auctorem reperissent, dedituros fuisse: 7. cum Diis enim pugnare sacrilegos tantum. Ceterum se gentem in fidem dedere, superatos virtute illius.' Rex, fide data et captivis receptis, gentem in deditionem accepit. 8. Castris inde motis lectica militari ferebatur, quam pro se quisque eques pedesque subire certabant. Equites, 'cum quibus rex prælia inire solitus erat, sui muneris id esse' censebant. Pedites contra, 'cum saucios commilitones ipsi gestare assuevissent, eripi sibi proprium officium tum potissimum, cum rex gestandus esset,' querebantur. 9. Rex in tanto utriusque partis certamine et sibi difficilem, et præ-

[a] *Nec barbaris latuit Alexandrum ex prælio asportatum esse.*

---

barbaris. Nonnulli codd. *ubi de proximis.* Mer. *plures capti sunt.*—4 Voss. 2. *in castra referunt.* Mox Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Lugd. et Amst. omittunt *rex.*—6 Voss. 2. *affirmat Macedonas,* omisso *non;* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *a. n. Macedones.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *tristiores fuisse.* Vid. Not. Var. Leid. *cujus si actorem.* Voss. 2. omittit *Diis.*—7 Bong. 1. *superato.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *vulnere* pro *virtute.* Bong. 1. *illis* pro *illius.*—8 Pal. 1. *pre se.* Paulo post, Pith. *Pedites cum contra;* Lugd. Amst. Mod. alii: *Pedites cum saucios.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Sigeb. Colon. et Ald. *ipse gestare;* Florent. Voss. 1. 2. Sigeb. Colon. et Ald. *assuevisset.* Voss. 2. omittit *sibi.*—9 Mer. *certamine*

NOTÆ

[a] *XX. millia*] Apud Arrianum *triginta* leguntur *millia;* qui etiam a Curtio diversa narrat: collem scilicet in quem refugerant vi captum esse, plerosque barbarorum cæsos, alios e rupibus sese præcipitasse, adeo ut ex triginta millibus octo solum millia evaserint.

teritis gravem electionem futuram ratus, 'invicem subire eos' jussit.[a] 10. Hinc quarto die ad urbem Maracanda[b] perventum est. LXX. stadia murus urbis amplectitur: arx nullo cingitur muro. 11. Præsidio urbi relicto, proximos vicos depopulatur atque urit. Legati deinde Abiorum[c] Scytharum superveniunt; liberi, ex quo decesserat[d] Cyrus;

[a] *Existimans delectum suum fore odiosum iis qui ab eo exclusi essent, voluit utrosque alternis lecticam gestare.*

partis. Eadem et Col. *et præturis gravem.*—10 *Tunc quarto die* Voss. 2. *Marupenta* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *Marupatam* Pal. 1. *Manupenta* Voss. 1. et Bong. 2. *Marupentha* Pith. *Pro arx* Fauch. *arex;* Pith. *ars.* Florent. Leid. Voss. 1. Mer. Bas. Col. Ald. et Mod. *illinc cingitur muro ac præsidio;* Voss. 2. *illic cingitur muro ac præsidio;* edd. antiqq. et recentt. post Freinsh. *nullo cingitur muro. Præsidio,* &c. Heins. conj. *arx alio cingitur muro.* Florent. Bong. 2. et Voss. 1. *urbis relictos;* Leid. Voss. 2. Ald. Mer. Bas. et Col. *urbis relicto;* Pal. 1. *urbis relictis.* Voss. 2. *proximos inde vicos.*—11 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. Mer. Bas. et Col. *Aulorum;* Ald. *Albiorum;* Mod. Frob. et Amst. *Aviorum.* Voss. 1. *citarum superveniunt.* Ald. *libero.* Pith. omittit, *nisi*

NOTÆ

[b] *Maracanda*] Hæc Germana est hujus vocis scriptura, quæ apud varios varie corrupta reperitur; proxime a vero *Paracanda* legitur apud Strabonem lib. XI. Erat hæc Sogdianæ regia, quam aliqui hodiernam esse putant *Samarcanda*, Tamerlanis sedem. Alia fuerunt in Bactrianis *Maracanda* ad fluvium Dargomanem, quæ perperam ab aliquibus cum istis confunduntur.

[c] *Abiorum*] Græcum hoc nomen esse dubium non est; sed quæ nominis significatio quæve causa sit, non ita certum, adeo multiplex est hujus vocis sensus. Nam cum varia potestas est particulæ α, quæ modo negandi, modo vim habet augendi; tum duæ sunt voces, βία et βίος, quibuscum jungi potest; eæque iterum diversos singulæ habent significatus. Ita fit ut ἄβιος sit *infirmus* et *robustus; qui vim non infert, qui vim non patitur; inops* et *dives; longævus, cælebs,* &c. quorum aliqua his populis non congruunt, pleraque convenire possunt. Utut est, illud minime dubium hos intelligi Abios, qui ab Homero tanquam 'mortalium justissimi' prædicantur Iliad. N. 6. ut diserte Arrianus testatur initio lib. IV. Apud Latinos scriptores 'Avii' quandoque scribuntur propter affinitatem soni *B* et *V*. Unde porro legatio hæc Abiorum ad Alexandrum missa fuerit, dici vix reor posse. Quamvis enim Ptolemæus Abios in Scythia extra Imaum collocaverit, tamen ex Strabone lib. VII. constat Abiorum nomen commune Scythicarum gentium fuisse, quæ justam et simplicem præ paupertate vitam agerent. Neque enim Homerus cum Abios vocaret, Scytharum discrimina noverat, ut ex eodem Strabone colligitur. Hi autem Nomades cum fuerint, nec unam, nec certam sedem habuerunt.

[d] *Ex quo decesserat*] Cyrus Persici imperii conditor insidiis Tomyris Massagetarum reginæ exceptus perierat

tum imperata facturi. Justissimos barbarorum constabat: armis abstinebant nisi lacessiti. Libertatis modico et æquali usu, principibus humiliores pares fecerunt.[e] 12. Hos benigne allocutus, ad eos Scythas, qui Europam [e] incolunt, Peridam quendam[f] misit ex amicis, qui denuntiaret eis, [e] ne Tanain amnem regionis injussu regis transirent:' eidem mandatum, [e] ut contemplaretur locorum situm; et illos quoque Scythas, qui super Bosporo[g] incolunt, viseret.' 13. Condendæ urbi sedem super ripam Tanais elegerat; claustrum et jam perdomitorum, et quos deinde adire decreverat. Sed consilium distulit Sogdianorum nuntiata defectio, quæ Bactrianos quoque traxit. 14. VII. millia equitum erant,

[e] *Moderato et pari inter omnes jure libertatis utentes, eos qui primoribus inferiores erant, ipsis æquales reddiderunt.*

---

lacessiti. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pith. Fauch. et Bong. 2. omittunt *pares.* Amst. et Lugd. *fecerant.*—12 Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *ad hos Schythas.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *Pendam;* ceteri et edd. fere omnes *Penidam;* Popma conj. *Menidam.* [f] Ex Gronovii conj. ad Arrian. p. 75. et ex cod. Voss. 2. scripsi *Peridam,* quod nomen non ignoratur, et facillime fit ex plurimorum codd. lectione *Pendam.* Freinshemio vox *quendam* ex corrupto nomine præcedente nata videtur.' *Schmieder.* Pith. omittit *quendam.* Voss. 2. *ei ne T.* Florent. Leid. Voss. 1. Frob. Mer. Bas. et Col. *his ne T.* Ald. *his me T.* Bong. *jussu regis;* et sic in Fauch. ubi superscr. *sine.* Voss. 2. *ei mandatum,* et mox *Bosforon;* Leid. et Voss. 1. *Bosforo;* Fauch. *Bosforum;* Pal. 1. *Bosphorum;* Mer. *Bosphororum.*—13 Pith. *Colendæ.* Omnes fere codd. et edd. ante Schmieder. *urbis;* Florent. *urbi.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *eligeret.* Ald. et Mer. *perdomiturum;* Frob. et Bas. *perdomituro;* Col. *perdomiturus.* Voss. 2. *et quem;* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Mer. Bas. et Col. *et quod;* Pal. 1. *id quod;* Frob. *quos,* omisso *et.* Voss. 2. *quæ et Bactrianos.*

NOTÆ

abhinc annos 200. Vide Justinum lib. 1. a quo tamen de mortis genere locoque dissentiunt Ctesias, Xenophon, &c.

[e] *Qui Europam*] Quia Iaxartem pro Tanai habuerunt, ut cap. 10. videbimus; propterea quæ ultra amnem erant, Europæ attribuunt.

[f] *Peridam quendam* [*Berden*] Cum hoc loco varie legeretur, *Penidam, Pendam, &c.* infra autem lib. VIII. cap. 1. idem ipse nulla lectionum varietate 'Berdes' vocetur; satius putavi locum certo depravatum emendare, quam eum qui suspectus esse vix potest. Vocem *quendam,* auctore Freinshemio, tanquam adventitiam delevi; quam etiam optimus codex Pithœanus omittit.

[g] *Super Bosporo*] Vide quæ de Bospero ac Bosporanis lib. VI. cap. 1. diximus. Verum hoc quoque eodem ex errore natum apparet, quod ut Tanaim, ita Bosporum ad mare Caspium transtulerint.

quorum auctoritatem ceteri sequebantur. Alexander Spitamenen et Catenen, a quibus ei traditus erat Bessus, haud dubius quin eorum opera redigi possent in potestatem, coërcendo eos, qui novaverant res, jussit arcessiri. 15. At illi defectionis, ad quam coërcendam evocabantur, auctores, vulgaverant famam, 'Bactrianos equites a rege omnes, ut occiderentur, arcessiri: idque imperatum ipsis; non sustinuisse tamen exequi,[d] ne inexpiabile in populares facinus admitterent. Non magis Alexandri sævitiam, quam Bessi parricidium ferre potuisse.' Itaque sua sponte jam motos metu pœnæ haud difficulter concitaverunt ad arma. 16. Alexander, transfugarum defectione comperta, 'Craterum obsidere Cyropolim'[h] jubet: ipse aliam urbem regionis ejusdem corona capit; signoque, ut puberes interficerentur, dato, reliqui in prædam cessere victoris: urbs diruta est, ut ceteri cladis exemplo continerentur. 17. Memaceni[i] valida gens obsidionem non ut honestiorem modo, sed etiam

[d] *Et cum hoc sibi mandatum esset ab Alexandro, noluisse ipsos facere.*

—14 Leid. *Spitamen;* Pith. et edd. vett. *Spithamenem;* ceteri codd. *Spitamenen.* Bong. 1. Pith. et edd. vett. *Cathenem;* membranæ *Catenen.* Florent. omittit *ei* ante *traditus;* Dan. *et traditus.* Ald. *cohercendo eos.* [c] Hæc verba, *coërcendo eos,* ex seqq. huc ascendisse, nihilque sensum juvare, sed potius magnopere inquinare, recte censuit Freinshemius.' *Schmieder.* Ald. Frob. Bas. et Col. *qui moverant res;* Mer. et Voss. 2. *qui noverant res;* Mod. et Elz. *qui novaverant,* omisso *res.* Voss. 2. *remisit* pro *jussit;* Pith. *in potestatem jussit.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *accersi;* Pal. 1. *arcessiri,* ubi porro omittuntur sequentia usque ad illa: *idque imperatum.*—15 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Frob. Mer. Bas. et Col. *vulgaverunt famam.* Voss. 2. *ut occiderent.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *accersi.* Voss. 2. *admitteretur,* et mox: *jamque metu pœnæ motos.* Voss. 1. *aut difficulter.*—16 Pith. *Catherum obsidioni.* Ald. *Cyropolin; Cyropolim* Bong. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et ceteræ edd. Voss. 2. *cessere victoribus.* Ald. *urbs dirupta.* Florent. Leid. et Mer. *cladis ejus exemplo.*—17 Voss. 2. *Nenaceni,* et paulo post: *in deditiones.*

NOTÆ

[h] *Cyropolim*] Urbem a Cyro illo conditam, ut nomen sonat. Eadem est Ptolemæi *Cyreschata,* Κυρέσχατα, quasi dicas *Cyri ultima;* quod Strabo quoque confirmat lib. XI. καὶ τὰ Κύρα ἔσχατον ὂν τοῦ Κύρου κτίσμα, κ. τ. λ. *Et Cyra ultimum eorum quæ Cyrus condidit ad Iaxartem, &c.* Erat enim ea parte Persici imperii terminus.

[i] *Memaceni*] Horum apud alios nulla præterea mentio. Porro cum trium tantum urbium mentionem hic Curtius faciat captarum ab Alexandro, Arrianus tamen septem numerat.

ut tutiorem, ferre decreverant. Ad quorum pertinaciam mitigandam rex L. equites præmisit, qui 'clementiam ipsius in deditos, simulque inexorabilem animum in devictos,' ostenderent. 18. Illi 'nec de fide, nec de potentia regis ipsos dubitare' respondent; equitesque 'tendere extra munimenta urbis' jubent. Hospitaliter deinde exceptos, gravesque epulis et somno, intempesta nocte adorti interfecerunt. 19. Alexander haud secus, quam par erat, motus, urbem corona[j] circumdedit; munitiorem, quam ut primo impetu capi posset. Itaque Meleagrum et Perdiccam in obsidionem jungit, Cyropolim, ut ante[k] dictum est, obsidentes. 20. Statuerat autem parcere urbi conditæ a Cyro: quippe non alium gentium illarum magis admiratus est, quam hunc regem, et Semiramin,[l] in quis 'et magnitudi-

Venet. Veron. Vet. 1474. Mediol. Ald. Frob. Mer. et Col. *exorabilem;* Mod. Freinsh. et recentt. *inexorabilem.* Voss. 2. *in victos.*—18 Modius legit, *nec de clementia;* Bong. 1. *n. d. sevitia,* cum rasura; Pal. 1. Bong. 2. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venet. Veron. Rom. Mediol. Ald. Colin. Gryph. et recentt. *n. d. potentia.* Voss. 1. *Ospitaliter deinde;* Mod. *Hospitaliter inde.* Pith. omittit *adorti,* pro quo Voss. 1. exhibet *adhosti.*—19 Voss. 2. *Alexander secus,* omisso *haud.* Voss. *coronam circumdedit.* 'Intricata et dissentanea esse hæc, *Itaque Meleagrum, &c.* nemo non videt, præcipue si cum narratione Arrianea comparantur. Maxime inclinor, ut cum Freinshemio lacunam hic esse credam, quam ille vir sagacissimus sic explere conatus est: *Itaque Meleagrum et Perdiccam in obs. ejus* [urbis Memacenorum] *reliquit. Ipse cum reliquis profectus, Crateri quoque copias suis junxit, Cyropolim, &c.* sc. ut prius hanc urbem caperet.' *Schmieder.* Bong. 2. et Voss. 1. *in obsidione.*—20 Voss. 2. *conditæ urbi,* et mox *aliud gentem.* Voss. 1. *ammiratus est.* Bong. 1. et Voss. 1. *quam hinc regem.* Florent. et Leid. *et Samiramin in quos et magnitudinem animi et claritate;* Voss. 1. *et Samiramin in quos ad m. a. et claritate;* Voss. 2. *et Semiramin in quos m. a. at claritatem;* Pal. 1. *et Semiramin in quos et*

NOTÆ

[j] *Corona*] Quale esset genus hoc oppugnationis, ex Lipsio diximus lib. IV. cap. 24.

[k] *Ut ante*] De solo Cratero dixerat Cyropolim obsidere jussum, et quæ sequuntur de capta Cyropoli satis indicant Meleagrum et Perdiccam in ejus obsidione non fuisse. Merito igitur lacunam hic esse censuit doctissimus Freinshemius; quam sic explevit: *Itaque Meleagrum et Perdiccam in obsidione* * ejus relinquit: ipse cum reliquis profectus Crateri quoque copias suis * *jungit, Cyropolim, ut ante dictum est, obsidentes.*

[l] *Semiramin*] Nini uxor fuit ejus qui Assyriorum regum primus memoratur: quo mortuo, virilis animi fœmina, cum videret hinc filii sui Ninyæ pueritiam, inde sexum suum contemtui fore; puerum se esse Ninyam mentita est: sub ejusque persona imperium, dum hic adolesceret, administravit; multis maximisque rebus

nem animi, et claritatem rerum longe emicuisse' credebat. 21. Ceterum pertinacia oppidanorum ejus iram accendit. Itaque 'captam urbem diripere'[m] jussit 'delectos Macedones,' haud injuria infestos; et ad Meleagrum et Perdiccam redit. 22. Sed non alia urbs fortius obsidionem tulit: quippe et militum promtissimi cecidere, et ipse rex ad ultimum periculum venit: namque cervix ejus saxo ita icta est, ut oculis caligine offusa collaberetur, ne mentis quidem compos: exercitus certe velut erepto eo[o] ingemuit. 23. Sed invictus adversus ea, quæ ceteros terrent, nondum percurato vulnere, acrius obsidioni institit, naturalem celeritatem ira concitante. Cuniculo[n] ergo suffossa mœnia ingens nudavere spatium; per quod irrupit, victorque urbem dirui jussit. 24. Hinc Menedemum[o] cum III. millibus peditum et DCCC. equitibus ad urbem Maracanda misit. Spitame-

[o] *Quasi mortuus foret.*

---

magnitudine et claritate. Mod. omittit *credebat.*—21 Leid. et Voss. 1. 2. *iram ejus.* Bong. 2. *ascendit.* 'Cur potissimum *delectos*, cur non omnes, causam non video. In cod. Theocr. est: *diripi jussit ac delere.*' Schmieder. Codd. Modii *diripi jussit. Delectæ Macedones*, &c. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. et Mer. *diripi*; Bong. *deripi.* Florent. Leid. Bong. et Dan. *delecta*; Voss. 1. *delete*; Voss. 2. *dilere*; Pal. 1. *dilectos.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *ad Meleagrum*, omisso *et.* Vide Not. Var. Mer. *reddit.*—22 Voss. 2. *promptissimi occidere.* Pal. 1. *ad u. periculi*; Voss. 1. *ad u. p. pervenit.* Voss. 2. *ita saxo.* Sigeb. Pal. 1. et Bong. 1. *confusa*; Mer. *effusa*; Amst. et Lugd. *effusis*; Mod. Col. al. *confusis*; Dan. Bong. 2. Florent. Leid. Voss. 1. et edd. vett. et recentt. post Freinsh. *effusa.* Pith. et Fanch. *nec mentis.* Pith. omittit *ex. e. v. e. e. ingemuit.* Florent. Leid. Voss. 1. veteres Heinsii et Modii membranæ: *erepto in eo.*—23 Pal. 1. *obsidioni incubuit.*—24 Pal. 1. *peditum DCCC.*, omisso *et.* Voss. 2. *equitum* pro *equitibus.* Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. Col. et Bas. *Maracandam*; Voss. 2. *Maraquandam.* Bong. *Spithamenes.* Voss. 2.

NOTÆ

gestis; de quibus Diodorus lib. II. Justinus lib. I. sub init.

[m] *Diripere*] Alia est Acidalii lectio partim ex codicibus, partim ex conjecturis restituta sic: *Urbem diripi jussit. Delecta, Memacenis haud injuria infestus, ad Meleagrum et Perdiccam redit.* Sed vulgatam mutare nihil cogit. Longiorem obsidionis narrationem texit Arrianus lib. IV.

[n] *Cuniculo*] De cuniculis vide lib. IV. cap. 6.

[o] *Menedemum*] Adjunctis Caranо et Andromacho, sive Aristomacho, et Pharnuche Lycio interprete, ut est apud Arrianum. *Tria millia*] Idem solum MD. numerat.

nes transfuga, præsidio Macedonum inde dejecto, muris urbis ejus incluserat se:[p] haud oppidanis consilium defectionis approbantibus: 25. sequi tamen videbantur, quia prohibere non poterant. Interim Alexander ad Tanain amnem redit, et, quantum soli occupaverant castris, muro circumdedit. LX. stadiorum[q] urbis murus fuit: hanc quoque urbem 'Alexandriam' appellari jussit. 26. Opus tanta celeritate perfectum est, ut decimo septimo die, qua munimenta excitata erant, tecta quoque urbis absolverentur. 27. Ingens militum certamen inter ipsos fuerat, ut suum quisque munus, (nam divisum erat,) primus ostenderet. Incolæ novæ urbi dati captivi,[r] quos reddito pretio dominis liberavit, quorum posteri nunc quoque nondum apud eos tam longa ætate propter memoriam Alexandri exoleverunt.

VII. 1. Rex Scytharum, cujus tum ultra Tanain imperium erat, ratus eam urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis impositam esse cervicibus, fratrem Cartasim nomine cum magna equitum manu misit 'ad diruendam eam, proculque amne summovendas Macedonum copias.' 2. Bactrianos Tanais[s] ab Scythis, quos Euro-

omittit, *inde dejecto*. Voss. 1. *aut oppidanis*. Florent. *consilio*.—25 Voss. 1. omittit *ad* ante *Tanaim*, et mox habet, *urbem Alexandria*; Ald. *urbem Alexandreiam*.—26 Voss. 2. *quota decima se die*; Voss. 1. et Ald. *XVII. die*; Pith. *XVIII. die*, sed *I.* semiexscalpto. Florent. Leid. Bong. 1. Frob. Amst. et Lugd. *quam munimenta*, quod recepit Bothe; Voss. 2. *excita erant*.—27 Voss. 2. omittit, *inter ipsos*. Florent. *primus offenderent*. Paulo post, Bong. 1. et Voss. 2. omittunt *nondum*, pro quo Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. habent *non*. Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. al. *exoluerunt*; Voss. 1. *exolverent*. Florent. Leid. Fauch. et Bong. 1. *exoleverunt*.

1 Florent. Leid. Voss. 2. et Bong. *At rex*; Voss. 1. *Ut rex*. Voss. 2. *in ripam amnis*. Florent. Leid. Bong. Amst. et Lugd. *Carthasim*; Ald. Frob. Mer. Col. et Bas. *Charcasim*; codex Raderi, *Carchasim*. Florent. *ad diripiendam*; Voss. 1. et Bong. 1. *dirupendam*. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *ad summovendas*.—2 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Pal. 1. et Bas.

NOTÆ

[p] *Incluserat se*] Inde tamen Macedonum præsidium, quod in arcem refugerat, obsidebat, Arriano teste.

[q] *LX. stadiorum*] Septem milliarium cum quingentis passibus.

[r] *Captivi*] Arrianus, 'eam mercenariis Græcis habitandam tribuit, et finitimis barbaris, quibus sua sponte eo commigrandi voluntas fuit; nonnullis etiam Macedonibus qui inepti bello erant.'

[s] *Bactrianos Tanais*] Idem error, ut

pæos vocant, dividit. Idem Asiam et Europam [b] finis interfluit. 3. Ceterum Scytharum gens haud procul [c] Thracia [sita ab Oriente] ad Septemtrionem se vertit; Sarmatarumque, ut quidam credidere, non finitima, sed pars est. 4. Recta deinde [d] regionem aliam [e] ultra Istrum [f] jacentem

Europeas; Col. *Europeos.* Pal. 1. *Idem Asiæ et Europæ interfluit;* Modii membranæ: *Jam Asiæ et Europæ fines interfluit.*—3 Voss. 1. *aut procul.* Voss. 2. omittit *sita ab Oriente,* probante Schmieder. Pal. 1. *in Oriente.* Voss. 1. *ut quidam credidere.*—4 Bong. *regionem alium;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dau. *regione alium;* Mer. *regione alaunum.* Voss. 2. *Histrum.* Flo-

NOTÆ

vidimus supra cap. 3. et lib. VI. cap. 5. ex Parapamiso Caucasum, Euxinum ex Caspio, Tanaim ex Iaxarte fecit. Verus Tanais quis sit, diximus ad lib. VI. cap. 3. Nunc iste Pseudo-Tanais Iaxartes est; sive, ut Arrianus vocat, Orxantes: quem Scythæ patria lingua *Silyn* vocant, teste Plinio lib. VI. cap. 16. Oritur ex Parapamiso, et Sogdianam ac Scythas medius interfluit; Bactrianam proprie dictam nusquam attingit. Quare sic interpretandus Curtius, ut Bactrianæ nomine ipsa quoque Sogdiana comprehendatur. Hodie *Chesel* Tartaris vocari ferunt.

[b] *Asiam et Europam*] Hæc vero proprieque dicto Tanai conveniunt; huic nostro per errorem accommodantur, qui longo intervallo abest ab Europa.

[c] *Haud procul*] Vide lib. VI. cap. 2. *Sarmatarum*] 'Veteres Græcorum scriptores universas gentes Septemtrionales Scytharum et Celtoscytharum nomine affecerunt.' Strabo lib. XI. Hoc sensu Scythia nec pars erat, nec finitima Sarmatiæ; sed ipsa potius Sarmatia Scythiæ quædam portio. Nam, ut addit idem Strabo, 'iis autem antiquiores ita diviserunt eas, ut qui supra Euxinum, Istrum, et Adriam (in Septemtrionem) eos omnes Hyperboreos, Sauromatas, et Arimaspos appellarent: qui trans mare Hyrcanum, Sacas et Massagetas.' Duplex porro Sarmatia distinguitur, Europæa et Asiatica. Illa ab Germania et Pannonia ad Orientalem Europæ limitem extensa, maximam Polonici Moschoviticique imperii partem occupabat: ista ulterius usque ad Carambycen fluvium et lineam ab illo ductam ad Boreale Caspii littus supra Volgam extendebatur.

[d] *Recta deinde*] Obscuri ac depravati loci duplex est a Freinshemio restituta lectio. Prioris, quam sequimur, sententia est: Scythiæ regio, qua patet in longum, ab Thracia excurrens Alaunos attingit, et ad Bactrianam usque pertinet; quæ omnium Asiæ partium proxime ad Septemtrionem accedit. Hanc enim, falsam licet, Curtii mentem esse constat ex iis quæ hactenus vidimus. Altera lectio sic habet: *recta deinde regionem in aliam ultra Istrum jacentem coit: ultima Asiæ, quæ Bactra sunt, stringit, quæ Septemtrioni proxima sunt.* Sed hæc ad Curtii quidem sensum hoc loco minus apta visa est.

[e] *Aliam* [*Alaunum*] Alauni sive Alani a Ptolemæo, Plinio, Josepho, aliisque collocantur in Sarmatia Europæa supra Mæotim paludem, circa Tanaim: quæ satis apte Curtio congruunt, unicum hunc Tanaim agno-

colit: ultima Asiæ, quæ Bactra sunt, stringit: quæ Septemtrioni proxima sunt, profundæ inde sylvæ [g] vastæque solitudines excipiunt. Rursus quæ ad Tanain et Bactra spectant, humano cultu haud disparia sunt.[a] 5. Primum cum hac gente non provisum bellum Alexander gesturus, cum in conspectu [h] ejus obequitaret hostis, adhuc æger ex vulnere, præcipue voce deficiens, quam et modicus cibus et cervicis extenuabat dolor, 'amicos in consilium advocari' jubet. 6. Terrebat eum non hostis, sed iniquitas temporis. Bactriani defecerant: Scythæ etiam lacessebant: ipse non insistere in terra, non equo vehi; non docere, non hortari suos poterat. 7. Ancipiti periculo implicitus, Deos quoque incusans, querebatur, 'se jacere segnem, cujus velocitatem ne-

[a] *Non dissimilia sunt iis terris quas homines colunt.*

rent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Pal. 1. Frob. et Mer. *stringit habitant quæ;* Ald. Colin. Gryph. et Bas. *stringit, habitat, quæ.* Leid. pro *proxima* habet *propia;* Voss. 2. Dan. Pith. et Fasch. *propria;* Pal. 1. et Pith. 1. *proprie;* Voss. 1. et Bong. 2. *propriæ;* Theocr. *propriora.* Florent. et Leid. *Rursus quæque et Tanain;* Voss. 1. Dan. et Ald. *Rursus quæ et Tanain;* Voss. 2. *Rursus et Tanaim;* Bong. 2. *Rursusque et Tanain.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Dan. *exspectant.* Mer. *ab humano.* Voss. 1. *aut disparia;* Pith. *haud procul disparia.*—5 *Primus* edd. vulgg. ante Schmieder. qui ex cod. Voss. 2. lectionem nostram recepit. Pal. 1. omittit *Alexander.* Voss. 2. pro *cervicis* habet *vocis.* Florent. et Leid. *extenuebat.* Voss. 2. *concilium a. jubet.*—6 Voss. 1. *Scite;* Pal. 1. *Scythæ et lacessebant.* Heinsius conj. *insistere terræ,* vel *in terram.*—7 Voss. 2. *nemo valuisset,* omisso *antea.* Florent.

NOTÆ

scenti; adeoque Mæotim paludem in Caspium influere existimanti, ut ostendimus ad cap. 3. et ad lib. VI. cap. 4. Plura qui volet de Alanis, Valesium adeat in Marcellini lib. XXXI. cap. 5. Sed ut aliæ Scytharum gentes, sic ista non unam sedem habuit; cum a Ptolemæo et Alanus mons in Scythia intra Imaum reponatur, cujus accolæ, ut verisimile est, Alani.

[f] *Ultra Istrum*] Ister lib. IV. cap. 11. *Ultra Istrum* autem cum dicit, Thraciæ habito respectu loquitur, ut patet quoque ex lib. VI. cap. 2. de qua etiam sumi oportet illud *deinde*, quod est, 'ab eo loco.' Neque enim, si Asiæ respectu loqueretur, Scytharum regionem ultra Istrum diceret protendi. Vides ergo quod modo dicebamus, minus convenire præsenti loco alteram illam lectionem, quæ ab Asia Europam versus in Scythiæ situ describendo procedit.

[g] *Inde sylvæ*] Id est, penitius et remotius a Bactris (versus Boream) sylvæ sunt et paludes. *Freinsh.*

[h] *In conspectu*] Immo non in conspectu solum, sed tam prope, ut trans fluvium illa parte angustum tela simul et probra Scytharum exciperentur.

mo antea valuisset effugere; vix suos credere, non simulari valetudinem.[a] 8. Itaque qui post Darium victum hariolos[1] et vates consulere desierat, rursus ad superstitionem, humanarum gentium ludibria, revolutus, 'Aristandrum,' cui credulitatem suam addixerat, 'explorare eventum rerum sacrificiis' jubet. Mos erat aruspicibus,[2] exta sine rege spectare, et, quæ portenderentur, referre. 9. Inter hæc Rex, dum fibris pecudum explorantur eventus latentium rerum, 'propius ipsum considere amicos' jubet, 'ne contentione vocis cicatricem infirmam adhuc rumperet.' Hephæstion, Craterus, et Erigyius erant cum custodibus in

[a] *Macedones tantum non putare morbum ab ipso fingi.*

Leid. Voss. 1. 2. et Pal. 1, *non s. valitudinem.*—8 Voss. 1. *Ita qui post;* Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. Dan. Bong. et Mer. *Itaque post.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venet. Veron. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. et Bas. *gentium;* sed reliqua omnes edd. habent *mentium*, quod primus reposuit Modius ex conj. Palmerii. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mod. *ludibrio;* Mer. *ludibrium;* Pal. 1. *ludibria.* Voss. 2. *resolutus* pro *revolutus.* Voss. *Aristander;* Dan. *Aristandum.* Florent. Leid. et Bong. *crudelitatem.* Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *adduxerat.* Florent. *auruspicibus.* Voss. 1. *regere spectare;* Florent. Leid. et Bong. *rege expectare.*—9 Vulgg. ante Freinsh. *explorantur eventus;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Pal. 1. et Dan. *explorantur eventus.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Ald. Col. Mer. et Bas. *prius* pro *proprius.* Pal. 1. *considerare;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *c. deinde amicos jubet.* Voss. 2. omittit *cicatricem.* Ald. *infirmam adhuc.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Col. et Frob. *Ephestio;* Ald. *Hephestio;* Mer. et Bas. *Ephestion.* Bong. *Cratherus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Bas. et Bong. *Erigius;* Col. *Erigius;* edd. alim ante Freinsh. *Erygius.*

NOTÆ

[1] *Hariolos*] Sic dictos aiunt quasi 'fariolos,' a 'fari;' unde ducta est 'fabula,' &c. quomodo veteres 'hanum' pro 'fanum,' 'hœdus' pro 'fœdus' dixere: cujus rei causam lib. III. cap. 1. aperuimus.

[2] *Aruspicibus*] Ita scribendum sine aspiratione; non quia ex 'ara' ductum sit vocabulum, ut ils visum est qui Græce βωμοσκόποι interpretati sunt; (repugnat enim tum prima syllabæ quantitas, tum etiam auctoritas veterum;) sed quod ex 'arviga' et 'specio' factum fuerit per syncopen pro 'arvigispex,' aut 'arugispex.' 'Arviga' autem sive 'aruga,' non ab 'hara,' ut vult Donatus; sed ab 'arvix, gis,' derivatum est, ut ex antiquis ostendit Vossius in Etymol. voce 'Aries' et 'Aruspex.' Est autem 'arviga,' hostia, quia ex arietibus plerumque sumebatur, qui 'arvices' veteribus dicti sunt. Erat autem aruspicum ars sive munus victimarum 'exta,' id est, viscera inspicere, et ex vario illorum statu futura portendere. De quibus fuse Delrio in Disquis. Magic. 'Exta' numerantur cor, cerebrum, pulmo, stomachus, lien, jecur sive hepar, quod caput 'extorum' dicebatur: unde et ipsi arti nomen inditum est, ἡπατοσκοπία.

tabernaculum admissi. 10. 'Discrimen,'[k] inquit, 'me occupavit meliore hostium, quam meo tempore.' Sed necessitas ante rationem est: maxime in bello, quo raro permittitur tempora eligere. 11. Defecere Bactriani, in quorum cervicibus stamus;[d] et quantum in nobis animi sit, alieno Marte[l] experiuntur.[e] Haud dubie si omiserimus Scythas ultro arma inferentes, contemti ad illos, qui defecerunt, revertemur. 12. Si vero Tanain transierimus, et ubique invictos esse nos Scytharum pernicie ac sanguine ostenderimus; quis dubitabit parere[m] etiam Europæ victoribus? 13. Fallitur, qui terminos gloriæ nostræ metitur spatio, quod transituri sumus. Unus amnis interfluit: quem si trajicimus, in Europam arma proferimus. 14. Et quanti æstimandum est, dum Asiam subigimus, in alio quodammodo orbe[n] tropæa statuere: et quæ tam longo intervallo natura

[c] *Bellum mihi exortum est, tempore hostibus opportuniore quam mihi.*
[d] *Quorum colla servitute premimus.*
[e] *Scytharum bello probare volunt quanta virtus nostra sit.*

—10 Voss. 2. *mei tempore.* Florent. Leid. Mod. et Voss. 1. *quod raro.* Mod. *permittit.* Florent. Pal. 1. Leid. Voss. 1. 2. Ald. Col. et Bas. *tempore legere;* Mer. *tempore legem.*—11 Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. et Pal. 1. *et stamus.* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *Haud dubia fortuna si;* Bong. 1. et Pal. 1. *Haud dubie fortunam si;* Voss. 1. 2. Bong. 2. alii: *Aut dubia fortuna si.* Vide Not. Var. Voss. 1. *Scitas.* Pal. 1. *ultro.* Voss. 2. et Pal. 1. *contenti ad illos.*—12 Voss. 2. *Tanain transferimus.* Florent. Leid. et Ald. *quis dubitavit.* 'Necessario cum Tell. legendum est: *quis dubitabit parere etiam Europæ victoribus?*' Schmieder. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mod. *parere;* Bong. *parcere.* Florent. Leid. et Voss. 1. *etiam Europen;* Voss. 2. et Ald. *Europen,* omisso *etiam;* Mer. Frob. Col. et Bas. *Europam,* omisso *etiam;* Bong. Mod. alii, *etiam Europam.*—13 Voss. 2. *spatium quoque,* et mox: *quem si transiverimus;* Leid. et Voss. *quem si traicimus.*—14 'Modius non inepte legit: *dum alium,* sc. orbem.' *Schmieder.* Ita etiam Elz. et aliæ

NOTÆ

[k] *Discrimen*] Usum hujus vocis apud Curtium explicuimus, lib. III. cap. 12.

[l] *Alieno Marte*] Conflato nobis Scythico bello experiri volunt, quantum valeamus animo et robore.

[m] *Parere* [*patere*] Bona est hujus commatis sententia: sed nescio quam animo meo insedit suspicio, aptius huic loco et Alexandri orationi fore, si sic legeretur: *quis dubitabit parere etiam Europæ victoribus,* ab illa parte videlicet. Ut enim omittentibus Scythas Bactrianorum contemtum imminere, sic illis domitis deditionem istorum victoriæ fore accessionem docebat.

[n] *Alio q. orbe*] In Europa, quæ per Asiam eo penetrantibus novi orbis instar videri poterat. Sed hæc falsa ex opinione nata sunt, ut sæpe docui-

videtur diremisse, una victoria subito committere?[f] 15. At hercule si paululum cessaverimus; in tergis nostris Scythæ hærebunt. An soli sumus, qui flumina transnare possumus? Multa in nosmet ipsos recident, quibus adhuc vicimus.[g] 16. Fortuna belli artem victos quoque docet. Utribus[o] amnem trajiciendi exemplum fecimus nuper: hoc ut Scythæ imitari nesciant, Bactriani docebunt. 17. Præterea unus gentis hujus adhuc exercitus venit, ceteri expectantur. Ita bellum vitando alemus; et, quod inferre possemus, accipere cogemur.[h] Manifesta est consilii mei ratio. 18. Sed an permissuri sint Macedones animo uti meo, dubito; quia, ex quo hoc vulnus accepi, non equo vectus sum, non pedibus ingressus: sed si me sequi vultis, valeo, amici. 19. Satis virium est ad toleranda ista: aut si jam adest vitæ meæ finis, in quo tandem opere melius extinguar?' 20. Hæc quassa adhuc voce, subdeficiens, vix proximis exaudientibus dixerat; cum omnes a tam præci-

[f] *Repente unicæ victoriæ beneficio conjungere.*
[g] *Quorum ope hactenus victores fuimus.*
[h] *Bellum Scythicum accersemus illud fugiendo, et quod nunc incipere primi possumus, postea sustinere cogemur illatum.*

edd. ante Freinsh. sed Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *dum Asiam.*—15 *At hæc hercule* Mer. *At ercule* Voss. 1. *paullum* Florent. Leid. Voss. 1. Amst. et Lugd. *paulum* Pith. *nostris* deest in Fauch. *An soli* Voss. 2. *tranatare* Voss. 2. *transare* vulgg. ante Freinsh. *transnare* Florent. Leid. Voss. 1. 2.—16 Voss. 2. *hostem* pro *artem*. Pith. omittit *victos*. Leid. et Voss. 1. *amnem traiciendi*. Voss. 2. *ut Scythæ*, omisso *hoc*; Voss. 1. *hoc ut Scite.*—17 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Fauch. et Bong. 1. 2. *exercitus adhuc venit*; Pith. *venit exercitus adhuc*; Pal. 1. *a. e. pervenit, e. exspectant.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Elz. alii *possumus*; Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *possemus.* Amst. *Manifesta igitur est.*—18 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *sint mihi Macedones.* Pal. 1. *quo vulnus*, omisso *hoc*; Voss. 1. *quo ob vulnus*; Voss. 2. *hec accepi*, omisso *vulnus.*—19 Pal. 1. *etiam jam adest*, et mox *tempore* pro *opere.*—20 Vulgg. ante Freinsh. *deficiens*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph.

NOTÆ

mus. *Tropæa*] A τροπὴ, *conversio in fugam*, τρόπαιον dictum est monumentum, quod a victoribus eo loco excitabatur unde hostes in fugam conjecerant. Scripsere veteres 'tropæum' verius; sed, ut in Bosphoro aliisque, reclamantibus licet eruditis, vulgi usus obtinuit ut 'trophæum' communius scribatur pronuntieturque.

[o] *Utribus*] Supra, cap. 19.

piti consilio regem deterrere cœperunt. 21. Erigyius maxime: qui, haud sane auctoritate[p] proficiens apud obstinatum animum, superstitionem, cujus potens non erat rex, incutere tentavit,[i] dicendo, 'Deos quoque obstare consilio, magnumque periculum, si flumen transisset, ostendi.' 22. Intranti Erigyio tabernaculum regis Aristander occurrerat, 'tristia exta fuisse' significans: hæc ex vate comperta Erigyius nuntiabat. 23. Quo inhibito, Alexander, non ira solum, sed etiam pudore confusus, quod superstitio, quam celaverat, detegebatur, 'Aristandrum vocari' jubet. 24. Qui ut venit, intuens eum, 'Non rex,' inquit, 'sed privatus sum: sacrificium ut faceres, mandavi: quid eo portenderetur, cur apud alium, quam apud me, professus es? Erigyius arcana mea et secreta te prodente cognovit. Quem certum[q] mehercule habeo extorum interprete uti metu suo. 25. Tibi autem quam potest, denuntio, ipse mihi indices, quid ex extis cognoveris; ne possis inficiari dixisse, quæ dixeris.' 26. Ille exsanguis attonitoque similis stabat, per me-

[i] *Superstitiosum metum, cui rex summe obnoxius erat, injicere conatus est.*

Col. Frob. Mer. et Bas. *subdeficiens.*—21 Voss. 1. *incutere temptavit.*—22 *Intrant* Voss. 2. et mox *Aristander occurrit.* Florent. Leid. et Pith. *ex suo vate;* Voss. 2. *exta;* Fauch. et Bong. 2. *sue.*—23 Bas. *pudore confessus;* Voss. 2. *pudore affusus.*—24 Pith. omittit *intuens eum.* 'Recte Snakenburgio *sum* elimandum videtur.' *Schmieder.* Florent. Leid. et Bong. *quod eo;* Bong. 1. *quæ eo.* Voss. 2. omittit *cur.* Ald. habet *apud te;* Pal. 1. *confessus es.* Voss. 1. *arcane mea;* Voss. 2. *archana mea,* et mox omittit *mehercule.* Plerœque edd. *interpretem metu suo;* Bongarsiani: *interpretenti metu suo;* Voss. 2. *interpretem ut metu suo.*—25 Voss. 2. *tibi sæpius haud quam potest;* Florent. Leid. et Pal. 1. *tibi autem qui sæpius quam potest;* vulgg. edd. ante Modium: *tibi autem sæpius quam potest;* Mod. Amst. Lugd. et recentt. ut in textu. Pal. 1. et Bong. 1. *denuntiat.* Bong. et Voss. 1. *ipsi mihi indices.* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. et Mer. *quid extis,* omisso *ex;* Voss. 2. *quid de extis c. n. p. i. d. que vel cupis.*—26 Pal. 1. *pre metu.* Paulo

NOTÆ

[p] *Auctoritate*] Suasione, consilio. Lib. VI. cap. 8. *Superstitio,* lib. V. cap. 3.

[q] *Quem certum*] Quem (Erigyium) certo scio non ex rei veritate, sed ex suo pavore interpretari in malam partem, quæ in extis victimarum apparere ex te didicit. *Quam potest*] Pro, 'quantum denuntiari,' id est, imperari a me potest: vel, quam gravissime potest. *Attonito*] Vide lib. VIII. cap. 6.

um etiam voce suppressa: tandemque eodem metu stimulante, ne regis expectationem moraretur, 'Magni,' inquit, 'laboris, non irriti discrimen instare[j] prædixi: nec mea ars,[r] quam benevolentia me perturbat.[k] 27. Infirmitatem valetudinis tuæ video, et quantum in uno te sit scio. Vereor, ne non præsenti fortunæ tuæ sufficere possis.' 28. Rex jussum 'confidere felicitati suæ' remisit.[s] 'Sibi enim ad alia gloriam concedere Deos.' 29. Consultanti deinde cum iisdem, 'quonam modo flumen transirent,' supervenit Aris-

[j] *Laboriosum, sed non infaustum bellum imminere.*
[k] *Plus me solicitum facit amor tui, quam quæ arte mea prospicio.*

post, Voss. 2. omittit *irriti*. Florent. Leid. Mod. Amst. Lugd. et Antverp. *nec me ars mea magis quam benevolentia perturbat;* Voss. 1. et Leid. *nec mea ars me;* Voss. 2. et Fauch. *nec tam mea ars;* Pal. 1. et Elz. *nec me mea ars;* Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. Col. Erasm. et Argent. *nec mea ars magis;* Bong. 1. subscriptum habet *magis*. Florent. et Voss. 1. *benivolentia*. Frob. Col. Ald. Colin. Gryph. et vulgg. ante Freinsh. *magis perturbat;* ceteri vero codd. ut in textu.—27 'Lego: *Inf. v. t. cum* (vel *si*) *video, et quantum in me te sit situm, vereor, &c.* ut lib. VIII. 8. 8.' *Heinz.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mer. Lugd. et Amst. *ne præsenti fortunæ tuæ sufficere non possis.*—28 Mod. Lugd. et Amst. *jusso*. Voss. 1. Dan. Pal. 1. Bong. *confitere;* Voss. 2. *confecere*. Florent. Leid. Voss. 2. Dan. et Mer. *felicitatis*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Mod. Mer. Lugd. et Amst. omittunt, *remisit sibi enim*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *ad alia sibi ad gloriam;* Pal. 1. et Dan. *ad alia gloriam;* Mod. *ait ad alia gloriam;* Lugd. et Amst. *ait alia sibi ad gloriam*. Voss. 2. *contendere*. Vide Not. Var. 'Verba ista ut emendarent, multi operam dederunt. Liceat addere et conjecturam meam. Videtur vox *alia* ex compendio scripturæ *oia* nata, ut sit legendum: *sibi enim ad omnia gloriam concedere Deos*. Minime placet Heumannus: *sibi animalia ad gl. c. Deos*, h. e. sibi plures esse victimas ad lætiora exta invenienda.' *Schmieder.*—29 Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *Consultanti mihi cum iisdem;* Pal. 1. et Dan. *Consultanti mihi cum iisdem q. m. fl. transiret. Cum vero iterum divinare perrexerit: reversus pervenit Aristander;* Bong. 1. *Consultanti mihi*, et supersor. *e consulenti;* Mer. *Consultanti mihi*. Voss. 2. *transierit;* Ald. Frob.

NOTÆ

[r] *Ars, quam*] Pro 'magis quam,' ut alias diximus lib. v. cap. 5. et frequentia sunt, præsertim apud Tacitum, exempla.

[s] *Remisit*] Novo sacrificio nova exta inspecturum. *Sibi enim*] Incertæ scripturæ sententia incertior. Lectionem, quæ planior visa est, sic interpretor: Iret ac denuo exta consuleret; sibi enim Deos ita propitios esse, ut alia etiam ampliora, quam quæ tunc cuperet, ipsius gloriæ amplificandæ studio concessuri essent. Vel, quod magis arridet: Sibi nova melioraque, quam prius, omina concessum iri a Diis gloriæ ipsius faventibus. Hanc vim habere videtur illud *enim:* causæ quippe redditio est cur illum novo sacrificio lætiora exquirere præsagia jubeat; quod ipso eventu comprobatum est.

tander, 'non alias lætiora exta vidisse se affirmans: utique prioribus longe diversa: tum solicitudinis causas apparuisse; nunc prorsus egregie litatum esse.' 30. Ceterum quæ subinde nuntiata sunt regi, continuæ felicitati rerum ejus imposuerant labem.[l] 31. Menedemum, ut supra dictum est, miserat ad obsidendum[t] Spitamenen, Bactrianæ defectionis auctorem. Qui, comperto hostis adventu, ne muris urbis includeretur, simul fretus excipi posse, qua venturum sciebat, consedit occultus.[m] Silvestre iter aptum insidiis tegendis erat: ibi Dahas[u] condidit. 32. Equi binos armatos vehunt, quorum invicem singuli repente desiliunt:[n] et equestris pugnæ ordinem turbant: 33. equorum velocitati par est hominum pernicitas. Hos Spitamenes saltum circumire jussos pariter et a lateribus, et a fronte, et a tergo hosti ostendit. 34. Menedemus undique inclusus, ne numero quidem par, diu tamen restitit; clamitans, 'nihil

[l] *Perpetuam prosperitatem bellorum ipsius aliquo dedecore corruperant.*
[m] *Præterea confisus occupari posse incautum, in insidiis sese occuluit.*
[n] *Quorum singuli alternatim ex equo descendunt.*

Mer. Col. et Bas. *transiret.* Pith. *solitudinis.* Vulgg. ante Freinsh. *aperuisse;* Voss. 2. *apperuisse;* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Amst. et Lugd. *apparuisse;* et sic in Dan. nisi quod *e* superscriptum habet. Pal. 1. *litatum est.*—30 Voss. 2. *subinde quæ.* Bong. 1. *felicitatis.*—31 Voss. 2. *ab obsidendum,* et mox omittit *urbis.* Florent. Leid. Voss. 1. Mod. Elz. et aliæ vett. *quem venturum;* Acidalius edidit, *qua venturum,* eumque secuti sunt Rader. Freinsh. et recentt.—32 Bas. *apta insidiis.* Aristobulus ap. Arrian. non *Dahas* sed 'Scythas' commemorat. Duo etiam exemplaria Curtiana, Bas. et Mer. *Dacas* legunt; unde: *ibi Sacas condidit* legere volebat Schmieder, qui paulo post e cod. Theocr. conjunctionem *et* inserui ante *equestris;* et sic maluit Bothe.—33 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *per hominum,* omisso *est.* Florent. *His Spitamenes.* Pal. 1. *per saltum.* Voss. 2. *circumvenire;* vulgg. ante Freinsh. *circuire.* Florent. *jussis.* Pal. 1. omittit *pariter.* Voss. 1. *et alteribus.* Vδus. 2. *et a tergo hostem.* Ald. Colin. Gryph. Frob. et Col. *se ostendit;* τὸ *se* delevit Modius.—34 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Mod. *resistit;* ceteri codd. et omnes edd. ante Modium et post Freinsh. *restitit.*—

NOTÆ

[t] *Ad obsidendum*] Vide cap. 6. Tradit Arrianus Spitamenen soluta arcis obsidione in quam Macedones se receperant, versus Sogdianorum regiam (a Maracandis diversam) refugisse: insequentibus Macedonibus, in ipso itinere pugnatum esse; auxilio præcipue Nomadum Scytharum, quos sibi forte obvios conjunxerat. Reliqua paulo aliter narrat quam Curtius.

[u] *Dahas*] Scytharum gentem, de qua lib. VIII. cap. 1.

aliud superesse locorum fraude deceptis, quam honestæ mortis solatium ex hostium cæde.' 35. Ipsum prævalens equus vehebat, quo sæpius in cuneos[v] barbarorum effusis habenis evectus, magna strage eos fuderat. Sed cum unum omnes peterent, multis vulneribus exsanguis Hypsiden quendam ex amicis hortatus est, 'ut in equum suum ascenderet, et se fuga eriperet.' Hæc agentem anima defecit, corpusque ex equo defluxit in terram. 36. Hypsides poterat quidem effugere; sed amisso amico mori statuit: una erat cura, ne inultus occideret. Itaque subditis calcaribus equo in medios hostes se immisit, et memorabili edita pugna obrutus telis est. 37. Quod ubi videre, qui cædi supererant; tumulum paulo, quam cetera, editiorem capiunt: quos Spitamenes fame in deditionem subacturus obsedit. Cecidere eo prælio peditum II. millia,[w] CCC. equites. 38. Quam cladem Alexander solerti consilio texit, 'morte' denuntiata iis, qui ex prælio venerant, 'si acta vulgassent.'

VIII. 1. Ceterum cum animo disparem vultum diutius ferre non posset; in tabernaculum super ripam fluminis de industria locatum secessit. 2. Ibi sine arbitris singula

35 Voss. 2. *strage effuderat eos.*—36 Elz. aliique omittunt *multis* ante *vulneribus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Venet. Veron. Mediol. Vet. an. 1474. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Mer. *suspicions quendam,* omisso nomine *Hypsiden;* Pal. 1. habet, *suspiciens Hypsidem.* Voss. 2. *quem ex amicis.* Paulo post, Mer. *anima deficit.* Voss. 1. *ex quo defluxit.*—37 Voss. 2. *Hispides;* alii *Hipsides;* Florent. Leid. et Bong. *Hypsiden.* Pith. *mori quidem stat.* Pith. Bong. 1. et Pal. 1. *occideretur.* Florent. Leid. et Voss. 1. *hostis.* Voss. 2. *se misit.*—38 Voss. 2. et Elz. *qui cæde supererant.* Pith. et Bong. 1. *tumultum* pro *tumulum.* Pal. 1. omittit *in deditionem.*—39 Pal. 1. *V. millia;* Bong. *II. millia.* Voss. 2. *Hanc cladem.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *denuntiata his.* Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *advenerant.*

1 Voss. 1. *in tabernaculo.* Edd. vulgg. ante Freinsh. *supra ripam;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. alii et edd. recentt. *super ripam.*—2 Amst. *consilia pensando.*

NOTÆ

[v] *Cuneos*] 'Cuneus' aciei forma, a 'cuneo' ob figuræ quandam similitudinem nomen habuit; quod in acutum desinens, qua hostem respiciebat, sensim deinde cresceret, ac cunei modo hostile agmen finderet. Vide Lipsium de Milit. Rom. lib. IV. Dial. 7. Latius quandoque sumitur pro qualibet acie, ut hoc loco.

[w] *II. millia*] Vide cap. 6. Ait Arrianus ex omni numero equites 40. pedites 300. effugisse.

animi consulta pensando, noctem vigiliis extraxit, sæpe pellibus tabernaculi allevatis, ut conspiceret hostium ignes, e quibus conjectare poterat, quanta hominum multitudo esset. 3. Jamque lux apparebat, cum thoracem indutus procedit ad milites, tum primum post vulnus proxime acceptum. 4. Tanta erat apud eos veneratio regis, ut facile periculi, quod horrebant, cogitationem præsentia ejus excuteret. 5. Læti ergo, et manantibus præ gaudio lacrymis, consalutant eum, et, quod ante recusaverant, bellum feroces deposcunt. 6. Ille, 'se ratibus equitem phalangemque transportaturum esse,' pronuntiat; 'super utres' jubet 'nare levius armatos.' 7. Plura nec dici res desideravit; nec rex dicere per valetudinem potuit. Ceterum tanta alacritate militum rates junctæ sunt, ut in triduum ad XII. millia effectæ sint. 8. Jamque ad transeundum omnia aptaverant; cum legati Scytharum XX. more gentis per castra equis vecti, 'nuntiari' jubent 'regi, velle ipsos ad eum mandata perferre.' 9. Admissi in tabernaculum jussique 'considere' in vultu regis defixerant oculos; credo, quia magnitudine corporis animum æstimantibus modicus habitus haudquaquam [a] famæ par videbatur. 10.

Pal. 1. *pellibus tabernaculorum.* Pith. *ut conspicerent.*—3 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Mod. et vulgg. ante Freinsh. *lux appetebat;* Voss. 2. Pal. 1. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col. *lux apparebat.*—4 Voss. 2. *quem horrebant.* Membranæ Modii: *præsentia ejus excuteret.*—5 Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *præ* ante *gaudio.* Voss. 2. *consultant eum;* Pith. *consalutent eum.* Dan. *recausaverant bellum.*—6 Ald. *equitum;* Voss. 2. *equidem.* Voss. 1. 2. *falangenque.* Mod. *transportaturam esse.*—7 Voss. 2. *dici desideravit, et rex,* omisso *res.* Pal. 1. *rates inventæ sunt;* Heinsius conj. *crates j. sunt.* 'Forte pro *rates* legendum est *utres,* quæ *junctæ sunt,* h. e. consutæ et stramentis repletæ: ut intelligendum sit, rates sive naves quasdam factas quidem esse, (cf. cap. 9. princ.) plurimos autem militum utribus impositos transnatasse. Nec satis mihi probatur *in triduum* pro 'per tridui spatium.'' *Schmieder.* Voss. 1. *ad XII. effectæ;* Pal. 1. *ad duodecim effectæ.*—8 Florent. et Voss. 1. *a transeundum.* Heinsius conjectabat, *præter castra equis vecti.* Voss. 2. *nunciare jubent r. v. eos.*—9 Voss. 1. *Amnissi.* Pal. 1. *jussique desidere.* Pal. 1. *in vultum.* Florent. Leid. Voss. 1. Mer. et Bong. *credo quis,* et in hoc supraser. litt. *quasi;* Ald. *credo queis.* Florent. Leid. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. Col. et Frob. *modicus animus haudquaquam;* Voss. 1. *modicus animus haud quamquam;* Voss. 2.

NOTÆ

[a] *Modicus habitus haudquaquam* [*animi, quam*] Ita restituendum optime, ni fallor, conjecit Freinshemius ex veteribus libris, ubi *modicus annis;* vel

Scythis autem non ut ceteris barbaris rudis et inconditus sensus est:[a] quidam eorum sapientiam capere dicuntur, quantamcumque gens capit semper armata. 11. Sicque locutos esse apud regem memoriæ proditum est. Abhorrent forsitan moribus nostris, et tempora et ingenia cultiora sortitis; sed ut possit oratio eorum sperni, tamen fides nostra non debet, quæ utcumque tradita sunt, incorrupta perferemus.[b] 12. Igitur unum ex his maximum natu ita locutum accepimus: 'Si Dii habitum[b] corporis tui aviditati animi parem esse voluissent; orbis te non caperet: altera manu Orientem, altera Occidentem contingeres: et hoc assecutus scire velles, ubi tan-

[a] *Scythæ porro non agresti et inculto sunt ingenio, ut reliqui barbari.*
[b] *Qui eorum verba, quoque modo scripta a veteribus, nihil mutando referemus.*

modicus ex animus haud quaquam; Pal. 1. *modicus annis quanquam*; Dan. *modicus animis quamquam*; Freinsh. Snak. Barb. et Bip. *modicus haudquaquam*; Tell. *modicus animi quam*; Maitt. *modicus animi haudquaquam.* 'Recte emendavit Acidalius: *modicus habitus haudquaquam*; quod restituere non dubitavi. Cf. IV. 1. 25. v. 2. 13. VII. 8. 12. VIII. 13. 21. præcipue VI. 5. 29.' *Schmieder.* Ita legit etiam Bothe. Vide Not. Var. Pith. *per fame.*—10 Idem codex omittit *et inconditus*, pro quo Voss. 1. habet *et inconditis.*—11 Florent. *Sicque locutos*; Pal. 1. *Si qua locutus*; Bong. 1. *Si qua locutus.* Voss. 2. *Abhorrentem*; vulgg. ante Freinsh. *Abhorrentia*; Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Ald. Colin. Mer. Bas. et Col. *Abhorrent.* Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. et Bong. *moribusque.* Ald. *sed ut possit oratio.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *sunt tradita.* Voss. 2. omittit *sunt.* Florent. omittit *incorrupta.* Schmieder. cum Freinsh. malit: *Si, quæ locutos esse apud regem memoriæ proditum est, abhorrent forsitan moribus nostris, et t. et ing. c. s. ut possit, &c.* In margine ed. Gryph. periodus omnis sic disponitur: *Abhorrentia forsitan a moribus et tempora et ingenia cultiora sortitis, quæ utcumque tradita sunt, in corrupta perferremus. Sed ut possit oratio eorum sperni, tamen fides nostra non debet. Igitur, &c.* 'Sequentia sic lego: *quæcumque tradita sunt, incorrupta perferemus.* Bongarsius malebat: *qui, utcumque, &c.* [quod recepit Bothe.] Freinsh. omittit etiam *sunt.* Vulgata sic explicanda est: Quæ tradita sunt, utcumque tradita sint incorr. perferemus.' *Schmieder.*—12 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. omittunt *ita* ante *locutum.* Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Const. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Col. *tui aviditatis*; et ita fuerat in Bong. 1. sed *s* excalptum est. Pal. 1. *alia manu.* Bong. 1. *numinis fulgur*; pro quo Heins.

NOTÆ

animis constanter legitur. Sensus est: Scythis qui animum magnitudine corporis metiuntur, visum esse Alexandrum modicum animi, id est, animo humilem, potius quam tanta fama dignum. Non inepta quoque foret Acidalii lectio, si libris juvaretur; *modicus habitus haudquaquam par, &c.*

[b] *Habitum*] Staturam; supra, lib. VI. cap. 11.

ti numinis fulgor conderetur.[c] 13. Sic quoque concupiscis, quæ non capis.[d] Ab Europa petis Asiam; ex Asia transis in Europam: deinde si humanum genus omne superaveris, cum sylvis et nivibus et fluminibus ferisque bestiis gesturus es bellum. 14. Quid tu, ignoras arbores magnas diu crescere; una hora extirpari? Stultus est, qui fructus earum spectat, altitudinem non metitur. Vide ne dum ad cacumen pervenire contendis; cum ipsis ramis, quos comprehenderis, decidas. 15. Leo quoque aliquando minimarum avium pabulum fuit: et ferrum rubigo consumit: nihil tam firmum est, cui periculum non sit etiam ab invalido. 16. Quid nobis tecum est? nunquam terram tuam attigimus. Qui sis, unde venias, licetne[e] ignorare in vastis sylvis viventibus? Nec servire ulli possumus; nec imperare desideramus. 17. Dona nobis[d] data sunt, ne Scytharum gentem ignores, jugum boum, aratrum, hasta, sagitta, et patera.

[c] *Quo se solis lumen reciperet in occasu.*
[d] *Plura expetis quam continere possis.*

conj. *luminis fulgor.*—13 Acidalius pro *deinde* proposuit *denique.* Voss. 2. *si ibi humanum*, et mox omittit *et nivibus.*—14 Voss. 1. Dan. et Bong. *altitudinem non metit*; Freinsh. conj. *a. n. metuit.* Pal. 1. omittit *ad* ante *cacumen.*—15 Frob. Mod. Amst. et Lugd. *pabulum fit.* Pith. *sit ab invalido*, omisso *etiam.*—16 Voss. 2. *licet me*; Mer. *licetne.* Aventinus lib. 1. legit, *sylvis paludibusque.* Bong. 1. *viventibus*, et supersor. *tes*, ut sit *viventes.*—17 Mod. Elz. et vulgg. ante Freinsh. *Dona a nobis*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Bong. Col. Mer. et Bas. *Dona nobis*; Acidalius conj. *Bona nobis*, probante Radero; Heinsius: *Dona a Diis nobis*, &c. Pal. 1. *ne S. gentes.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et Bong. 2. *boves ei*; Bong. 1. *bovem.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *aratrum sagitta hasta patera*; Bong. 1. 2. *hasta et sag. aratrum patera*; Lugd. et Amst. *aratr. et sag. et h. et pat.* Mer. *aratr. et*

NOTÆ

[e] *Licetne*] An non patiere nos in profundis viventes nemoribus ignorare qui sis et unde venias, potiusquam nostro id incommodo discere, ad bellum compulsos.

[d] *Dona nobis*] Omissis aliorum conjecturis, optima videtur hujus loci explicatio ex Herodote petita, ad cujus fabulam potius quam historiam respexisse Curtium nullus dubito. Narrat igitur lib. IV. 'Targitao cuidam Scythæ tres liberos fuisse Lipoxain, Arpoxain, et novissimum Colaxain: his regnantibus demissa cœlitus in Scythiam ex auro facta aratrum, jugum, securim, phialam.' Sic ergo accipe: *nobis data sunt*, a Diis scilicet. Omisit Curtius 'securim,' sed adjecit 'sagittam:' et mox 'hastæ' meminit, quam inter dona non numeraverat. Acidalius pro *dona* maluit *bona.*

His utimur et cum amicis, et adversus inimicos. 18. Fruges amicis damus boum labore quæsitas: patera, cum his vinum Diis libamus:[a] inimicos sagitta eminus, hasta cominus petimus. Sic Syriæ regem,[f] et postea Persarum[g] Medorumque superavimus, patuitque nobis iter usque in Ægyptum.[h] 19. At tu, qui te gloriaris ad latrones persequendos venire, omnium gentium, quas adisti, latro es.[i] Lydiam cepisti:

sag. et pharetra; Venet. et Veron. *arstr. et sagittam et pharetram.* Vocem *hasta*, quæ non habetur in edd. recentt. restituit Schmieder.—18 Venet. Veron. Mediol. et Mer. *damus bono labore.* Florent. et Leid. *cum iis;* Bong. 1. et vulgg. ante Freinsh. *cum iisdem;* Voss. 1. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *cum his.* Bong. 1. *libamus Diis;* Voss. 2. omittit *Diis.* Bas. Col. Mer. et Ald. *cominus petimus.* Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Frob. Ald. Colin. Gryph. Bas. et Amst. *Scythiæ regem;* Voss. 2. Dan. Pith. et Fauch. *Scythæ regem.* Voss. 2. *patuit nobis*, omisso *que.*—19 Voss. 1. *quas*

NOTÆ

[a] *Libamus*] Rerum liquidarum sacrificium 'libatio' sive 'libamen' proprie appellatur; quod prius libatæ, id est degustatæ, in honorem deinde numinis effunderentur. 'Libare' tamen sæpe pro 'sacrificio' quovis accipitur.

[f] *Syriæ regem*] *Syriæ* dixit pro 'Assyriæ,' ut supra lib. v. cap. 1. sed quis ille sit Assyriæ rex a Scythis devictus, divinare magis licet, (si licet tamen,) quam definire. Nam quæ de Scythis toti Asiæ imperantibus per annos mille quingentos ante Ninum a Justino scripta sunt lib. 1. ea inter fabulas haud dubie numeranda sunt. Scytharum irruptio, qui Parthiam, in Assyriorum utique imperio, occuparunt, a Marshamo refertur ad Salomonis vel Roboami tempora; quibus regnabant ultimi illi Assyriorum reges inglorii, et prope sine nomine. Istorumne aliquem hic intelligi oporteat, incertum. Alia memoratur ab Herodoto Scytharum invasio, cum Cyaxari Medorum regi Niniven, post devictum Assyrium, obsidenti supervenerunt; eoque profligato Asiæ imperium annis 28. tenuerunt. Herodot. 1. 2. et 7. Quod si ita est, Assyriæ quoque regem vicerint oportet. Contigerunt ista sub Olymp. XXXVI. an. 3.

[g] *Persarum*] Bellum Scythis fuisse legitur cum duobus Persarum regibus, Cyro et Dario Hystaspis; quorum utrique infelix fuit. De Cyro diximus cap. 6. hujus libri. De Dario lib. III. cap. 10. et lib. IV. cap. 1.

Medorum] Cyaxarem, ut modo diximus, qui Astyagis ultimi regis parens habetur.

[h] *Usque in Ægyptum*] Hoc quoque ibidem Herodotus; quod ex Eusebii Chronico confirmatur. Sed jam Palæstinam ingressis Psammitichus Ægypti rex cum muneribus occurrens, precibus effecit ne ulterius progrederentur.

[i] *Latro es.*] Similis fuit piratæ illius in loquendo audacia; qui, ut est apud Ciceronem de Repub. VI. ab Alexandro interrogatus 'quo scelere impulsus mare haberet infestum; eodem, inquit, quo tu orbem terræ.'

Syriam occupasti; Persidem tenes: Bactrianos habes in potestate: Indos petisti:[j] jam etiam ad pecora nostra avaras et instabiles[k] manus porrigis. 20. Quid tibi divitiis opus est, quæ te esurire cogunt? Primus omnium satietate parasti famem;[e] ut, quo plura haberes, acrius, quæ non habes, cuperes. 21. Non succurrit tibi, quam diu circum Bactra hæreas?[f] Dum illos subigis, Sogdiani bellare cœperunt: bellum tibi ex victoria nascitur. Nam ut major fortiorque sis, quam quisquam; tamen alienigenam dominum pati nemo vult. 22. Transi modo Tanain: scies, quam late[l] pateant; nunquam tamen consequeris Scythas: paupertas nostra velocior erit, quam exercitus tuus; qui prædam tot nationum vehit. 23. Rursus, cum procul abesse nos credes, videbis in tuis castris: eadem velocitate et sequimur, et fugimus. Scytharum solitudines[m] Græcis etiam proverbiis audio eludi: 24. at nos deserta

[e] *Primus es hominum cui saturitas esuriem attulerit.*
[f] *Nonne advertis quam dudum jam moreris ad Bactrianam subigendam?*

abisti. Maitt. *Tyriam occupasti.* Amst. *avaras et insatiabiles,* probante Schmieder.—20 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. omittunt *te* ante *esurire;* Voss. 2. *te exurire.* Fauch. *succurrit acrius.*—21 Voss. 2. *bella receperunt;* Freinsh. conj. *rebellare ceperunt.* Bas. et Col. *nemo pati vult.*—22 Leid. Voss. 1. Dan. et Pal. 1. *late puteat.* Pal. 1. *prædam totam n. vehit.*—23 Idem codex: *nos credis.* Florent. Leid. Voss. 1. Bong. Elz. alii *eadem enim.* Florent. Pith. Fauch. et Dan. *eludat nos deserta;* Voss. 2. *claudat hos deserta;* Pal. 1. et Bong. 1. 2. *eludi. At nos deserta.* Voss. 2. *magis vacua.* Pal. 1. omittit *et* ante *opulentos.*—24 Mod. et multæ edd. ante Freinsh. omiserunt

NOTÆ

[j] *Indos petisti*] Nondum Indiam erat ingressus, sed petierat; hoc est, propius accesserat, cum Arachosiam subegit et Parapamisadas. Adde quod ambæ regiones, aliæque finitimæ, Indiæ quoque tribuuntur a Curtio, ut infra videbimus, cap. 11. et lib. VIII. cap. 10. Mallent tamen aliqui legere: *Indos petis.*

[k] *Instabiles*] Legi posset: *insatiabiles;* sed libris nihil variantibus frustra vulgatam scripturam solicitaveris. *Instabiles manus* vocat, quod vaga rapacitate in omnem se partem extenderent.

[l] *Quam late*] Cognosces quantum terrarum occupent Scythæ; sed eos nunquam assequeris, si recedere voluerint.

[m] *Scytharum solitud.*] Ablit in proverbium, Σκυθῶν ἐρημία, *Scytharum solitudo;* apud Aristophanem in Acharn. Act. II. sc. 6. Plutarchum de Stoicis contrar. cap. 33. Dicitur autem de summis calamitatibus, &c.

et humano cultu vacua, magis quam urbes et opulentos agros sequimur. Proinde fortunam tuam pressis manibus tene. Lubrica est, nec invita teneri potest. Salubre consilium sequens, quam præsens tempus, ostendit melius:[g] impone felicitati tuæ frænos; facilius illam regea. 25. Nostri sine pedibus dicunt esse fortunam, quæ manus et pennas tantum habet; cum manus porrigit, pennas quoque comprehendere non sinit. 26. Denique si Deus es, tribuere mortalibus beneficia debes, non sua eripere: sin autem homo es; id quod es, semper esse te, cogita. Stultum est eorum[a] meminisse, propter quæ tui oblivisceris. 27. Quibus bellum non intuleris, bonis amicis poteris uti: nam et firmissima est inter pares amicitia; et videntur pares, qui non fecerunt inter se periculum virium. 28. Quos viceris, amicos tibi esse cave credas: inter dominum et servum nulla amicitia est; etiam in pace[o] belli tamen jura servantur. 29. Jurando gratiam Scythas sancire, ne credideris:[h] colendo fidem, jurant. Græcorum ista cautio est, qui acta consignant, et Deos invocant: nos religionem in ipsa fide

[g] *Consilii hujus utilitas apertius olim, quam nunc, apparebit.*
[h] *Ne putes Scythas amicitiam jurejurando firmare.*

hæc: *Salubre.. melius;* sed sic habent Florent. Leid. Voss. 1. 2. omnes Gruteri, Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. nisi quod servant: *sequens quod præsens.* Pro *ostendit* Freinsh. mavult *ostendet.* Florent. et Leid. *regis nostri;* Voss. 1. Bong. et Mer. *regis. Nostri;* Mod. omittit *Nostri.*—25 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. 1. 2. alii, *et pennas tantum.* Pal. 1. *cum manus tantum porrigit.* Florent. Leid. et Fauch. omittunt *non sinit,* sed Fauch. superscriptum habet *s. dicunt;* Voss. 2. *patitur.*—26 Idem codex omittit *Denique.* Bothe edidit: *comprehendere. Re denique si Deus es, &c.* præeunte Heinsio et conjectante: *comprehendi e re est, &c.* Leid. *sua non eripere.* Voss. 2. *si autem,* et mox: *esse cognita,* omisso *ea.*—27 Voss. 2. aliisque unus *oblivisearis,* quod recepit Bothe. Voss. 2. omittit *non* ante *intuleris.* Fauch. omittit *pares.* Pith. omittit *virium.*—28 Voss. 1. *cave credas;* Voss. 2. *cave ne inter dominum et servum credas,* et paulo post: *etiam est in pace;* Amst. et Lugd. omittunt *est.*—29 Pro *sancire* Pal. 1. *sanare;* Pith. *sentire;* Voss. 2. *sancire eos.* Mer. *finem* pro *fidem.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Mer. et Col. *qui facta;* Bongarsius

NOTÆ

[a] *Eorum*] Felicitatis, victoriarum, gloriæ, imperii, &c. quorum cogitatione nimia tuæ, hoc est, humanæ conditionis oblivisceris.

[o] *Etiam in pace*] Victi subactique hostilem animum in victores, et rebellandi voluntatem, etiam composita pace, retinent.

novimus:[o] qui non reverentur homines, fallunt Deos. Nec tibi amico opus est, de cujus benevolentia dubites. 30. Ceterum nos et Asiæ et Europæ custodes habebis: Bactra, nisi dividat Tanais, contingimus:[p] ultra Tanaim usque ad Thraciam colimus: Thraciæ Macedoniam conjunctam esse fama est. Utrique imperio tuo finitimos, hostes an amicos velis esse, considera.' Hæc barbarus.

IX. 1. Contra rex 'fortuna sua et consiliis suorum se usurum esse' respondet, '[nam et fortunam, cui confidat, et consilium suadentium, ne quid temere et audacter faciat, secuturum'] 2. dimissisque legatis, in præparatas rates exercitum imposuit. In proris clypeatos locaverat; jussos 'in genua subsidere, quo tutiores essent adversus ictus

[o] *Nostra religio in fidelitate posita est.*

conj. *qui pacta*, probante Schmieder. Mer. *qui nos revererentur*.—30 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Frob. Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. et Col. *custodes habes*. Florent. Leid. et Voss. 1. *Tanain et usque*. Florent. *ad T. colimus collibus*; Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Venet. Veron. Mer. Bas. Ald. Colin. Gryph. et Col. *ad T. collibus*. Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. *fama fert*. Mod. delet *est*. Voss. 2. omittit *tuo* ante *finitimos*. 'Speciosa quidem sed non necessaria est eorum conjectura qui *utrimque imperio tuo* legunt.' *Schmieder*.

1 Florent. Leid. Voss. 1. et plerique edd. *et consiliis eorum*; Pal. 1. Voss. 2. Mer. et Amst. *et consiliis suorum*. Voss. 2. *nam et fortuna*. Pal. 1. *fiat* pro *faciat*. 'Schefferus principio: *nam esse et fortunam* legit, et τὸ *secuturum* tanquam ex glossa superioris *se usurum* natum delet. Melius Heumannus omnia delet: *nam et fortunam.. secuturum*: manifestum quippe glossema, priorum verborum paraphrasin continens satis jejunam, frigidam ineptamque.' *Schmieder*.—2 Voss. 2. *in præparatas naves e. imposuit*. Florent. et Leid. *In prioris*; Voss. 1. *Improris*. Voss. 2. *reliquerat* pro *locaverat*; *jussosque*; Leid.

NOTÆ

[p] *Bactra conting.*] Vide cap. 7. *Ultra Tanaim*] Cis Tanaim sive Iaxartem erant cum hæc dicerent. *Utrique*] Alias *utrimque*. Hæc autem omnia sic dicuntur a Curtio quasi unus idemque sit Iaxartes ac verus Tanais Europæ et Asiæ limes, unaque sit reipsa Thraciam inter et Iaxartem natio, sicut uno 'Scytharum' nomine comprehenditur: cum certum sit plurimas esse locis, moribus, nominibusque discretas. Hos quidem Scythas, quibuscum res Alexandro fuit, Massagetas esse conjiciebam ex Strabone lib. XI. 'Scytharum qui a Caspio mari incipiunt,' inquit, 'Dahæ appellantur: Orienti viciniores Massagetæ et Sacæ.' Cum ergo nec Dahæ trans Iaxartem forent (saltem illa parte) nec Sacis bellum cum Alexandro fuerit, credibile est Massagetas solos hic debere intelligi: de quibus plura lib. VIII. cap. 1.

sagittarum.' 3. Post hos, qui tormenta intenderent,[a] stabant; et ab utroque latere, et a fronte circumdati armatis. Reliqui, qui post tormenta[a] constiterant, remigem lorica indutum scutorum testudine[b] armati protegebant. 4. Idem ordo in illis quoque ratibus, quæ equitem vehebant, servatus est: major pars a puppe nantes equos loris trahebat: at illos, quos utres stramento repleti vehebant, objectæ rates tuebantur. 5. Ipse rex cum delectis primus ratem solvit,[b] et 'in ripam dirigi' jussit. Cui Scythæ admotos ordines equitum in primo ripæ margine opponunt; ut ne applicari quidem terræ rates possent. 6. Ceterum præter hanc speciem ripis præsidentis exercitus, ingens navigantes terror invaserat: namque cursum gubernatores, cum obliquo[c] flumine impellerentur, regere non poterant; vacillantesque milites, et ne excuterentur soliciti, nautarum ministeria turbaverant. 7. Ne tela quidem conati nixu vibrare pote-

[a] *Qui machinis tela contorquerent.*
[b] *Primus navigii funem rescidit.*

l. j. injenua; Pith. *l. j. ingenia.* Voss. 2. *obsidere.*—3 Pal. 1. et Bong. 1. *circumdati armati.* Florent. Leid. et Ald. *Reliqui post eos qui tormenta*; Voss. 1. *R. post tormenta*; Voss. 2. *R. post eos qui post tormenta*; Bong. 1. *R. post qui tormenta*; Mer. *R. post eos qui ad tormenta.* Ald. *intenderent consisterant.* Bong. 1. *regem* pro *remigem.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 2. et Fauch. *loricam indutum.* Voss. 2. *sertorum testudine.* Mox *armati* Scheffero suspectum.—4 Mer. *qui equitem.* Voss. 2. *magna apud penates pars equos l. trahebant.* Florent. Leid. et Voss. 1. *Ad illos.* Mod. Amst. et Lugd. *surmento repleti.* Florent. Leid. et Voss. 1. 2. *objecta erat*; Dan. Bong. 2. et Fauch. *objecta erant.*—5 Voss. 2. *delectis suis p. r. s. et ripa jussit.* Voss. 1. *jussi.* Voss. 2. *margine opponit*, et mox omittit *terræ.*—6 Idem codex omittit *Ceterum*, habetque: *Propter h. s. r. p. e. i. navigantis t. i. namque gubernatores*, omisso *cursum.* Voss. 2. *egere n. poterant.* Voss. 2. *vacillantes milites.*—7 *Nec tela* Mod. et edd. ante Freinsh. *Ne tela* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Pal. 1. *nixu* omnes fere codd. *nixu* Ald. Colln. Gryph. Bas. et Col.

NOTÆ

[a] *Tormenta*] A 'torquendo' dicta sunt 'tormenta' machinæ illæ quibus lapides, tela, &c. in hostes mitterentur, aut muri quassarentur. Torquendo enim pleræque intendi consueverant. De quibus copiose Lipsius in Poliorcet. Transiit idem nomen ad majores quoque bombardas; quod, licet dissimiles, parem tamen usum habeant.

[b] *Testudine*] Testudo quid sit, dictum lib. v. cap. 2.

[c] *Obliquo*] Cum impetus fluminis non recta illos trajicere pateretur, sed in obliquum impelleret.

rant; cum prior standi sine periculo, quam hostem incessendi cura esset. Tormenta saluti fuerunt: quibus in confertos ac temere se offerentes haud frustra excussa sunt tela. 8. Barbari quoque ingentem vim sagittarum infudere ratibus: vixque ullum fuit scutum, quod non pluribus simul spiculis perforaretur. 9. Jamque terræ rates applicabantur, cum acies clypeata consurgit, et hastas certo ictu, utpote libero nixu,[d] mittit e ratibus. Et ut territos recipientesque equos videre, alacres mutua adhortatione in terram desiliere. 10. Turbatis acriter pedem inferre cœperunt.[c] Equitum deinde turmæ, quæ frænatos habebant equos, perfregere barbarorum aciem. Interim ceteri agmine dimicantium tecti aptavere se pugnæ. 11. Ipse rex, quod vigoris, ægro adhuc corpore, deerat, animi firmitate supplebat. Vox adhortantis non poterat audiri, nondum bene obducta cicatrice cervicis; sed dimicantem cuncti videbant. 12. Itaque ipsi quidem ducum fungebantur officio; aliusque alium adhortati in hostem salutis immemores ruere cœperunt. 13. Tum vero non ora, non arma, non clamorem hostium barbari tolerare potuerunt: omnesque effusis habenis (namque equestris acies erat,) capessunt fugam:

[c] *In Scythas jam territos strenue invadunt.*

---

nisi Pal. 1. *hostem lacessendi* Voss. 2. *saluti fuere* Pith. *conferctos et temere* Voss. 2. *consertos temere* Mer. et Bas.—8 Voss. 2. *vixque fuit ullum.* Ald. Colin. Gryph. Col. et Mer. omittunt *scutum.*—9 Pal. 1. *Itaque terræ.* Pith. *clypeata non surgit.* Col. *libero nixi;* alii *libero nisu.* Voss. 2. *misit e ratibus.* Mox Pith. omittit *alacres.* Voss. 2. *mutua adortatione.* Voss. 2. *in terram desilire.*—10 Bong. 1. 2. Fauch. Pith. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *vehebant equos.* Voss. 1. *aciem et interim, &c.*—11 Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Bong. 2. et Fauch. *vigori;* Voss. 2. *vigor.* Florent. Leid. Voss. 1. Mod. Ald. Colin. Gryph. et Col. *adhuc corpori.* Pal. 1. *Vox exhortantis;* Voss. 1. *Vox exortantis;* Voss. 2. *Vox hortantis,* et paulo post: *cuncti cernebant.*—12 *Ita ipsi* Voss. 2. *Itaque ipsi quod* Florent. Leid. et Bong. *Itaque i. quid* Voss. 1. et Dan. *Itaque i. qui* Voss. 2. et sic Bong. 1. in litura. Voss. 2. *ducis* pro *ducum;* Pith. vero *ducenti.* Voss. 2. Mer. Bas. et Col. *alium adhortari.*—13 Mod. omittit *potuerunt.* Pith. omittit, *namque eq. ac. erat.* Pith.

NOTÆ

[d] *Libero nixu*] Quia jam applicatis ratibus atque immotis, stabiles ipsi certo ac firmo nisu jacula vibrare poterant.

quos rex, quanquam vexationem[e] invalidi corporis pati non poterat, per LXXX. tamen stadia[f] insequi perseveravit. 14. Jamque linquente animo suis præcepit, [g] ut, donec lucis aliquid superesset, fugientium tergis inhærerent:[g] ipse, exhaustis etiam animi viribus, in castra se recepit, reliquum[g] substitit. 15. Transierant jam Liberi[h] patris terminos; quorum monumenta lapides erant crebris intervallis dispositi, arboresque proceræ, quarum stipites hedera[i] contexerat. 16. Sed Macedonas ira longius provexit: quippe media fere nocte in castra redierunt, multis interfectis,[j] pluribus captis, equosque MDCCC. abegere. Ceciderunt autem Macedonum equites LX. pedites C. fere, mille saucii fuerunt. 17. Hæc expeditio deficientem magna ex parte Asiam fama tam opportunæ victoriæ domuit. Invictos Scythas esse

quanquam jactationem. Pal. 1. *per triginta tamen stadia;* Voss. 2. omittit *per* et *tamen.*—14 Voss. 2. *tergis hærerent,* et mox omittit, *etiam animi;* Florent. omittit *etiam.* Bong. 1. *castra recepit,* omissis *in* et *se;* Pal. 1. *castra repetit.* —15 Pith. *monimenta.*—16 Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pith. et Mer. omittunt *in castra.* Bong. 1. 2. *equosque* CD.; Pith. *equosque ectegintia.* Mox Florent. *pedites fere,* omisso *C,* sive *centum.* Bong. 1. 2. CD. *saucii.*—17 Med. omittit

NOTÆ

[e] *Vexationem*] Laborem pugnæ jactationemque cursus equestris. *Invalidi*] Præter vulnus nondum percuratum, alvi fluore laborabat. Arrian. lib. IV. et Plutarch.

[f] *Per LXXX. stadia*] Decem tantum milliaria; ut negare potuerit Justinus lib. XXXVIII. Alexandrum Scythiam ingressum esse. Plutarchus in Alex. 100. stadia posuit; in lib. II. de Fort. 150.

[g] *Reliquum*] Forte, *reliquum diem;* nisi *reliquum* corrupte legitur pro *ibique substitit,* ut conjiciebat Freinshemius.

[h] *Liberi*] Liber idem qui Dionysus, sive Bacchus, Græcorum fabulis notissimus est. Hunc Thebis ex Jove ac Semele natum fingunt, totamque Asiam peragrasse cum exercita partim virorum, partim fœminarum thyrsos præferentium, &c. quæ pluribus describit Lucianus in Baccho, Natalis Comes Mythol. lib. V. cap. 13. quæ omnia fabulis merito accensentur, præsertim si de Baccho Thebano sermo sit. Nam alius aliquis fortasse fuerit Asiæ domitor, cujus famam resque gestas Baccho suo Græculi de more tribuerint. *Terminos*] Bacchi terminorum in India meminisse videtur Strabo lib. III. et Eustathius in Dionys. istos vero in Scythia *Liberi terminos* solus, opinor, Curtius agnoscit. Nam Plinius lib. VI. cap. 16. Bacchi, Herculis, Semiramidis, Cyri, et Alexandri aras citra Iaxartem constituit.

[i] *Hedera*] Hæc enim Baccho propria sacra habita est, pariter ut vitis.

[j] *Multis interfectis*] Circiter mille interfecti, si Arriano credimus; capti

crediderant; 'quibus fractis nullam gentem Macedonum armis parem fore' confitebantur. Itaque Sacæ[k] misere legatos, qui pollicerentur, 'gentem imperata facturam.' 18. Moverat eos regis non virtus magis, quam clementia in devictos Scythas: quippe captivos omnes sine pretio remiserat; ut fidem faceret, sibi cum ferocissimis gentium de fortitudine, non de ira fuisse certamen.[d] 19. Benigne igitur exceptis Sacarum legatis, comitem Excipinum dedit, admodum juvenem, ætatis flore conciliatum sibi; qui cum specie corporis æquaret Hephæstionem, lepore haud sane illi[l] par erat. 20. Ipse, 'Cratero cum majore parte exercitus modicis itineribus sequi' jusso, ad Maracanda urbem

[d] *Non ut vindicta, sed ut virtute eos vinceret.*

confitebantur. Voss. 2. *Scithæ misere;* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *Sagæ misere*, et sic mox. Pro *imperata*, quod e Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. Amst. et Lugd. recepit Schmieder, Ald. Colin. Gryph. Bas. Mer. Col. Freinsh. Cellar. Pitisc. Tell. Maitt. Snak. Barb. Bip. et Bothe exhibent *mandata.*—18 Voss. 2. *Noverat eos non virtus, &c.* Idem omittit *in* ante *devictos*, et paulo post pro *sibi* præbet *se.*—19 Voss. 2. *Scitharam;* alii codd. *Sagarum.* Vide supra ad § 17. Florent. Leid. et Dan. *Excipinon;* Bong. 2. *exipi non;* Bong. 1. *excipi n̄;* Voss. 2. *exceptis non.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Pal. 1. et Dan. *adhuc admodum;* Fauch. *ad hunc admodum.* Mer. *epem* pro *specie.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. 1. 2. Mer. Bas. Frob. et Col. *Ephestionem;* Ald. Colin. Gryph. *Hephestionem.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Bong. et Mer. *et lepore;* Bong. 1. *et lepore exercitus.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. Mer. Bas. et Col. *haud s. virili par.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Ald. Colin. Gryph. Col. Mer. et Bas. *non erat.* Snakenb. legi jubet: *destre haud sane virili par non erat.*—20 Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *Maracantam;* Bong. 1. *Maracanta;* Voss. 2. Dan. Fauch. et Pith. *Maracantum;* Col. Bas. Ald. Colin. et Gryph. *Maracandam;* Mer. et Venet. *Mercantum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. et

NOTÆ

centum et quinquaginta.

[k] *Sacæ*] Scythas Persæ Sacas in universum appellavere; antiqui Arameos, inquit Plinius lib. VI. cap. 17. Peculiare tamen apud alios est nomen nationis cujusdam Scythicæ; quæ, ut vidimus, a Strabone ponitur vicina Massagetis; a Ptolemæo aliisque supra Iaxartis fontes, inter Sogdianos, Massagetas, Imaum, et Parapamisum. De his plura leges apud Strabonem lib. XI. inter cetera de his narrari, quod alias Massagetis tributur, victum ab iis Cyrum Persarum regem, uti narrant Herodotus, Justinus, Valerius Max. &c. Horum regio pars esse videtur hodiernæ *Zagataiæ*, Mogolis imperio proxima.

[l] *Haud sane illi* [*virili*] Quia lepore præditus erat, sed non virili, nequaquam erat cum Hephæstione comparandus. Legunt alii: *lepore haud sane illi par erat;* quod non improbem: sed prior lectio pluribus placuit.

fefellerunt. Nam, qui remissi domos ierant, in fide continuere populares: quatuor, inter custodes corporis[a] retenti, nulli Macedonum in regem caritate cesserunt. 10. In Sogdianis Peucolao cum tribus millibus peditum, (neque enim majori præsidio indigebat,) relicto; Bactra pervenit. Inde 'Bessum Ecbatana[f] duci' jussit, 'interfecto Dario pœnas capite persoluturum.' 11. Iisdem fere diebus Ptolemæus et Menidas[g] peditum tria millia et equites mille adduxerunt mercede militaturos. 12. Alexander quoque ex Lycia cum pari numero peditum, et D. equitibus venit. Totidem e Syria Asclepiodorum sequebantur: Antipater Græcorum VIII. millia, in quis D. equites erant, miserat. 13. Itaque exercitu aucto, ad ea, quæ defectione turbata erant, componenda processit, interfectisque consternationis

eumque repetissent; Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *quando repetisset.* Bong. 1. *domos erant;* Florent. Leid. Voss. 1. Ald. Colin. Gryph. Col. et Bas. *d. ierant fide,* omisso *is;* Voss. 2. *d. ierant fidem,* omisso etiam *is.* Florent. Leid. Voss. 1. Pith. et Bong. 1. *in regem Karitate.*—10 Voss. 2. *Peucolao;* Pith. *Penchalao.* Leid. et Voss. 2. *III B. peditum;* Bong. 1. *III* ∞ *peditum;* Bong. 2. *III*[o] *peditum.* Bong. et Amst. *majore præsidio.* Voss. 2. *Ethatana;* Col. *Ecbathana.* Voss. 2. *capite soluturum.*—11 Voss. 1. et Leid. *Iidem.* Voss. 2. *Phtolomeus;* Col. *Ptolomeus.* Florent. *Mænidas.* Pal. 1. Bong. 1. et Frob. *adduxerant,* quod non agnoscit Pith.—12 'Legendum est *Asander.* Potest etiam locus lacuna laborare, ut Curtius scripserit: *Asander quoque ex Lydia, Nearchus ex Lycia.*' Schmieder. Florent. Leid. et Bong. *ex Syria.* Florent. et Leid. *Asclepidorum.* Voss. 2. et Pith. *Asclepiorum.* Mox Florent. Leid. Voss. 1. et Ald. *VIII.* omisso *millia;* Voss. 2. et Fauch. *octo milia;* Col. et Bas. *octo;* Mer. *septem;* Venet. et Veron. *VII.* Venet. Veron. Mer. Col. et Bas. omittunt *millia.* Venet. Veron. et vulgg. ante Freinsh. *in quris;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *in quis.* Florent. Leid. et Voss. 1. *DC. equites;* Voss. 2. *sexcenti equites;* Fauch. *sescenti equites.*—13 Florent. *quæ factione;* Voss. 2. *quæ ex defectione.* Nonnulli codd. *componenda præcessit.* Voss. 2.

NOTÆ

'Quandoque' bonus dormitat Homerus.'

[a] *Custodes corporis*] Non tamen hos fuisse putandum est ex iis corporis custodibus, quorum supremum fuisse in Macedonica militia gradum diximus lib. VII. cap. 1. Quis enim putet novos statim homines Ptolemæo, Hephæstioni, Cratero, Oxathri, &c. æquatos esse?

[f] *Ecbatana*] Id ipsum Arrianus quoque testatur. Et tamen Curtius hoc libro cap. 5. scripserat dilatum Bessi supplicium,[5] ut eo loco, in quo Darium ipse occiderat, necaretur.' Occiderat autem non Ecbatanis, aut in Media, sed in quodam Parthorum vico, ut ostendimus lib. V. cap. 9.

[g] *Menidas*] 'Melanidam' sive 'Melamridam' Arrianus vocat. *Lycia* lib. III. cap. 1.

auctoribus, quarto die ad flumen Oxum[h] perventum est: hic, quia limum vehit, turbidus semper et insalubris est potu. 14. Itaque puteos miles cœperat fodere: nec tamen humo alte egesta existebat humor; cum in ipso tabernaculo regis conspectus est fons,[i] quem, quia tarde notaverant, 'subito extitisse' finxerunt: rexque ipse credi voluit 'donum Dei id fuisse.' 15. Superatis deinde amnibus Ocho et Oxo,[j] ad urbem Marginiam[k] pervenit. Circa eam VI. oppidis[l] condendis electa sedes est. Duo ad Meridiem

Oxim. Leid. et Voss. 1. 2. omittunt *et* ante *insalubris.* Voss. 2. omittit *potu*, pro quo Florent. et Leid. habent *potus.*—14 Voss. 2. *Puteos itaque.* Idem et Ald. *tum humo;* edd. multæ ante Freinsh. *cum humo;* Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Pal. 1. et Bong. *tamen humo.* Florent. Leid. et Voss. 1, *tabernaculum.* Pal. 1. *subito exivisse;* Voss. 2. *s. exisse.* Voss. 2. *regique ipse.* Pal. 1. *Deorum donum;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. omittunt *Dei.*—15 Florent. Leid. Voss. 2. Pal. 1. et Bong. 1. *Marganiam.* 'Videtur nomen corrup-

NOTÆ

[h] *Ad flumen Oxum*] Denuo illud trajecerat Maracandis Bactra rediens. Nunc bruma illic transacta, ut habet Arrianus, Sogdianam repetenti idem flumen rursum superandum fuit 'Oxus' cap. 5.

[i] *Fons*] Idem miraculum (si miraculum fuit) referunt Arrianus quoque et Eustathius ad Dionys. vs. 747. Plutarchus in Alex. Strabo lib. XI. sed postremi duo de olei scaturigine solum egerunt: priores et olei et aquæ fontem meminerunt. Strabo autem ad Ochum, non ad Oxum emersisse tradidit.

[j] *Ocho et Oxo*] Valde nos fallunt quotquot sunt Geographi, si Bactris in Sogdianam eunti trajiciendus est Ochus fluvius. Etsi enim de hujus fluvii origine, cursuque et ostiis varia referuntur apud Strabonem, in eo tamen consentiunt, multo hunc inferius Bactro sive Dargida, ad quem Bactra sunt, in Oxum aut in Caspium mare juxta Hyrcaniam influere; immo, ut ait Strabo, per Nesæam Hyrcaniæ regionem: ejus quoque fontes Ptolemæus posuit in Ariæ confinio. Quibus ego potius, quam uni Curtio, crediderim.

[k] *Marginiam*] Emendant Ortelius et Freinshemius, *Margianam;* quam regionis cognominis urbem fuisse tum temporis principem autumant. Ego vero non assentior. Nam licet nomen esse putem aut corruptum aut fictitium, certe urbem ipsam, quæcumque est, in Margiana neutiquam reponi posse video. Primum enim quis non videt ex Bactris in Margianam venientibus Oxum flumen non esse trajiciendum? Deinde urbes illæ circa Marginiam modicis inter se spatiis conditæ, non in Margiana sed in Bactrianis Sogdianisque collocantur ab Arriano, Strabone, Justino, &c; immo ab ipso quoque Curtio lib. IX. cap. 7.

[l] *Sex oppidis*] Octo fuisse legimus apud Strabonem lib. XI. duodecim apud Justin. lib. XII.

versa; quatuor, spectantia Orientem, modicis inter se spatiis distabant; ne procul repetendum esset mutuum auxilium. 16. Hæc omnia sita sunt in editis collibus: tum velut freni domitarum gentium, nunc originis suæ oblita serviunt quibus imperaverunt. Et cetera quidem pacaverat rex.

XI. 1. Una erat petra,[a] quam Arimazes Sogdianus cum XXX. millibus armatorum obtinebat; alimentis ante congestis, quæ tantæ multitudini vel per biennium suppeterent. 2. Petra in altitudinem XXX. eminet stadia,[b] circumitu c. et L. complectitur. Undique abscissa et abrupta, semita perangusta aditur. 3. In medio altitudinis spatio habet specum, cujus os arctum et obscurum est; paulatim deinde ulteriora panduntur: ultima etiam altos recessus habent: fontes per totum fere specum manant; e quibus collatæ aquæ per prona montis flumen emittunt. 4. Rex loci difficultate spectata statuerat inde abire: cupido deinde in-

[a] *Extrema pars specus habet quoque profundos recessus.*

tum esse, et legendum *Maracanda.*' Schmieder. Florent. *aspectantia Orientem;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Modii membranæ, Col. Bas. et Mer. *stadiis distabat.*—16 Voss. 2. *sita sunt modicis collibus.* Pal. 1. *tamen velut freni.* Voss. 2. *obliti subeunt.* Mod. et aliæ edd. ante Freinsh. omittunt *rex*, quod tamen habent Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Bas. et Col.

1 Voss. 2. *Arimares;* Mer. et Bas. *Arimaxes.* Voss. 2. *Sogodianis;* Bong. 1. *Sogdianus XXX. millibus*, omissa præpositione.—2 Voss. 2. *in altitudine XXX. eminebat.* Pal. 1. omittit *circumitu.* Florent. Leid. et Voss. 1. *abscisa et abrupta;* Voss. 2. *abscissa et arrupta.*—3 Voss. 2. Dan. et Mer. *deinde ad ulteriora.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 1. 2. *altus recessus*, sed in Bong. 1. suprascr. e. Voss. 2. et Pith. *habet.* Voss. 2. omittit *fere.* Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Venet. Veron. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. et Col. *per. t. fere spatium.* Voss. 2. *flumina emittunt.*—4 Pal. 1. omittit *animo.*

NOTÆ

[a] *Una erat petra*] Plures Alexandro petræ fuerunt expugnandæ. 1. In Ariis, quam Satibarzanes occuparat tredecim armatorum millibus, lib. VI. cap. 6. 2. De qua nunc sermo est, in Sogdianis, 'Arimazis' sive 'Ariamazæ,' aut 'Arimazis' dicta, (Oxi petram Strabo etiam appellat,) apud scriptores celeberrimæ. 3. 'Sysimithris' in Xenippis, lib. VIII. cap. 2. 4. 'Aornos,' lib. VIII. cap. 11.

[b] *XXX. eminet stadia*] Tria millaria cum 750. passibus. *Centum quinquag.*] Octodecim milliaria præter 750. passus.

cessit animo, naturam quoque fatigandi.[b] 5. Prius tamen, quam fortunam obsidionis experiretur, Cophan [c] (Artabazi hic filius erat) misit ad barbaros, qui suaderet, 'ut dederent rupem.' Arimazes loco fretus superbe multa respondit: ad ultimum, 'an Alexander volare possit,' interrogat. 6. Quæ nuntiata regi sic accendere animum, ut adhibitis, cum quibus consultare erat solitus, indicaret 'insolentiam barbari, eludentis ipsos, quia pennas non haberent. Se autem proxima nocte effecturum, ut crederet Macedones etiam volare. 7. Trecentos,' inquit, 'pernicissimos juvenes ex suis quisque copiis perducite ad me, qui per calles et pæne invias rupes domi pecora agere consueverint.' 8. Illi præstantes et levitate corporum et ardore animorum strenue adducunt: quos intuens rex, 'Vobiscum,' inquit, 'o juvenes et mei æquales, urbium invictarum ante munimenta superavi; montium juga perenni nive obruta emensus sum; angustias Ciliciæ [d] intravi; Indiæ sine lassitudine vim frigoris sum perpessus; et mei documenta vobis dedi, et vestri habeo. 9. Petra, quam videtis, unum aditum habet, quem barbari obsident; cetera negligunt: nullæ vigiliæ sunt, nisi quæ castra nostra spectant: 10. invenietis

[b] *Subortum est desiderium vincendæ etiam naturæ loci.*

—5 Edd. vulgg. ante Freinsh. *Cophen;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Ald. Colin. Gryph. et Mer. *Cophan.* Voss. 1. *fretus superbie;* Voss. 2. *f. superbia;* Florent. Bong. 2. et Pith. *f. superbiæ.* Bong. 1. 2. *volare etiam possit;* sed in Bong. 1. correctum *posset;* et sic Florent. Leid. et Voss. 1. sed Amst. et Lugd. *etiam volare possit.*—6 Vulgg. edd. ante Freinsh. *illudentis ipsos;* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. 1. Dan. Ald. Colin. Gryph. Mer. et Bas. *eludentis ipsos.* Florent. Leid. Voss. 1. et Bong. 2. *quia pinnas.* Voss. 2. et Bong. 1. *ut crederent.*—7 Voss. 2. omittit *pernicissimos;* Leid. in marg. et edd. quædam *perniciosissimos.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Pal. et Dan. *consueverant;* Mer. *consueverunt.*—8 Mer. *nobiscum, inquit.* Voss. 2. omittit *et* ante *mei;* Ald. *et me.* Mod. *ante me munimenta.* Voss. 2. omittit *nive.* Mer. *sine latitudine.* Voss. 2. omittit *vim;* Pal. 1. *vim videlicet frigoris.* Mod. aliæque edd. ante Freinsh. *et vestra habeo.*—9 Voss. 2. omittit *nullæ v. sunt.* Freinsh.

NOTÆ

[c] *Cophan*] Arriano 'Cophenes,' lib. III.

[d] *Ciliciæ*] Lib. III. cap. 4. et 7. *Indiæ*] Supra cap. 8. et lib. VIII. cap. 10. *Mei docum.*] Meæ fortitudinis specimina vobis dedi, vestræ quoque a vobis accepi.

viam, si solerter rimati fueritis aditus ferentis ad cacumen: nihil tam alte natura constituit, quo virtus non possit eniti. Experiendo, quæ ceteri desperaverunt, Asiam habemus in potestate. 11. Evadite in cacumen; quod cum ceperitis, candidis velis signum mihi dabitis: ego copiis admotis hostem in nos a vobis convertam. 12. Præmium erit ei, qui primus occupaverit verticem, talenta X.:[e] uno minus accipiet, qui proximus ei venerit: eademque ad decem homines servabitur portio.[f] Certum autem habeo, vos non tam liberalitatem intueri meam, quam voluntatem.' 13. His animis regem audierunt, ut jam cepisse verticem viderentur. Dimissique ferreos cuneos, quos inter saxa defigerent, validosque funes parabant. 14. Rex circumvectus petram, qua minime asper ac præruptus aditus videbatur, secunda vigilia, quod bene verteret, ingredi jubet. Illi, alimentis in biduum sumtis, gladiis modo atque hastis armati subire cœperunt. 15. Ac primo pedibus ingressi sunt: deinde, ut in prærupta perventum est, alii manibus eminentia saxa complexi levavere semet, alii adjectis funium la-

conj. nisi *qua* sc. parte.—10 Voss. 2. *facilis aditus*. Vulgg. edd. ante Freinsh. *f. a. ferenteis*; sed Florent. Leid. Voss. 1. 2. Mer. Ald. Colin. Gryph. et recentt. ut in textu. 'Lege vel cum Scheffero, *invenietis, si solerter rimati fueritis, aditus ferentes ad cacumen*, vel nihil mnta præter vocem *ferentis* in *ferentes*, (illa enim solita est antiquorum scribendi ratio,) ut *aditus ferentes* sint quartus casus.' *Schmieder*. Mox Florent. Leid. Voss. 1. Dan. Mer. Ald. Colin. et Gryph. *desperaverint*; Bothe edidit *desperaverunt*. Voss. 2. *in potestate nostra*.—11 Idem codex *admotis copiis*; Pith. omittit *admotis*. Pal. 1. *a vobis avertam*.—12 Mod. aliæque edd. *Præmium erit, qui, &c.* Voss. 2. *primum occuparerit*. Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Pith. et Fauch. *uno m. accipiat*. Pal. *proxime ei*; Mod. omittit *ei*. Ald. et Mer. *venit* pro *venerit*. Voss. 2. Ald. et Mer. *Ceterum*, omisso *autem*; Florent. Leid. Voss. 1. Bong. et Dan. *Ceterum autem*; Pal. 1. *Certum autem*, quod recepit Freinsh. eumque secuti sunt recentt. Ald. *jubeo* pro *habeo*.—14 Bong. 1. 2. Florent. et Leid. *circumvectus petra*; Voss. 1. et Dan. *circumvectos petra*; vulgg. edd. ante Freinsh. *circumvectos petram*. Voss. 2. *asper præruptus a v. sera vigilia, &c.*—15 Idem codex: *ut in prærupta saxa*. Pal. 1. *ventum est*. Voss. 2. *saxa completi*. Ald. *levavere se*; Leid. Voss. 1. et Bong. *levare semet*. Florent. Leid. Voss. 1. 2.

NOTÆ

[e] *Talenta X.*] De talentis lib. III. cap. 13.

[f] *Portio* [*proportio*] Sic rescribendum fuit, cum vulgatum *portio* ad rem non esset. Duodecim talenta omnium primo promissa scribit Arrianus; ultimo Daricas trecentos.

queis evasere, cum cuneos inter saxa defigerent, gradus subinde, quis[s] insisterent: diem inter metum laboremque consumserunt. 16. Per aspera enixis duriora restabant, et crescere altitudo petræ videbatur: illa vero miserabilis erat facies, cum ii,[t] quos instabilis gradus fefellerat, ex præcipiti devolverentur: mox eadem in se patienda alieni casus ostendebat exemplum. 17. Per has tamen difficultates enituntur in verticem montis: omnes fatigatione continuati laboris affecti; quidam mulctati parte membrorum: pariterque eos et nox et somnus oppressit. 18. Stratis passim corporibus in inviis et in asperis saxorum, periculi instantis obliti, in lucem quieverunt: tandemque velut ex alto sopore excitati, occultas subjectasque ipsis valles rimantes, ignari, in qua parte petræ tanta vis hostium condita esset, fumum specus infra se ipsos evolutum notaverunt. 19. Ex quo intellectum est, illam hostium latebram esse. Itaque hastis imposuere, quod convenerat signum: totoque e nu-

[t] *Erat autem triste illud spectaculum, cum, &c.*

Bong. et Mer. *quibus cum cuneos.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Pal. 1. Bong. 1. 2. et Mer. *gradus subinde, queis, &c.* quod recepit Schmieder. cum antea in edd. legeretur: *quis gradus subinde.* Heumanno τὸ *gradus* ex glossa videtur, et legit: *quis subinde insisterent.* Vide Not. Var. Pal. 1. *instilerant.* —16 Florent. et Leid. *Per aspera nisu;* Voss. 1. Bong. et Dan. *P. a. nisi;* Voss. 2. *P. a. ubi;* Pal. 1. *P. a. emersi;* Mod. Mer. Frob. Lugd. et Amst. *P. a. enisis,* ut ex melioribus codd. legit Burman. ad Val. Flac. II. 462. ceteri codd. et edd. recentt. *P. a. enixis.* Voss. 2. omittit *petræ,* et mox *erat,* et pro *ii* habet *hi.* Idem paulo post *in eadem,* omisso *mox.* Mer. *patientia alieni.* —17 Voss. 2. *omnes fatigati.* Ald. Colin. Gryph. Frob. Bas. Mer. et Col. *mutilati parte;* Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. et Bong. 2. *mulcati parte;* Bong. 1. aliique *multati parte.* Voss. 1. *partemque eos.* Voss. 2. *ut nox somnus.*—18 Idem codex: *tandem velut,* et mox: *ipsi valles.* Florent. Leid. et Voss. *rimantis.* Pal. 1. *specui intra.* Ald. *revolutum;* Mod. *evolutum et os specus.* Bas. *notaverant.* 'Valde arridet Heinsii conjectura: *fumum specus infra se ostio evolutum notaverunt.*—19 Florent. Leid. et Bong. 1. *intellectam;* Bong. 2. et Voss. 1. *intellecta;* Voss. 2. *intellectum,* omisso *est.* Voss. 2. *hastas* Pith. *imposuerunt,* et mox *duo et XXX.* Florent. Leid. et Voss. 1. *II. et*

NOTÆ

[s] *Gradus s. quis* [*queis gradus subinde*] Non damno aliorum lectionem: *cum cuneis inter saxa defigerent gradus* (id est, velut scalas) *subinde, queis insisterent.* Sed nec video cur necesse sit vulgatam loco movere. Cur enim minus bene Curtius dixerit: *gradus insisterent,* quam Virgilius Æneid. XI. 574. 'Vestigia institerat,' id est, 'posuerat?'

mero duos et XXX. in ascensu interiisse cognoscunt. 20. Rex, non cupidine magis potiundi loci, quam vicem eorum, quos ad tam manifestum periculum miserat, solicitus,[d] toto die cacumina montis intuens restitit: noctu demum, cum obscuritas conspectum oculorum ademisset, ad curandum corpus recessit. 21. Postero die nondum satis clara luce primus vela, signum capti verticis, conspexit. Sed ne falleretur acies, dubitare cogebat varietas cœli, nunc intermitente lucis fulgore, nunc condito. Verum ut liquidior lux apparuit cœlo, dubitatio exemta est: 22. vocatumque Cophan, per quem barbarorum animos tentaverat, mittit ad eos, qui moneret, 'nunc saltem salubrius consilium inirent:' sin autem fiducia loci perseverarent, 'ostendi a tergo' jussit, 'qui ceperant verticem.' 23. Cophas admissus suadere cœpit Arimazi, 'petram tradere, gratiam regis inituro, si tantas res molientem in unius rupis obsidione hærere non coëgisset.' Ille, ferocius superbiusque, quam antea locutus, 'abire' Cophan jubet. 24. At is prehensum manu barbarum rogat, 'ut secum extra specum prodeat:' quo impetrato juvenes in cacumine ostendit, ejusque superbiæ haud immerito illudens, 'pennas' ait 'habere milites Alexandri.' 25.

[d] *Quam de illorum sorte anxius.*

XXX. Voss. 2. *ducenti et XXX. interiisse.* Voss. 1. et Ald. *interisse.* Florent. Leid. Voss. 2. Bong. 1. Fauch. et Mer. *agnoscunt;* Voss. 1. Bong. 2. et Pith. *adnoscunt.*—20 Florent. Leid. Voss. 1. Pal. 1. Dan. Ald. Mer. et Bas. *vice eorum.* Voss. 2. *solicitus immiserat.* Ald. *intuens resistit.* Pith. *domum* pro *demum.* Modius omittit *oculorum.*—21 Florent. Leid. Voss. 1. Frob. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. Gryph. Bas. Col. et Mer. *tunc intermitente;* Pal. 1. Sigeb. et Bong. 1. *nunc intermitente;* nonnullæ edd. a Mod. usque ad Freinsh. *τὸ nunc* utroque loco omittunt, et pro *condito* habent *conditi;* et sic Florent. Leid. et Voss. 1. *condito. Ut liquidior* Pal. 1. *conditior ut liquidior* Bong. 1. *conditi rerum* Voss. 2.—22 Nonnulli codd. omittunt *cœlo.* Florent. Leid. Voss. 1. et Elz. *Cophen.* Voss. 2. *tentaverunt;* Leid. et Voss. 1. *temptaverunt.* Pith. *inirent consilium.*—23 Florent. Leid. Voss. 1. Bong. alii *Cophes.* Florent. Leid. Voss. 2. Dan. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. et Gryph. *ad eos missus;* Voss. 1. *amissus.* Florent. Leid. et Voss. 1. *Aramazi.* Amst. *traderet.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. et Bong. *inituri;* in Bong. 1. loco i substitutum 9. ut sit *initurus.* Freinsh. mavult: *traderet g. r. initurus.*—24 Leid. Voss. 1. et Bong. *prensum;* Bong. 1. *apprehensum.* Pith. *exeat specum.* Florent. Leid. Voss. 1. 2. Venet. Ald. Colin. Gryph. Frob. Mer. Col. et Bas. *ejus superbiæ.* Florent. Leid.

Jamque e Macedonum castris signorum concentus et totius exercitus clamor audiebatur. Ea res, sicut pleraque belli vana et inania, barbaros ad deditionem traxit; quippe occupati metu, paucitatem eorum, qui a tergo erant, æstimare non poterant. 26. Itaque Cophan (nam trepidantes reliquerat) strenue revocant; et cum eo XXX. principes mittunt, qui petram tradant, et, 'ut incolumibus abire liceat,' paciscantur. 27. Ille quanquam verebatur, ne conspecta juvenum paucitate deturbarent eos barbari; tamen, et fortunæ suæ confisus, et Arimazi superbiæ infensus, 'nullam se conditionem deditionis accipere' respondit. 28. Arimazes, desperatis magis quam perditis rebus, cum propinquis nobilissimisque gentis suæ descendit in castra: quos omnes 'verberibus affectos sub ipsis radicibus petræ crucibus' jussit 'affigi.' 29. Multitudo dedititiorum incolis novarum urbium cum pecunia capta dono data est: Artabazus in petræ regionisque, quæ apposita esset ei, tutela relictus.

Voss. 1. Bong. et Elz. *pinnas*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. 2. *habere milites ait*.—25 *Jamque Macedonum*, omissa præpositione, Florent. Leid. et Voss. 1. *contentus* Mer.—26 Voss. 2. Ald. Colin. Gryph. Frob. Col. Bas. et Mer. omittunt *ut* ante *incolumibus*; Voss. 2. *ut incolumes*.—27 Amst. *Arimazis*. Florent. Leid. Voss. 1. 2. Dan. Bong. Venet. Veron. Vet. an. 1474. Mediol. Ald. Colin. et Gryph. omittunt *infensus*.—28 Florent. et Leid. *disperatis*, et paulo post *quos omnis*. Voss. 2. *sub lapsis radicibus*.—29 Voss. 1. 2. *deditorum*; Dan. Florent. Leid. Pal. 1. et Bong. 1. *dedititiorum*; Ald. Colin. Gryph. Bas. et Elz. *deditiorum*; Bong. *dediciorum*. Voss. 2. omittit *cum* ante *pecunia*. Voss. 2. omittit *capta*, pro quo in Dan. *capto*. Florent. Leid. Voss. 1. Dan. et Bong. *Artabazes*. Acidalius malit: *apposita est ei*. Edd. vulgg. ante Freinsh. *tutela relictus est*; Florent. Leid. Voss. 1. 2. et Bong. *tutela relictus*. Bothe edidit: *tutelam relictus*.